13
23
-30

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
22 C
49

29
16

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

13-23.d.30

29
E
16
29
D
16

Digitized by Google

# PRAXIS
# CRIMINALIS
# CANONICA
# MARCELLI
# MEGALII C.R.

Digitized by Google

Digitized by Google




BIBLIOTECA NAZ.
ROMA
VITTORIO EMANUEL

Digitized by Google

# EMINENTISSIMO,

## ac Reuer.[mo] Principi

# GVIDONI

# S.R.E. CARDINALI

## BENTIVOLO,

Marcellus Megalius Cler. Regul. F. P.

*CVM ante annos aliquot Mutinæ degerem, Poſitiuę Theologiæ in Templo maximo interpretandæ, ac S. Officij conſultationibus operam nauans, egregias BENTIVOLORVM Heroum virtutes intuitus ſum, atque admiratus. Eas verò vniuerſas, in te vno Eminentiſſime Princeps, velut compendio collectas, Orbis vniuerſus, cum tui laude, fatetur. His certè ego pellectus, antequam Excellentiſſimorum DD. Hippolyti Marchionis Gualterij fratris tui, ac Ferdinandi eius filij, nepotis tui, benigniſſimam erga me voluntatem feliciter experirer, deuinctum me cognoſcebam, ad obſequij aliquod munus, publicè tibi exhibendum. Quod altius poſtea pectori meo inſedit, cùm ad ſacræ Purpuræ dignitatem, ob tui emerita euectus, Clericorum Regularium Religionem, cuius ego indignus ſum filius, cumulatis ſauoribus non ceſſas excipere, ac ſouere. Id verò nè diutius differrem, offerebat ſe nunc occaſio Opellam*

*hanc*

*hanc Praxis Criminalis Canonicæ, quam omnium Eccleſia-ſticorum vſui, ſcripſi, Eminentiſſimo tuo Nomini, dicandi. Ab eo tamen propoſito deterrebat me, tuæ profunditas doctrinæ, omnigena varietate refertæ. Non enim ignorabam, quòd Cicer. 2. de Oratore, de Lucilio refert. Illum ſcilicet, dicere ſolitum*, Ipſum, quæ ſcriberet, vt non ab indoctiſſimis, ſic neque à doctiſſimis legi velle: quòd, alteri, nihil intelligerent: alteri, plus fortaſsè, quàm ipſe de ſe. *Verùm conſternatum me, erigit, ac roborat tuæ recordatio benignitatis, qua ſoles, eiecta quoque extollere, ac minima magni facere. Huic ego fretus, munuſculum iſtud litterarium Tibi litteratorum Mœcenati, humiliter offerre audeo. Audeo, inquam, non, tuæ ſplendorem doctrinæ conſiderans: nam illam ignorare viderer, ſi id auderem: ſed tuæ innixus benignitati, quam ignorare viderer, ſi id non auderem. Deus Catholicæ Eccleſiæ vtilitati, cui indefeſſo labore, nunquam prodeſſe deſiſtis, diù ſeruet incolumem. Neapoli, ex Domo noſtra Sanctorum Apoſtolorum Kal. Auguſti MDCXXXVIII.*

Digitized by Google

# D. Philippus Maria Guadagnus Congregationis Clericorum Regularium Præpoſitus Generalis.

HOc opus, cui titulus, *Praxis Criminalis Canonica pro foro Eccleſiaſtico Regulari, & ſeculari* à R.P.D. Marcello Megalio Squillacenſi noſtræ Congregationis Theologo, & V.I.D. compoſitum, & à duobus noſtris Theologis, quibus id commiſimus, iuxta pręfixam aſſertionem recognitum, & approbatum. Vt typis mãdetur, quòad nos ſpectat, facultatem concedimus. In quorum fidem præſentes litteras manu propria ſubſcriptas, & ſolito Congregationis ſigillo munitas Damus Florentiæ apud Sanctum Michaelem de Bertellis, tertio Kalendas Martij. M.DC XXXXVIII.

*D. Philippus Maria Guadagnus Præpoſ. Gen. Cl. Reg.*

Locus † ſigilli.

*D. Franciſcus Barilius Secretarius.*

Digitized by Google

# INDEX
## Capitulorum.

1 DE his, quę pręcedere debent ad hoc, vt Iudices Regulares, & omnes alij criminalem proceſſum contra ſubditū aliquem formare valeant. Cap. 1. f. 4.
2 De his, quę pręcedere debent ad hoc, vt Iudices Regulares, omneſq; alij criminalem proceſſum formare valeant ad inquirendum in genere de aliquo delicto in Monaſterio, vel in iuriſdictione commiſſo, quando delicti auctor ignoratur. Cap. 2. f. 13.
3 De quibus delictis Iudices Regulares, ac alij proceſſum formare debent. Cap. 3. f. 23.
4 De modo procedendi à Iudicibus, pręſertim Regularibus in delicto notorio per factum. Cap. 4. f. 43.
5 De modo procedendi à Iudicibus, pręſertim Regularibus in delictis quocūq; alio modo notorijs. Cap. 5. f. 71.
6 De quibus delictis grauibus Iudices Regulares, ac alij omnes acta iudiciaria, ſeu proceſſum formare non valent. Cap. 6. f. 77.
7 De actis iudiciarijs, & his, quę requiruntur, vt apud omnes Iudices validè fiāt. Cap. 7. f. 95.
8 De Iudice, qui acta iudiciaria facere valet, & de eius officio, & obligatione. Cap. 8. f. 115.
9 De Aſſeſſore. Cap. 9. f. 143.
10 De Accuſatione, ſeu Accuſatore, & de modo procedendi per Accuſationem. Cap. 10. f. 155.
11 De Denunciatione, ſeu Denunciatore, & modo procedendi per viam Denunciationis. Cap. 11. f. 185.
12 De Inquiſitione, & modo procedendi per viam Inquiſitionis. Cap. 12. f. 209.
13 De Teſtibus examinandis, ac de eorum tortura. Cap. 13. f. 257.
14 De Reo conſtituendo, ſeu examinando, ac de eius tortura, & confrontatione ipſius cum teſtibus. Cap. 14. f. 306.
15 De publicatione actorum, & teſtium, ac de dilationibus, & defenſionibus reo concedendis. Cap. 15. f. 379.
16 De Sententijs ferendis. Cap. 16. f. 412.
17 De Appellationibus. Cap. 17. f. 444.
18 De cognitione aliquorum delictorum in genere, & de pęnis delictis debitis. Cap. 18. f. 472.
19 De Pęnis temperandis, vel remittendis. Cap. 19. f. 495.
20 De Purgatione Canonica. Cap. 20. f. 501.
21 De Regularibus incorrigibilibus è Religione eijciendis, ac de eorum pęnis. Cap. 21. f. 512.

# PRAXIS CRIMINALIS CANONICA

## Pro foro Eccleſiaſtico tàm Regulari, quàm ſęculari.

*Ar.D. MARCELLO MEGALIO Squillacenſi Cl. Regul. Sacræ Theologiæ, & V.I. Profeſſore, ac olim Mutinæ Sanctiſſimæ Inquiſitionis Officij Conſultore.*

## *PROOEMIVM.*

IMpunita maleficia manere non debere in ſęculari Republica ciuilia Iura clamant ſvt in l. ita vulneratus circ. fin. ff. ad legem Aquil. & in alijs cócord. citatis à glo. ibidem, & tex. in l. in delictis §. cum Dominus ff. de noxal. dicit, iniquum eſſe delicta impunita relinquere; fauor enim publicæ diſciplinæ ſuadet, vt maleficia puniantur l. locatio, aliàs l. licitatio §. quod illici-



Digitized by Google

tè in ſi.ff.de public.& vectig. nāq; publicè intereſt,prouinciám malis hominibus purgari, vt in quiete permaneat: vndè meritò in l.congruit in princ.ff de off.Præſ. ita habetur:*Congruit bono,& graui Præſidi, curare pacata,atq. quieta prouincia ſit,quam regit. Quod non difficilè obtinebit, ſi ſollicitè agat,vt malis hominibus prouincia careat,eosq. conquirat.* Cum,vt dicit tex.in l.ſi operis C. de pœnis: *Non remitti pœnam facilè publicè interſit, nè ad maleficia temerè quiſq. proſiliat.* Facilitas enim veniæ incentiuum tribuit delinquendi, vt dicit text. in cap. vt clericor.de vit.& honeſt. cler. quod etiam cognoſcens Plato in lib.de Republic.dixit: *Dare pœnas maximi mali euitatio eſt: facit enim alios prudentiores,& iuſtiores, & medicina quadam iniquitatis ipſum eſt iudicium: illud verò neq; Deorum,neq; hominum vllus audebit dicere, vt ab eo,qui iniuſtè egerit pœna non ſit exigenda.* Vnius enim pœna metus eſſe ſolet multorum, vt dicit tex. in l. 1. C. ad leg. Iuliam repetund. quę quidem cum ita in ſęculari Republica ſint diſpoſita, multo magis in Republica Eccleſiaſtica, & maximè regulari ſeruanda erunt, in qua,vt ait D. Bernard.in libr. de modo benè viuendi ſerm. 18. *Melius eſt enim,vt pro multorum ſaluatione vnus condemnetur, quàm per vnius licentiam multi periclitentur. Vt quos ad vita decora domeſtica laudis exempla non prouocant,ſaltem correctionis medicina compellat,* vt dicit aureus tex.in l.vn.C.de emend.propinq. Imò & ille,qui peccauit,ſi viderit omnes,& prę ſertim Superiores eum aduerſantes,exiſtimabit ſe aliquid magnum, & indignum ſcelus admiſiſſe. Quando autem viderit non ſolum non indignantes, ſed etiam facilè, & placidè ferentes, opemq. ferentes,quid non audebit? vt dicit D. Io.Chryſoſt.in homil.in Pſal.49.col.10.Punienda ſunt,

itaq.

Digitized by Google

itaq. Regularium, & Eccleſiaſticorum delicta, vt quæ à temerarijs præſumpta fuerunt vlciſcantur, nè alijs peccandi via aperiatur, & nè Eccleſiaſticus, Regularisq; rigoris ordo confundatur, iuxtà ea, quæ habentur in cap. loci 35.q.9. Et ita punienda ſunt, vt manifeſta peccata non ſint occulta correctione purganda, vt habetur in c.1.de pęnit.& remiſſ. Sed vt publica correctione ſuccurrat Iudex aliorum ſcandalo, iuxta ſententiam Pauli 1.ad Thim. 5. *Peccantes coram omnibus argue*. Et vt habetur in cap. qualiter, & quando il 2. §. ad corrigendos, de accuſ. *Ad corrigendos ſubditorum exceſſus tanto diligentius debet Prælatus aſſurgere, quanto damnabilius eorum offenſas deſereret incorrectas*. Et quia de delictorum punitione iuridica ſupra citata iura loquūtur, quomodo iuridicè puniēda ſint in hoc Opuſculo tractandū erit. tradāq. in illo praxim, & modum, quo Iudices Regulares, ac alij omnes, & maximè Eccleſiaſtici procedere habeant in validè formandò proceſſum, ſententiamq. pronunciando, & hunc ordinem ſeruabo. Primò dicam in c.1. de eis, quæ præcedere debent ad hoc, vt proceſſus criminalis formari poſſit. Secūdò, de eis, quæ præcedere debent ad inquirendum de delicto in genere, quando actor eius ignoratur, & hoc faciam in c.2. Tertio loco in cap. 3. dicam de quibus delictis Iudices proceſſum formare poſſint; delictorūq. diſtinctionem ibidem faciam. Et proſequendo delictorum cognitionē de delictis notorijs, & modo procedendi, quò ad illa verba faciam in cap.4.& 5. Et quia de quibuſdam delictis Iudices proceſſum formare non valent, quæ illa ſint explicabo in c.6. & in c.7. dicam ea, quæ omninò neceſſaria ſunt, vt actus iudiciarij iuridicè, validèq. fiāt. Incipiendo autem tractare ipſius iudicij partes, cuius

A 2 pri-

primarium locum Iudex occupat, de Iudice, qui acta iudiciaria facere valet, ac de eius officio, & obligatione dicam in c.8.&quia Iudici Aſſeſſor ſępè aſſidere debet, in c.9.de Aſſeſſore erit ſermo. Et quia modus procedēdi ſcire illis eſt neceſſarium, in c.10. dicam de Accuſatore,& modo procedendi per accuſationem.In 11.de Denunciatione,& modo procedendi per illam. Et in 12.de Inquiſitione,&modo procedendi per viam illius. In c.13.dicam de teſtibus,ac eorum examinatione, & tortura.In c.14.de Reo conſtituendo,ac de eius examinatione, & tortura, & confrontatione ipſius cum teſtibus.In c.15.de publicatione actorum, & teſtium, de dilationibus,& defenſionibus Reo concedendis. In c.16.de ſentētijs ferendis. In c.17.de appellationibus. In c.18.de pęnis delictis debitis. In c.19.de remiſſione pęnarum impoſitarum. In c.20.dicam de purgatione canonica. Et nè incorrigibiles omittantur dicam de illis in c.21.

## De his,quæ præcedere debent ad hoc, vt Iudices Regulares,& omnes alij criminalem proceſſum contra ſubditum aliquem formare valeant. Cap.I.

*SVMMARIVM.*

1 *Criminalis proceſſus vt formetur quæ ſunt neceſſaria explicantur.*
*Iudex aliquem ſine accuſatore damnare non poteſt,in cuius defectu denunciatio præcedere debet, & ad eſſentiam iudicij pertinere probatur.*

2 *Infamia ſuccedit loco accuſatoris,aut denunciatoris,illis defi-*

Digitized by Google

*deficientibus, illamq; ad eſſentiam iudicij pertinere dicitur.*
*Infamia non præcedente, deficientibus accuſatione, & denũciatione, proceſſus eſt nullus, etiam ſi Pars non opponat cõtra Farinacium c. 2. de accuſ. in 6. explicatur.*
3 *De infamia ſi prius non conſtet, peccat Iudex ſi deueniat ad inquiſitionem veritatis.*
*Iudices Regulares non peccãt ſi procedant ad inquiſitionem veritatis non præcedente infamia, quãdo procedunt per viã Inquiſitionis, nec ſi non præcedat inſcriptio, quando procedunt per viam accuſationis, aut charitatiua monitio, quãdo procedunt per viam denũciationis.*
*Bonifacius V I I I. conceſſit Fratribus Minoribus, & Prædicatoribus, vt in corrigendis Fratrum exceſſibus ſequi nõ teneantur rimas, & apices iuris.*
4 *Conſtitutio Bonifacij V I I I. refertur, per quã cõcedit Prædicatoribus, vt in puniendis Fratribus non teneãtur ſequi rimas, & apices iuris, ſed ſecũdùm conſuetudines, & inſtituta ipſius Ordinis facta, & facienda.*
5 *In notorijs iuris ordo ſeruãdus non eſt à quocumque Iudice.*
6 *Regulares non habentes conſuetudines, & inſtituta quò ad modum procedẽdi in puniendis Fratrum delictis tenentur ſequi apices iuris, non obſtante Conſtit. Bonifacij V I I I.*
7 *Priuilegia non ſunt extendenda vltra tenorem verborum.*
*Noſtri Clerici Regulares in puniendis delictis procedere debent ſecundùm apices iuris.*
8 *Cognitio corporis delicti, quæ ad eſſentiam iudicij pertinet, præcedere debet quacumque via Iudices procedant, & in num. 9 ſed in noſtra Religione tenentur ante omnia Præpoſiti conuocare Capitulum ſuæ Domus in num. 10. & quando inquirere poſſint etiam vocalibus diſſentientibus in num. 11. remiſſiuè.*

1 VT Regulares Iudices, ac omnes alij criminalem proceſſum contra ſubditum delinquentẽ incipere valeãt, & inquirere poſsint, neceſſariò requiritur, vt contra eum, quem delinquiſſe credunt, præcedat vel accuſatio, vel aliud quod vice fungatur accuſatoris, ſci-

ſcilicet denunciatio iuridica, vel infamia contra ipſum delinquentem, quę pręcedat, non à diſcolis, & maleuolis; ſed à viris probatæ vitæ, prout patet ex c. qualiter, & quādo il ſecondo §. ad corrigendos de accuſat. Et neceſſariā eſſe accuſationem, illamq; pertinere ad eſſentiam iudicii ex eo probatur, quòd proceſſus ideò à Iudice eſt faciēdus in cauſis criminalibus, vt delinquentem punire valeat, nè maleficia impunita remaneāt cōtra ea, quæ in proęmio huius opuſculi dicta ſunt; ſed Iudicis non eſt aliquē ſine accuſatore damnare, vt ex D. Paulo, & ex alijs probat D. Thom. in 2. 2. q. 57. art. 3. ergo nec inquirere contra reum ſine accuſatore valet, nam alioquin fruſtratoria, & vana eſſet talis inquiſitio. Ex eadem etiam ratione probatur, ad eſſentiam quoq; iudicij pertinere denunciationem iudiciariā, deficiente accuſatione, cum ſine illa, deficiente accuſatione, nec Iudex inquirere, nec punire delicta poſsit, vt patet ex d. c. qualiter, & quando §. ad corrigendos.

2. Quia autem deficiente accuſatione, & denunciatione, illorum loco infamia ſuccedit, & ipſa ob eandē rationem ad eſſentiam iudicij pertinere dicendum eſt, cum, vt patet ex d. §. ad corrigēdos, nec ſine ipſa Iudex inquirere contra Reum poſſet, nec illum punire. Nec obſtat tex. in cap. 2. de accuſationibus in 6. ex quo Farinac. ac alij ab ipſo citati in 1. part. tit. de Inquiſit. q. 1. nu. 49. exiſtimāt, tunc tātùm inquiſitionem factā non præcedente infamia, eſſe dicendam nullā, quādo inquiſitus de nullitate opponit, ſecus quādo non opponit; namq; textus ille hoc non dicit, ſed ſupponit, infamiā quidem adeſſe, & Iudicem deficiſſe

tan-

tantùm in ordine procedendi, nempè quia, omiſſa inquiſitione infamię, ad veritatem criminũ inquirendam prouenit, ipſo reo præſente, & non contradicente, aut quidquam ſuper hoc excipiẽte; quod cum Reus non fecerit à princ. dicit Papa, quòd vlterius proceſsũ impugnare nequibit; nam tunc per talem taciturnitatem ceſſiſſe videtur iuri, quod habebat, vt prius inquireretur de eius infamia, & poſtea de criminum veritate; prout tenet gloſ. in d.c. fin. in ver. reclamante per text. in c. qui tacet de regul. iur. in 6. & prædicta gloſ. in verb. nequibis ex eod. c. fin. deducit, ordinẽ prædictũ non eſſe de ſubſtantia iudicij, nã alioquin ei pars renunciare non poſſet. Nec mireris ſi in mea 2.2. lib. 3. c. 1. nu. 22. prædictam Farinacij ſententiam retulerim, & non impugnauerim, ſed ita explicaui vt dixerim, Reum puniri quidẽ per talẽ proceſſum poſſe, ſed Iudicem non eſſe immunem ab iniuſta lęſione rei ob omiſſionem prædicti ordinis, quia explicationem illam ſufficere pro tũc mihi viſum eſt: ſed hic conſiderato melius prædicto textu hanc contra Farinacium, & alios, quos citat cogor tenere ſententiam; Exiſtimoq; illos citatũ textum non legiſſe. Et cũ in proceſſu illius textus omiſſus ſit tantùm ordo, qui non pertinet ad eſſentiam iudicij, & infamia, quæ pertinet ad eſſentiam iudicij ſupponatur, mirandum non eſt, ſi Papa determinet, vt impugnari poſt factum non poſſit, quando talis ordo omiſſus fuit, reo præſente, & non impugnante. 8

Imò ex dicto tex. eſt deducendum, quòd quando infamia verè præcedit inquiſitionem veritatis, & Reo præſente, & non reclamante, omittitur ipſius fa-

famæ inquiſitio, quòd valer proceſſus, ita vt ad vlteriora procedi poſſit, & reus puniri: quod non procederet quando formaretur inquiſitio contra abſentem, quia tunc Iudex pro eo ſupplere debet, vt aduertit Natta in 1. addictione ad conſil. 120. Alexandri, quod inci. viſo proceſſu in lib. 7. peccat tamen Iudex ſemper per omiſſionem talis ordinis, ſecũdùm quem prius debet in proceſſu conſtare de infamia, & poſtea eſt deueniendum ad inquiſitionẽ veritatis; ſed ab hoc peccato excuſantur Iudices Regulares ob omiſſionem prædicti ordinis, non pertinentis ad ſubſtantiam, ſi infamia verè præcedat, etſi proceſſum conficiãt infamia prius nõ probata, quando procedunt per viam inquiſitionis; & idem eſt, quando non præcedit charitatiua monitio, ſi procedant per viam denunciationis, & idem ſi procedant per viã accuſationis, quando non præcedit inſcriptio, quia vt dicit Alexand. III. in c. qualiter, & quando, il ſecondo in fine. *Hunc tamen ordinẽ circa regulares perſonas non credimus vſquequaque ſeruandum: quæ cum cauſa, requirit, facilius, & liberius à ſuis poſſunt adminiſtrationibus amoueri.* Et quòad Mendicantes, & participantes eorũ priuilegijs hoc procedit non ſolum quando non agitur de imponenda illis pęna corporis afflictiua, prout loqui videtur Alexander III. ſupra, & Gregor. III. in cap. olim de accuſat. ſed etiam vbi agitur de imponendo illis pœnam corporis afflictiuam, vt patet ex Conſtitutione Bonifacij Papæ Octaui, qui cõceſſit anno primo ſui Põtificatus, Generali, & Prouincialibus miniſtris, & vniuerſis fratribus ordinis fratrũ Minorum, vt in corrigendis fra-

Fratrum exceſſibus ſequi non teneãtur rimas,& apices iuris,quam Bullam refert de verbo ad verbum Frater Franc. Arretinus eiuſdem ordinis in ſua praxi criminali pro Regularib. in tit. de modo proced.c.1. quæ Conſtitutio,& ſi non ſit inſerta in Bullario, tamen inter Bullas eiuſdem Summi Pontificis, eſt inſerta quarto loco alia Conſtitutio, per quam conſimile priuilegium de verbo ad verbum eſt cõceſſum Ordini Prædicatorum,eſtq;huius tenoris.

4 *Bonifacius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Dilectis filijs Magiſtro, Prioribus, & Fratribus vniuerſis Ordinis Prędicatorum.Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem. Ad augmentum continuum Religionum,& Ordinum,quos Romana ſuſcepit, & approbauit Eccleſia, paternis ſtudijs intendentes,& conſiderantes attentiùs,quòd non intermiſſa ſedulitas diſciplinæ Religiones,& Ordines ſupradictos, ſtatuſque Regulares ſalubriter dirigit, & conſeruat,quòdque ſi eam perire,vel remitti contingeret,Ordo quilibet collabi neceſſariò cogeretur: Penſantes etiam,quòd ſi Regularium perſonarum correctio,rimas iuris, & apices ſequeretur,huiuſmodi rigor lenteſceret,ac multiplici laxatione torperet. Nos veſtris ſupplicationibus inclinati, vobis auctoritate Apoſtolica indulgemus,vt ad correctiones, & punitiones Fratrum eiuſdem Ordinis delinquentium infligendas, Prælati Ordinis ſupradicti,ad quos eadem ſpectare noſcuntur, rimulis iuris,& apicibus ipſius poſtpoſitis,liberè procedere valeant ſecundùm conſuetudines approbatas, & generalia facta,& etiam facienda,ipſius Ordinis inſtituta. Nec volumus eiſdem licere Fratribus ab eiſdem correctionibus,& punitionibus aliquatènus appellare,prouida in hoc deliberatione, ac maturitate debita obſeruatis.*

*Nulli ergo,&c.Datum Romæ apud S.Petrum 6. Id. Maij Pontificatus noſtri Anno ſecundo.*

5 Prædictus autem iuris ordo ſeruandus non eſt à quocunque Iudice, quando delictum fuit notoriè commiſſum; tùm quia hoc delictum expreſsè ab hoc ordine excipitur in d.c. qualiter, & quando il 2. §.ad corrigẽdos de accuſation. Tùm quia, vt habetur in c.ad noſtram il 3.de iureiur. ſecundũ traditiones canonicas, manifeſta accuſatione nõ indigent; nec in eis eſt ordo iudiciarius obſeruandus, qui debet in alijs obſeruari. De quo notorio crimine dicam latè infra in c.4. & 5.vbi de modo procedẽdi in delictis notorijs verba faciam.

6 Eſtque ex prædicta Bulla Bonifacij VIII. notandum, quòd etſi in illa prędictus Papa concedat, vt ſupradicti Regulares, & ſic alij participantes in corrigendis, & puniendis delictis ſuorũ Fratrũ procedere poſſint, rimulis iuris, & apicibus ipſius poſt poſitis, tamen illis nõ cõcedit, vt facere hoc poſſit ex propio capite, ſed vt liberè procedere valeant ſm̃ conſuetudines approbatas, & generalia facta, & etiam facienda, ipſius Ordinis inſtituta. Vndè fit vt virtute dicti priuilegij, Regulares illi, qui quòad modum procedendi in cauſis criminalibus ſuorum Fratrũ, conſuetudines approbatas non habent, nec inſtituta aliqua, quę determinent modum procedendi in cauſis criminalibus, vel illa non habent totaliter, ſed quòad aliqua, vt quòad illa, quæ prędicta non habent, non recedant ab apicibus iuris, & rimulis eius: nam alioquin excederent terminos ſui priuilegij quòad delicta iam commiſſa,

etſi

etſi virtute illius poſſint, quòad committenda inſtituta facere.

7 Priuilegia enim extendenda nõ ſunt vltrà tenorem verborum c. porrò, c. recipimus, c. cũ ſimus de priuileg. Petr. Antibol. de munerib. in 3. par. prin. nu. 81. Petr. de Vbald. in tractat. de Canon. Epiſcop. & Paroch. par. 2. c. 5. nu. 12. in fine, Soc. in conſil. 112. col. 2 vers. ſecũdò pręmitto, Dec. in conſil. 529. nu. 7. & alij, quos citat, & ſequitur Mandoſ. de priuil. ad inſtar gloſ. 11. num. 3. & dixi in 1. tom. mearum variar. reſolut. reſol. 49. num. 2. & 8. quod eſt maximè aduertẽdũ in noſtra Religione in caſu, quò aliquod delictum committeretur, quia in illa quòad modũ procedendi in delictis pauciſſima habemus inſtituta, & nullas cõſuetudines; Ideòq. à noſtris Iudicibus, & Aſſeſſoribus rarò eſt recedendũ à iure communi. Idemq. ſeruare debent Regulares Iudices aliarum Religionũ, qui nec habent conſuetudines approbatas, nec inſtituta prædicta.

8 Quocunque autem ex prædictis modis Regulares Iudices, ac alij omnes ſint proceſſuri, curent, vt poſt accuſationem, vel denunciationem, vel infamiam inquirant, (electo Actuario) de corpore delicti, iuxtà dicenda in cap. ſeq. Talis enim cognitio ad eſſentiam iudicij pertinet; Ea. n. pertinent ad eſſentiam iudicij, ſine quibus iudicium fieri non poteſt; ſed iudicium de delicto aliquo fieri nõ poteſt, niſi priùs de illo conſtet: Ergo.

9 Quòd autẽ formari nõ poſſit inquiſitio, niſi priùs cõſtet, ſcelus fuiſſe commiſſũ, probatur ex legib. citatis in cap. ſeq. nu. 2. & firmat Sigiſmun. Scacc. in lib. 1. de Iudic. c. 83. num. 6. alioſque citat, & teſtatur de communi ſententia

Doctorum;aſſeritque,cõſtare debere factum,de quo eſt inquirendũ ſcelere fuiſſe commiſſum.

10 Sed in noſtra Religione priuſquam Præpoſitus deueniat ad cognitionem corporis delicti,debet cõuocare Capitulũ ſuę Domus,& in illo diſcutere, an ſit formãdus proceſſus, vel nõ;namq. in Capitulo Generali 1621. ita determinatũ fuit: *Acta (quę, & proceſſus dicuntur) maturè, & accuratè de rebus grauioribus tantùm agantur, idq. nõ niſi re priùs à Pręposito, & Vocalibus diſcuſſa, ac rem in actis referẽdam à maiori parte Vocalium per ſecreta ſuffragia fuerit decretũ.* Et hoc meritò in Capitulo illo, in quo & ego interfui, ita determinauimus, q̃a de leuibus,ac diſſimulandis criminibus nequaquàm inquiritur, l. leuia ff. de accuſat.

11 Poſſeque Prępoſitum inquirere,quãdo grauitas delicti manifeſta eſt, etiã ſi Capitulum domus determinet,non eſſe formandũ proceſſum,probaui in prima par. mei Prõpt. in ver. Crimen nu. 10. in verſ. ſed quid erit dicendum. De q̃bus aũt delictis Iudices Regulares, ac alij omnes ꝓceſsũ formare debeant, dicam infra in cap. 3. & de quibus non, etiam ſi grauia ſint, dicã in c. 6. Quomodo autem ſit procedendum ab Inquiſitoribus in cauſa fidei; dixi breuiter in 2. par. mei prõptuar. in ver. hæreſis num. 11. & 12.

De

## De his, quæ præcedere debent ad hoc, vt Iudices Regulares, omneſq; alij criminalem proceſſum formare valeant ad inquirendum in genere de aliquo delicto in Monaſterio, vel in iuriſdictione commiſſo, quando delicti auctor ignoratur. Cap. II.

*SVMMARIVM.*

1 *Corpus delicti quid ſit.*

2 *De corpore delicti in genere conſtare debet ante inquiſitionem. Et quomodo conſtare debeat, quando eſt facti permanentis.*

3 *Delicta aliqua ſunt facti permanentis, aliqua facti tranſeuntis.*

*Delicta facti permanentis alia certum veſtigium relinquunt, & quæ illa ſint explicatur.*

4 *Delicta aliqua dubium veſtigium relinquunt, cuiuſmodi eſt veneratio, & modus probandi corpus delicti tunc explicatur.*

5 *Delicta facti tranſeuntis quæ ſint explicatur.*

6 *In delictis facti permanentis quomodo conſtat de corpore delicti, quando poſt ſe certum veſtigium relinquunt. & quæ ſint facienda pro tali cognitione, num. 7.*

8 *Corporis delicti viſitatio quomodo ſit facienda.*

*In crimine ſtupri, & ſodomiæ quomodo ſit facienda viſitatio.*

9 *Teſtes vocati ad faciendam viſitationem, ut Medici, & Obſtetrices ſunt formaliter examinandi, & eorum depoſitio eſt in actis ſcribenda.*

10 *In delictis facti permanenti, quæ poſt ſe incertum veſtigium relinquunt quomodo ſit procedendum, vt cogno-*

*gnoſcatur corpus delicti, vt in veneno.*

11 *Ad probandum corpus delicti in crimine veneni ſufficiunt cōiecturæ, & quæ illæ eſſe debeant.*

12 *In caſu dubio procedi poteſt ad inquirendum, quādo ſimul cum dubio fama concurrit.*

*Fama ſufficit ad probādum delictum in genere in cauſa veneni, quando teſtes haberi non poſſunt.*

13 *In delictis facti tranſeuntis de corpore delicti cōſtat per coniecturas quādo poſt ſe veſtigium nō relinquunt.*

*Coniecturæ admittuntur quando ex communiter accidentibus probatio eſt difficilis.*

14 *Delictum commiſſum intra domum quibus coniecturis probatur. Fama, etſi inducere non poſſit plenam probationem, illam tamen facit in his, quæ de ſui natura probari plenè non poſſunt.*

1 SI in Monaſterio aliquo, aut in iuriſdictione cuiuſcunque Iudicis delictum aliquod commiſſum fuiſſe ſciatur, vel vociferetur ad hoc, vt Superiores, vel Iudices, ad quos ſpectat, iuxta inſtituta cuiuſcunq; Religionis ad inquiſitionē faciendā procedere valeant, ſi Notariū, vel Actuariū determinatū nō habēt, eligere, & determinare illū debēt, & vnà cum illo procedere debent ad inquirendū de corpore delicti ſaltèm in genere, hoc eſt, ad cognoſcendum, an id, quod commiſſum eſſe dicitur, commiſſum ſit, quod Doctores corpus delicti appellant, vt per Clar. in §. fi. q. 4. in princ.

2 De corpore namq. delicti ſaltem in genere cōſtare priùs debet ad effectum prædictū, vt eſt text. in l. 1. §. itē illud ff. ad Syllan. & ibi omnes communiter, l. neceſſario §. 1. ff. eod. l. vnde Neratius §. fi. ff.

ff. ad leg. Aquil. l. 1. §. ſi qs vltrò ff. de quæſtionib. l. Diuus Traianus ff. de mil. teſtam. l. ſi is, qui rem pignori §. ſi Titium ff. de furt. l. ſi quis legatum §. veterum ff. ad leg. Corn. de falſ. l. eius, qui debitorem verſ. nec enim ff. de iur. fiſc. & dixi in mea 2. 2. lib. 3. c. 1. nu. 2. & latè Farinac. in 1. p. tit. de inquiſ. q. 1. n. 6. vbi multos citat. Probandũq. eſt per liquidas, & plenas probationes, ſi eſt facti permanentis, & ex ſua natura facilis probationis, aut perínditia, & coniecturas, quando ex ſui natura eſt difficilis probationis; vel eſt facti tranſeuntis, vt ſunt delicta illa, in quibus ſigna non remanẽt, vt per Maſcard. de prob. concl. 830. nu. 7. & ferè per tot. concluſ. illam, & Bec. in conſ. 70. nu. 11. & ſeq. lib. 1.

3 Sed vt hæc faciliùs ab oĩbus intelligantur, ſciendum eſt, aliqua delicta eſſe facti permanentis, aliqua verò facti tranſeuntis, vt explicaui in dicta mea 2. 2. lib. 3. c. 1. nu. 3. 4. & 5. quæ & hìc repetere neceſſarium eſſe cenſeo, nè ibi illa requirere quis cogatur. Delicta facti permanentis ſunt in duplici differentia; alia enim ſunt, quæ poſt ſe certum veſtigium relinquunt, putà in homicidio ipsũ cadauer, ac in eo vulnera mortalia inflicta; in incendio locus combuſtus; in ſtupro fractura clauſtri virginalis; In ſodomia anus ruptus; in furto cum fractura, ipſa fractura, & huiuſmodi.

4 Alia verò delicta, quæ poſt ſe dubium veſtigium relinquunt, nã ex ipſo facto cognoſci certè non poteſt, an ipſum cum delicto fuerit perpetratum, quàmuis facti veſtigia remaneant; cuiuſmodi eſſet cadauer, in quo veneni veſtigia remanerent: tale enim veſtigiũ dubios nos relinquit, an ſit homicidiũ perpetratum, nec nè; quia

poteſt

poteſt eſſe veneni in corpore generati, vel ab aliquo propinati, ac etiam ex aeris corruptione contracti; vt poſt Gram. dixit Clar. in d. §. fi. q. 4. nu. 4. & Farin. vbi ſupra. Dicit tamen Foller. in ſua pract. crim. in rubr. item quòd ſororem venenauit nu. 4. in crimine veneni conſtare de delicto in genere commiſſo, ſi conſtet fuiſſe repertum corpus mortuum cum liuoribus, & ſpumis ore fluentibus, ex quibus cognoſcitur corpus venenatum ſecundùm Sueton. in Caligolam in prin. & Ioa. de Firmo in ſuo repert. in verb. venenatió, & idem dicit ipſe Foller. in d. nu. 4. quando conſtat, ꝙ ſumpto veneno ſemper euomit, quia hoc arguere venenationem dicit, & vide infra in num. 10. & ſeq.

5 Delicta facti tranſeuntis ſunt illa, quæ poſt ſe nullum veſtigium relinquunt, cuiuſmodi ſunt Adulteriū, alijq. coitus, qui ſine fractura fiunt, percuſſiones, quç fiunt cū baculo, vel cum alapa ſine liuore, iniuriæ verbales, blaſphemiæ, & ſimilia; vel ſunt difficilis probationis, vt eſt furtum ſine fractura, falſitas, & his ſimilia, vel quæ ſolo animo perficiūtur, vt hæreſis.

6 In delictis facti permanētis; quæ poſt ſe certum veſtigium relinquunt de corpore delicti conſtare dicitur, eò ipsò quòd per oculorum inſpectionem cōſtat, in cadauere adfuiſſe vulnera mortalia, locū fuiſſe combuſtū, clauſtrū virginale fractum, & quādo conſtat de fractura in furto cum fractura facto, & ſic in alijs, vt poſt Doctores, quos citat, dixit Clar. in d. q. 4. nu. 3.

7 Occurrente autem in Monaſterio delicto cum fractura facto, ſiuè ſciatur auctor delicti, ſiuè nō, Abbas, ſiuè alius Superior, ad quem de iure cognitio talis delicti ſpectat, perſo-

nali-

nalitet ſe conferat vnà cũ Actuario, ſeu Notario ad locum delicti, & in noſtra Religione, ſi, quod abſit, tale quid occurrat, accedat Præpoſitus vnà cũ Aſſeſſore, & Actuario, & quãdo Viſitatores preuenirẽt, ipſi cũ Aſſeſſore, & Actuario accedant; cũ ſcilicet in Capitulo Domus determinatum fuerit, vt proceſſus fiat, quando à Præpoſito proceſſus eſt conficiẽdus, iuxta determinationẽ Capituli Generalis ann. 1621. & omnia diligenter inſpiciant, & annotentur quæ viſa, & reperta fuerint, deſcribẽdo in homicidio cadaueris verisimilẽ ętatẽ, ſtaturam, barbã, & omnia alia ſigna, veſtes, locum in quo fuit repertũ, & quo ſitu, particularia vulnera ſigillatim cum ſuis qualitatibus, ac circunſtantijs, quouè genere armorũ facta ſint, & an punctim, vel cęſim vulnera inflicta ſint, bona, & res, quę penès dictum cadauer reperta fuerint, & ſimilia, vt per Boſſ. in ſua prax. tit. de delict. nu. 24. Clar. in d. q. 4. verſ. quando verò, & Ambroſ. in ſua prax. lib. 1. c. 1. nu. 24. Annotentur autẽ omnia iuxta formam, quam inferiùs in ſeq. num. tradã; idemq. ſeruandum eſt in viſitando locum incendij, & reliquas combuſtiones, vel perſonam vulneratam, vel portam, ſiue oſtium, aut parietem aliquem fractum, mutatis mutandis, prout facti qualitas, & circunſtantiæ ſuadẽt, vt per Clar. vbi ſupra.

8 Fiat autem delicti corporis viſitatio in hac forma. *Die 30. Septẽbris anni 1637. RR. PP. N. & N. ac ego B. Actuarius in hac cauſa electus à Patribus prædictis, ac N. & N. teſtes ad hoc vocati. Cùm fuiſſet commiſſum furtum in veſtiario huius noſtri Monaſterij N. cũ fractura oſtij eiuſdem veſtiarij, ſiti in tali parte eiuſdẽ Monaſterij, deuenimus ad eundem veſtiarium, & inuenimus oſtium fractũ*

*in tali parte eius, & tali modo, explicando ſingulas particulas eiuſdē fractionis; & omnia in proceſſu ſcribantur: Et ſic in alijs iuxta delicti qualitatem.*

In crimine autem ſtupri mittantur tres Obſtetrices, quæ inſpiciant partes, & quando illę cum iuramento retulerint, commiſſum eſſe ſtuprum, ſeù ita ſe iudicare, ſatis dicetur conſtare de ſtupro, vt poſt Clar. vbi ſupra dicit Scaccia in d.c.83. nu. 15. & à ſimili idem faciēdum eſt in ſodomia, mittendo duos Medicos, qui cum iuramento fidem faciant de ruptura ani, & Obſtetrices debere eſſe tres affirmat Siman. de cathol. inſtit. tit. 54. num. 2. & ſequitur Scacc. in d.c.83. num. 15. & idem Scaccia in d. c.83. num. 3. vbi aduertit, quid in ſodomia cum fractura ſit faciendum, vt cognoſcere Iudex poſſit de corpore delicti, quæ quia cauſa modeſtię prętermitto, occurrente caſu omninò videndus erit.

9 Bonaque, & tutior praxis erit, vt teſtes, prout ſupra vocati, ſiue Medici, ac Obſtetrices examinētur, ad hoc vt de eorum teſtimonio conſtare poſſit in actis, quia cōmunis eſt praxis, vt dicit Muſcatellus in Procemio, ſiuè pract. crimin. num. 17. vt teſtes particulatiter examinētur ſuper cognitione delicti, & eius qualitatibus. Sintq. cauti Iudices, ſiuè Aſſeſſores in capiēda informatione ſup cognitione delicti, vt nō immiſceant cognitionem perſonę delinquentis, niſi conſtito de corpore delicti, niſi delictum tale ſit, vt ex natura rei conſtare non poſſit de corpore delicti, quin etiā conſtet de perſona delinquentis; nam tunc cognitio perſonæ delinquentis peraccidēs ſe habet quò ad cognitionem delicti in genere; & ea, quæ ſunt per accidens, in conſideratione

ne haberi non debent, vt dicit D. Thom. in 2.2.q. 77.a.4.&Nauar.in man.c. 25.nu.120. Nec talis cognitio eſt tunc contra tex. in l.1.§.item illud ff.ad Sillanian. vbi tantùm eſt vetitum,vt nõ inquiratur de perſona delinquentis,niſi conſtet, delictum fuiſſe commiſſum; quia quando per accidens euenit,vt inquirendo de delicto commiſſo,ſciatur etiam perſona, non inquiritur de perſona; & ſic textus ille non obſtat,vt dicam infra in c. 18.num.6.

10 In delictis verò facti permanentis, quæ poſt ſe incerta, & dubia veſtigia relinquũt,poteſt, & debet procedere ad recognitionẽ corporis delicti Iudex, adhibendo homines in artem peritos, vt putà, ſi inſpiciendum eſſet cadauer ex veneno mortuum, adhibere debet Medicos, q iudicẽt,an mors prouenerit ex veneno, quia vt aliquod factum dicatur eſſe delictum, conſtare debet ſcelere fuiſſe commiſſum, vt dicit Scaccia in d.c.83. num.3. per tex.in l.1.§.itẽ illud ff. ad Syllanian. ibi: *Liquere igitur debet, ſcelere interẽptum, vt Senatuſconſulto locus ſit.* Et cum prædicta diligentia omninò debet Iudex inquirere, non quidèm tamquàm de delicto;ſed vt facti veritatem agnoſcat; Et vbi ex facti informatione cõſtat, delictum nõ interueniſſe, ad vlteriora non procedat: at ſi ex aſſumptis informationibus cõſtet,aliquod ſufficiens delicti indicium reſultare, ad vlteriora procedat, vt dicit Clar.in d.§. fin.q.4.nu.4. dixiq. poſt illum in d.lib. 3.c.1.num.7. ſed non ad torturam, quando contra tale indicium aliquid vrget in cõtrarium, vt tenet Gramm. poſt DD. quos citat in voto 30.num. 30.

11 Eſtq. aduertendum, quòd cũ crimen veneni ſit difficilis probationis, ad

probãdum in illo de corpore delicti ſufficiũt coniecturæ, & indicia, ſecundùm Farinac. in 1. par. tit. de inquiſit. q. 2. num. 30. Verùm quia poteſt venenum non ſolũ propinari, ſed etiam in corpore humano generari ex malis humoribus, ac etiam prouenire poteſt ex aliquo venenoſo animali, in cibo, vel potu ingreſſo, nec etiã Medici poſsũt firmare iudicium ſuum, an cum ſcelere venenum ſumptũ ſit, quod eſſe neceſſariũ, dictum eſt in num. præcedenti, ad hoc vt dicatur conſtare de corpore delicti; ideòq. ex alijs coniecturis probandum eſt, vt per Farinac. in d. q. 2. nu. 34. & per Boſſ. in tit. de delicto num. 8. vbi inter cęteras coniecturas ponit, vt inquiratur, an poſt medicamentum, vel cibũ ſũptũ ſequuta ſint aliqua ſigna veneni, & in nu. 10. ait, quòd Iudex in hoc debet eſſe cautus, recurrendo ad coniecturas, ſi reperiri poterunt, quia caſus obſcuri ſic demonſtrãtur l. non omnes §. à Barbaris ff. de re milit. quæ coniecturæ ſi non appareãt, dicit, quòd etſi ex caſu fortuito venenum prouenire poſſit, tamen quia frequẽter culpis hominum accidit l. ſi vendita ff. de peric. & commod. rei vend. accipiẽda eſt pręſumptio, vt ex facto hominis prouenerit; quia ſenſus, & cogitationes noſtras accomodare debemus ad ea, quæ frequentiùs contingũt, quoniam id, quod eſt conſuetum præſumitur l. quod ſi nolit §. qui aſſiduè ff. de ædil. edict. Gratus in conſil. 95. num. 20. vol. 2. & ita Boſſ. vbi ſupra refert tenere Bald. in quodam conſilio, & in l. 1. §. item illud ff. ad Syllanian. vbi tamen Bald. hoc expreſsè non dicit, ſed in d. §. item illud dicit, quòd & ſi prius debeat conſtare de facto cum ſcelere ad formandũ

pro-

proceſſum in ordine ad condemnationem, quòd tamen benè poteſt procedi ex fama ad formandum proceſſum ad inquirendum tantùm, iuxta notabilem tex. in l. iuſtiſſimos C. offic. Rect. Prou.

12 Ex quibus doctrinis ſimul iunctis colligo, quòd tunc in caſu dubio, an venenum ſit propinatum, vel non, procedi poteſt ad inquirendum de veneno, ac ſi eſſet cum delicto cõmiſſum, iuxta ſupra relatã doctrinam Boſſij, quando ſimul cõcurrit fama, quòd venenatio ſit cum delicto commiſſa; iuxta ſupra relatam doctrinã Bal. Confirmaturq. hoc ex his, quę dicit Foller. in ſua prax. crimin. in ver. capiat informationem nu. 16. in fine, vbi dicit, quòd ſi corpus venenatum haberi non poteſt ad videndum, an in illo appareant ſigna veneni, vel ſi ex illo apparere minimè poſſunt, tunc ſufficere, ſi probetur fama publica, & idem Foller. in tit. Dentur capitula, quòd ſuffocauit vxorem nu. 15. ex Hipol. de Marſil. dicit, quòd ſi reperta eſt vxor in lecto mariti mortua, & nõ conſtat, eam eſſe mortuam morte violenta: ſed ex fama publica cõſtat, eã eſſe mortuam morte violenta, ab eius viro, quòd ob hoc ſolũ poteſt vir ille torqueri.

Quàpropter ſi in prędicto caſu fama ſufficit ad torquẽdum, multò magis erit ſufficiens ad inquirendum, quãdo dubitatur, an venenum ſit cum delicto cõmiſſum, & adeſt publica fama, quòd cũ delicto commiſſum ſit, & in n. 16. dicit, quòd quando aliàs conſtare non poteſt de corpore delicti; nempè quia corpus ſuffocatum, vel venenatum haberi non poteſt tunc vt inquiſitio procedat ſufficere dicit, ſi probetur, famam publicã eſſe, aliquem mortuum eſſe, & quòd mortuus

tuus ſit violenter per ſuffocationem, vel venenationem. Quam famam publicam ſufficere ad probandum delictum in genere in cauſa veneni, quãdo teſtes, q viderint ſigna haberi non poſſunt affirmat Muſcat. in ſua pract. crim. in tit. de homic. num. 15. & vide ipſum latè à nu. 11. vſq. ad num. 27.

13 In delictis autem facti tranſeuntis, quæ poſt ſe nullũ veſtigium relinquũt, cuiuſmodi ſupra in nu. 4. dictum eſt, eſſe adulteriũ, & alia ibi numerata cum ſimilibus, vt conſtare dicatur de corpore delicti inditia, & coniecturæ ſufficiunt, vt dicit Gandin. in tit. de præſumpt. & indit. indubit. col. 2. num. 6. verſ. aliud etiam notatu dignũ, Boſſ. in tit. de delict. nu. 19. & ſeq. Clar. in S. fi. q. 4. in verſ. ſcias tamen, quos citat, & ſequitur Gratus ſupra, & infra cit. & Ambroſin. in tract. de proceſſ. informat. lib. 1. c. 1. nu. 5. & in nu. 6. addit, hoc ſine difficultate procedere, quãdo plena aliundè de prædictis probatio haberi nõ poteſt, vt per Hond. in conſ. 106. n. 19. lib. 1. Nec eſt neceſſarium, vt in hoc caſu inditia, & coniecturæ ſint luce clariores, cũ tantùm fiat tunc proceſſus ad informandum, non autem ad puniendum; ideòq. inditia, & coniecturæ eſſe debent tales, vt aliquo modo indicẽt, fuiſſe commiſſum delictum, quod poſt ſe nullum veſtigium reliquit: Vt putà ſi ſit in Monaſterio commiſſum furtũ ſine fractura, & alia via corpus delicti conſtare nõ poteſt, niſi quòd aliqui affirmant, audiuiſſe aperire ianuam loci, in quo fuit furtum commiſſum, vel quãdo ille, qui erat deputatus ad obediẽtiam illius loci, ſtatim cùm primũ ingreſſus ſit locum illũ conqueſtus eſt de furto, & manifeſtauit Patribus, vel Fratribus, vel Superiori,

vt

vt per Spec. in tit. de furt. in fi. & in terminis conſuluit Grat. in ſupra cit. cōſ. 95. & rationem reddit in n. 12. quia vbi à communiter accidentibus difficilis eſt probatio, etiam cōiecturæ admittuntur, l. filium ff. de his, qui ſunt ſui, vel alien. iur.

14 Ex qbus deducitur, ſufficienter eſſe probatū corpus delicti violentiæ, vel percuſſionis, vel iniuriæ factæ intra aliquam domum, vel cameram, in qua nullus erat præſens, ſi probetur, violentiam paſſum, vel percuſſum, vel offenſum voces querulas emiſiſſe, vel auxilium poſtulaſſe, aut quid ſimile feciſſe, non iocosè, ſed verè, quod etiam ex coniecturis probari poteſt, furtū fuiſſe commiſſum, & conſtare de corpore delicti ad hoc, vt Iudex poſſit inquirere de tali delicto. Et ad hoc probandum ſufficere etiam publicam vocem, & famam patet ex dictis ab eod. Grato in d. conſ. 95. n. 12. in verſ. accedit; nam, vt ipſe ait in nu. 13. etſi fama inducere non ſoleat plenam probationem, iuxta not. in l. 3. §. eiuſdem ff. de teſtib. & in cap. veniens extr. eod. tit. tamen in his, quæ de ſui natura clarè probari nequeunt, facit plenam probationem, vt idem Gratus probat ibidem in numero 14.

## De quibus delictis Iudices Regulares, ac alij proceſſum formare debent. Cap. III.

*SVMMARIVM.*

1 *De delictis leuibus proceſſus non eſt formandus, ſed quòad illa de plano eſt procedendum.*

*Leuia delicta Regulares punire debent ſecundum* ob-

*obſeruantiam regularem, & non eſt quòad illa tunc appellatio admittenda, niſi ratione exceſſus.*

2 *Delicti grauitas in foro exteriori non ponderatur, vt in interno.*

3 *Delicta vt ſint accuſatione, & pœna digna, neceſſarium eſt, vt in actum proceſſerint.*

*Delictorum cauſa vt dicatur criminalis neceſſarium eſt, vt ſit digna pœna corporali, vel pecuniaria ob vindictam publicam.*

4 *Delictorũ diſtinctio traditur.*

5 *Leuia delicta apud Regulares quæ ſint, & quæ in omni foro, & in num. 6. 7. & 8.*

9 *Delicta ex more Regionis exiſtimanda ſunt grauia, vel leuia, & multa dicta Doctorum traduntur circa delictorum grauitatẽ quòad Clericos, & Regulares.*

10 *Armorum delatio non eſt delictum leue quòad Clericos. & Regulares.*

11 *Regulares non leue, ſed graue delictum committũt ob nocturnum egreſſum è Monaſterio ſine licentia Superioris, etiam ſi hoc faciant animo non apoſtatandi.*

12 *Delicta quæ dicantur leuia, vel grauia, arbitrio Iudicis eſt etiam iudicãdum.*

13 *Grauia, ſeu atrocia delicta apud Regulares, & apud omnes quæ ſint, explicatur.*

*Delictorum qualitates cognoſcuntur ex genere pœnarum, & remittitur Iudicis arbitrio, & quomodò iudicare hoc debeat, in nu. 14.*

15 *Ex loci, & perſonarum qualitate quarè grauitas delicti eſt dijudicanda, & num. 16.*

17 *Delictum graue eſt committere malum ſub ſpecie boni. Veneno occidere peius eſt, quàm gladio.*

*Perſuadere peius eſt, quàm compellere.*

*Delinquentes ſub ſpecie boni Inquiſitoribus, vel Ordinarijs ſunt denunciandi,*

&

*& ab illis ſunt iudicandi, etiam ſi ſint Regulares.*

18 *Delictum graue eſt de iure canonico omne illud, quod habet annexam excommunicationem maiorem, ipſo facto incurrendam.*

*Excõmunicatio maior non cõtrahitur, niſi ob peccatum mortale.*

*Delictum graue eſt omne illud, quod habet annexam pœnam depoſitionis, quæ nõ eſt imponenda, niſi in caſibus à iure expreſſis, & qui ſint hi caſus explicatur.*

19 *Delictum graue eſt peccatum fornicationis, & oppoſitum eſt hæreſis.*

*Ob fornicationem antiquitùs clerici deponebãtur, ſed hodiè eſt hoc arbitrarium, & impugnatur ſententia Belletti exiſtimantis, idem eſſe quoad Regulares.*

*Regulares fornicarij ſunt deponendi.*

20 *Clerici fornicarij ſunt deponendi ob notoriam, vel ſcandaloſam, vel diù continuatam fornicationem.*

21 *Delicta atrociora, vel atrociſſima, aut grauiſſima ſunt illa, pro quibus imponitur pœna mortis naturalis, ſecundùm aliquos; ſed dicitur eſſe illa, pro quibus morti naturali alia pœna additur.*

*Delicta pro quibus imponitur pœna degradationis actualis cum traditione Curiæ ſeculari, de iure canonico ſunt atrociſſima; & pro quibus delictis talis pœna imponitur.*

22 *Delicta occulta quæ dicũtur; de illis Eccleſia non iudicat, niſi ad illam perueniant iuris ordine ſeruato.*

1 NON debent Iudices Eccleſiaſtici, & maximè Regulares de omnibus delictis, quę in Diœceſi, vel in Religione cõmittuntur proceſsũ formare; nam de leuibus nec Iudices ſeculares proceſſum formare debẽt, cùm in l. leuia ff. de accuſatio. ita ſcriptum ſit: *Leuia crimina audire, & diſcutere de plano Proconſulem oportet,*

D

*tes, & vel liberare eos, quibus obijciuntur; vel fuſtibus caſtigare, vel flagellis caſos liberare*. & in criminibus leuibus non eſſe neceſſarias ſolennitates iuris, vel ſtatutorum in modo procedendi; vel condemnãdi affirmat Angelus de malefic. in verb. hæc eſt quædam inquiſitio in q.4. princ. num. 56. Ideòq. leuia ſubditorum delicta Regulares Iudices, ſiuè Prçlati iuxta Regularia inſtituta punire debent, proceſſum autem formare, aut in ſcriptis sẽtentiam ferre non debẽt; facienda namq. eſt talis punitio ſecundum obſeruantiam regularem, cùm per citatam l.leuia non ſint leuia crimina diſcutienda, ſed de plano cognoſcenda; Punitio autem quç facienda eſt ſecundũ obſeruãtiam Regularem, & diuerſas Religionum Inſtitutiones de plano, & ſimpliciter, potiùs quàm ſecundùm iuris ſubtilitatem expedienda eſt, vt dicit Ioan. Monach. in c. vni. in fin. de Religioſ. domibus in 6. & nec appellationem eſſe admittẽdam dicit, iuxta tex. in terminis in c. ad noſtram de appellat. niſi Prælatus excedat modum in corrigendo, vt dicit, gloſ. in d. c. ad noſtram in verſ. minùs, per tex. in c. de priore de appellat. & in c. ſuper quæſtionem §. nos autem de offic. deleg. & rationem eſſe dicit gloſ. prædicta, quarè non admittitur appellatio, quia fit ad pœnitentiam, & extra formam iudicij, nec Iudicis recuſationem admittendam eſſe affirmat, vt in c. cùm ſpeciali de appellat. Et prædicta locum habere dicit quòad omnes Regulares. Et prædictis quò ad appellationem cócordat decretũ Sacri Concilij Trid. in ſeſſ. 13. c. 1. §. cùm igitur de reformat.

2 Cùm autem nõ debeant Regulares Iudices de leui-

Digitized by Google

leuibus delictis proceſsũ formare, ſequitur, vt tantùm de grauibus illum formare valeant, imò & teneãtur, nè dilicta remaneant impunita, vt latè dictũ eſt ſupra in proœmio. Ideòq. ab eis neceſſariò dignoſcẽdum eſt, quid ſit delictum, & quę ſit delictorum diſtinctio, ſecundũ regulas fori externi, nè fallantur cõſiderando delictum, & põderando grauitatem eius ſecundùm grauitatem interni fori, proùt ponderarunt quidã Regulares Iudices, qui mihi oſtenderunt proceſſum formatum cõtra Regularem ſibi ſubditũ, qui tres paruas formas caſei in Monaſterio rapuerat, quæ omnes vix attingebant põdus decem librarũ, nec excedebant pretiũ ſex carolenorum noſtræ Neapolitanę monetæ.

3. Secundùm regulas autem externi fori delictorũ explicatio, & diſtinctio tradenda hìc eſt, ideſt quatènus delicta in externo foro accuſatione, & pœna ſint digna, nã alioquin quodcũque crimen non eſſet delictum, vt dixi in prima par. mei Prop. ver. crimen nu. 1. per tex. in cap. Apoſtolus in fi. 81. diſtinct. ex Speculat. in titul. de crimin. & cor. diſtinct. num. 2. & Deci. in tract. crimin. lib. 1. c. 9. nu. 3. Vt autem talia ſint, neceſſarium eſt, vt in actum proceſſerint, quia ob ſolã cogitationem delicta accuſatione, & pœna externi fori digna nõ ſunt cap. cogitationes de pœnit. diſt. 1. & aduertit Specul. ſup. in n. 3. Et intellige, vt delictum ſit dignũ pœna ad vindictã publicam, ita vt cauſa dicatur criminalis, quod tunc erit, quãdo pœna pro delicto imponenda eſt corporalis, vel pecuniaria applicanda Fiſco, vt ex communi ſententia dicit Clar. in §. fi. q. 1. num. 2. verſ. Ex quorum omnium, & dixi in di-

dicto ver. crimen num. 1.

4 Delictorum,& ſi varias diſtinctiones Doctores tradant, prout & ego tradidi in d. meo Promptuar.in ver.crimen num.2.& in ver.*Delictum* nu.2. Attamen hìc, illis omiſſis, & ſecundùm noſtrum inſtitutum delicta diuidendo, dico, delicta alia eſſe leuia, alia grauia, ſeù atrocia,alia atrociora,ſeù atrociſſima,alia occulta, alia notoria.

5 Leuia delicta apud Regulares ſunt illa, quæ culpam mortalem, ſaltē euidentem annexam nō habent, vt dicit Ghiſilerius in ſua praxi crimin. pro Regularibus cap. 10.nu. 3.& talia eſſe dicit, ridere in Choro, violare ſilētium ſine licentia Superioris, verbis cum fratre cōtendere,murmurare, ſcilicet de rębus,quę famam non violant,in aliquem minas, vel maledicta ex impetu iræ proferre, & ſimilia.In Religionibus autem, quorum Conſtitutiones, & decreta, ſiuè ordinationes ad mortale non obligant, illorum tranſgreſſio inter leuia delicta eſt cōputanda; & ex natura rei eſſe leue delictum in omni foro dicas, ſi percuſſio fiat pugno,palma, manu, pede, digito, baculo, vel lapide, ſi ex ea nec liuor, nec mēbri mutilatio, nec fractio dentis, nec magna capillorum depilatio, aut ſāguinis effuſio ſequatur, non quidem ex naribus, ſed ex alia parte; nam ſi prędicta ſequantur, aut quis ex percuſſione mancus efficiatur,delictum,nō leue, ſed graue erit iudicandum,iuxta ea, quę dixi in mea 3.p.tr.lib.4.cap. 1. num.11. Et intellige, vt delictum in prędictis caſibus iudicandum ſit leue regulariter, nam eſt hoc limitandum iuxta dicenda infra in num.9.14. 15. & 16. vbi etiam habes, quòd iniuria verbalis eſt leue delictum,ſed efficitur

graue

graue ſi fiat in foro, vel in theatro, vel patri naturali, vel ſpirituali.

6 Leuia etiam delicta ex Panor. in c. tuæ diſcretionis num. 3. de pœnis dicuntur illa, in quibus & ſi culpa interueniat, dolus tamen non interuenit, vt quando aliquid cõtingit per imperitiam, vel culpã ſine dolo: vel quando dolus interuenit, ſed circa rem modicam, & ſequitur Diaz in ſua prax. crimin. canon. c. 11. num. 1.

7 Leuem etiã iniuriam, & ſic leue delictum erit iudicandum, quando aliquis Plebanus percutit Canonicum Eccleſiæ Cathedralis manu vacua in maxilla ſine ſanguinis effuſione, vel ſaltẽ mediocrem iniuriam, & ſic mediocre delictũ tenet poſt Lapum in alleg. 66. Franc. Marc. in ſuis deciſionibus q. 903. num. 3. in fin. ſed intellige, dũmodò iniuria prædicta facta non ſit in foro, & coràm multis, iuxta dicenda infra in nu. 15. & iuxta ea, quæ dixi in 3. parte meę inſtit. lib. 4 c. 1. num. 11.

8 Leue eſſe etiam delictum affirmat Franc. Marc. vbi ſupra in num. 4. crimen abigeatus, quando ſcilicet quis furatur pecus ex grege, vt in l. 1. ff. de abigc. deſumpſitq. hoc ex Speculat. in titul. de libell. concept. §. nunc oſtẽdamus verſ. 42. ſed talem ſententiam admittendam non eſſe exiſtimo, nam grauitas delictorũ ex genere pœnarum cognoſcitur, vt dicam infra in nu. 10. Abigeatus autem grauiter punitur iuxta tex. & ibi gloſ. in l. 1. ff. de abige. Ergo graue delictum eſt dicendum. Nec dici poteſt leue ex eo, quòd quis vnam tantùm ouem ex grege ſubripuerit, nam tunc non commiſit abigeatum, ſed furtum, vt patet ex l. 3. ff. eod. niſi ſępiès vnum, vel alterum pecus ſubripuerit, nam

tunc

tunc abiegus erit, & grauiter erit puniendus, vt in d.l.2. tùm ob qualitatem criminis, tùm ex natura rei, quia graue furtũ quis committeret.

9. Vide etiam Alex. in conſil.202.num.2. & 3.in 2.vol. vbi poſt Ang.in d.l. leue dicit, quod ex more Regionis dicitur etiam delictum leue, vel graue, vt ſi ex more Regionis percutere cum pugno reputaretur leue, ſit à Iudice leue exiſtimandum, ſi autem graue, ſit exiſtimãdum graue, & probat per tex.in l. ſaccularijs §. ſunt quidam ff. de extraordin. crim. vbi dicitur, delicta eſſe punienda iuxta morẽ prouinciarum; vnde fit, vt quamuis baculo, vel ligno percutere ſit leue delictũ, ſecundùm Hieronymum de Monte relatum à Farinac. in 1. par. de delict. & pœn.q.18. nu.96. in fi. tamen quia ex more noſtrarum Regionum graue delictum reputatur, graue erit exiſtimandum. Vidiq; poteſt Bart.in conſil. 217. Ad declarationem, vbi explicat quæ crimina dicãtur leuia tàm de iure Diuino; quàm poſitiuo, vide etiam Ang. in l. non ſolùm §. ſi mandato ff. de iniur. & in l. leuia ff. de accuſ.Ang. quoq. in dict. verſ.hæc eſt quædã inquiſitio q.4.nu.56.inter leuia crimina ponit, ſi quis ſit repertus ad ludũ azardi, ideſt taxillorum, vel cum armis, vel de nocte, & quando criminum pœna eſt pecuniaria, & benè dicit quòad ſeculares, ſed quòad clericos, & præſertim quòad Regulares, etiã ſi ſint laici, dici non poteſt delictum leue, ſi clerici reperiantur ad ludum, maximè extra propriam domum, & Regulares extra Monaſterium, non ſolùm ratione ſcãdali, ſed etiam qa clericis ſpecialiter eſt vetitum, vt ludis alearum, vel taxillorum non interſint, nec partem aliquam

ha-

habeant cùm luſoribus, vt dixi in meo Promptua. verb. clericus nu. 59. per iura ibi allegata, quæ cō-firmata etiam fuerūt à Sacro Conc. Triden. ſeſſ. 22. cap. 1. de reform. & tradit Bellett. in 1. par. diſquiſit. cleric. §. 24. nu. 1. Tùm q̃a leuia delicta in ipſis maxima ſunt, vt dicitur in d. c. j. ſeſſ. 22. Sacr. Conc. Trid. Quæ cùm ita ſe habeant cum clericis, multò magis procedere debent cum Regularibus, qui ad maiorem perfectionem obligãtur. Vndè meritò dicit de illis Bellet. in d. §. 24. n. 2. ꝙ ludere non poſsunt, neq. cum alijs, neq. inter ſe, nec intereſſe ludo aliàs licito, & honeſto, quod intellige extra Monaſterium, quia in Monaſterio cum licentia Superiorum ludis licitis, & honeſtis, in Religione ꝑmiſſis ludere valēt, cùm hoc permittāt Conſtitutiones, maximè Religionum, in quib. obſeruantia viget.

10 Nec delatio armorum quòad clericos dici pōt delictum leue, cùm ſit illis ſpecialiter vetitum arma deferre in c. 1. cap. cùm à Iudæis, cap. non pila, cap. clerici, & cap. quicunque 23. q. fin. c. 2. & ibi Abb. in n. 1. de vit. & honeſt. cler. clemen. 1. eod. tit. c. 1. §. ſi clericus de pac. tenen. & tradit Bellet. in d. 1. par. §. 18. nu. 7. & in nu. 8. addit per iura, & DD. quos adducit, quòd ſi hoc contēpſerint, erunt excommunicandi, & tanquàm Sacrorum Canonum contēptores, & eccleſiaſticæ ſanctitatis prophanatores erunt proprij gradus amiſſione mulctandi, & in nu. 10. multò magis prædicta ꝓcedere dicit, quòad Regulares, cùm ſint ipſi maioris ſāctitatis prophanatores. Imò illis nec intra Monaſterium arma deferre, & tenere licet, alioquin ipſo facto ſentētiam excomunicationis incurrunt, vt dixi in meo Prōpt. ver.

ver. Arma nu. 10. & latiùs explicaui in mea 3. par. lib. 4. c. 6. num. 75. & tradit Bellett. in d. §. 18. nu. 10.

11 Nec leue delictum cõmittere Regulares de nocte incedẽtes ſine cauſa, & ſpeciali licentia Superioris, etiam ſi hoc faciãt ſine animo apoſtatandi, etſi multis modis ꝓbari poſſit; ſufficit tamen pro hoc Opuſculo, in quo breuitati ſtudendum eſt, hoc ꝓbare ex decreto Clem. Papę VIII. de caſib. quos ſibi Superiores Regulariũ reſeruare poſſunt, vbi in tertio loco conceditur, vt inter cęteros caſus poſſint Superioris ſibi reſeruare nocturnã, & furtiuã è Monaſterio, ſeù Conuentu egreſſionem, etiã non animo apoſtatandi factam. Ex qua conceſſione arguitur, hoc peccatum eſſe mortale, cùm in Eccleſia Dei hucuſq. nunquam ſeruatum ſit, vt venialia reſeruentur, nec à Summo Põtifice, vt dixi in mea 1. par. lib. 1. c. 11. num. 6. nec vnquam alicui conceſſum fuit, vt illa reſeruentur.

12 Arbitrio etiam Iudicis Doctores cõmuniter affirmant eſſe iudicandum, quæ delicta dicantur leuia, vel non. Ita gloſ. in cap. cùm illorum in verſ. membri de ſent. excõm. Auguſt. de Arim. ad Angel. de malef. in verſ. hęc eſt quędã inquiſitio nu. 68. Diaz in ſua pra. crim. can. c. 11. Alciat. in cap. cùm ab homine nu. 28. de iudic. Clar. lib. 5. recept. ſent. §. 1. num. 9. & dicit eſſe communem post Villalob. in collect. commun. opin. lit. D. nu. 56. Menoch. de arbitr. Iudic. lib. 2. cent. 3. caſu 266. num. 3. Salzedo ad Diaz in d. c. 11. ver. arbitrio Iudicis.

13 Grauia delicta, ſeu atrocia apud Regulares, & apud omnes ſunt illa, in quibus interuenit dolus, & ten-

& tendunt in graue prę-iudicium alterius, ſeu Reipublicę, vt furtũ, periurium, & ſimilia, vt dicit Diaz in d.c.11. & in Clericis dicit Foller. in ſua praxi crimin. par. 2. in ver. Audiantur excuſatores num. 45. delicta grauia, & enormia eſſe adulterium, homicidium, ſacrilegium, falſum teſtimonium, & ſimilia, vt in cap. ſi Epiſcopus 50. diſt. & in c. Apoſtolus 81. diſt. Graueq. eſſe delictum addit violentia cũ armis, ſecundùm gloſ. in l. 3. ff. de vi, & vi arm. & Alex. in d.l. leuia ff. de accuſat. ac etiam omne delictũ, quod eſt cauſa ſufficiens ad exhęredandum, ſecũdùm Bart. in l. ſolo C. de liber. cauſ. & Alexand. in d.l. leuia. Dicitur etiam graue, immò & enorme delictum, quod fit cum fractura oſtij, vel arcę, vt poſt Boer. in dec. 173. nu. 6. dicit Baiard. ad Clar. in lib. 5. ſentent. §. 1. num. 10. Et ob maiorem rationem idem de grauitate delictorum eſt dicendum quòad Regulares etiam laicos. Quia autem ex genere pœnarũ cognoſcuntur qualitates delictorum l. nemo clericus vbi Bald. in nu. 6. C. de ſumm. Trin. & fid. cath. l. 2. ff. de publ. iud. Bart. in d.l. leuia circa princ. hancq; communem eſſe regulam, & theoricã dixit Soc. in conſil. 157. nu. 5. lib. 2. quem refert, & ſequitur Clar. in lib. 1. ſentent. §. 1. num. 9. & dixi in mea 3. par. lib. 2. c. 1. nu. 108. Eſſeq. hoc relictum arbitrio Iudicis, ibidẽ addidi ex Menochio de arbitr. Iudic. centur. 2. 66. nu. 2. qui dicit, hanc eſſe cõmunem ſententiám Doctorum, de qua etiam teſtatur Clar. lib. 5. ſent. §. 1. num. 9. Sfortia Odd. in 3. par. de reſtit. in integr. q. 80. a. 1. num. 1. & alij: à qua cõmuni ſententia Regulares Iudices, nec alij recedere debent.

14 Sed nè arbitrando fallantur dijudicare hoc debent, prout dixi in 2. tom. mei Prõpt. verb. delictum nu. 4. circ. med. Primò, ex natura rei. Secundò, ex qualitate facti, & dignitate, & qualitate perſonarũ, à quibus, & quibꝰ iniuria per delictum illata eſt, nec non ex loco vbi delictum commiſſum eſt, ac etiam ex loco vulneris, vt in §. atrox iniuria Inſt. de iniur. & faciunt ea, quæ de grauitate, & leuitate percuſſionis clericorum dixi in mea 3. par. Inſtit. Peregr. lib. 4. c. 1. quęſi. 2.

15 Loci autem qualitatem ideo conſiderandam eſſe dixi in d. ver. Delictum n. 4. circ. fi. quia atrox iniuria dicitur illa, quę fit coram Magiſtratu, vt probatur ex l. Prætor ait §. vlt. ff. de iniur. & poſt DD. quos citat Menoch. in d. lib. 2. de arb. Iud. caſ. 263. n. 23. Idemq. dicit in n. 24 de iniuria facta in foro, & coram multis; vide etiam latè Farin. in 1. par. prax. crim. q. 18. concl. 5. cum ſeq. Ideòq. perſonæ qualitatem conſiderandam eſſe dixi in d. ver. delictum nu. 4. quia ex qualitate, & dignitate delinquẽtis delictum maius interdùm iudicatur, & in maiori pœna punitur, vt in l. presbyteri la 1. in fi. C. de Epiſc. & Cler. l. quædã delicta ff. de pact. l 2. ff. de re milit. cum ſimil. & ſic tamquam magis delinquens, magis eſt puniẽdus clericus, vel alia perſona ſapiẽs, & exiſtens in aliquo gradu, vel dignitate, ratione ſcãdali, quod oritur in populo; vt per Farin. in 1. p. de delict. & pœn. q. 18. n. 82. Reſpectu ẽt perſonæ, quæ iniuriatur, vel percutitur, percutientis, vel iniuriantis delictum ex natura ſua leue, fit graue, vtputa, quia percutitur, vel iniuria afficitur Prælatus, Magiſter, Pater, aut Patruus, vel Iudex, vel exercẽs aliquem Magiſtratum, vel in dignitate

tate, aut perſonatu conſtitutum, vt patet ex quadã extrauag. Ioan. XXII. quæ ab alijs etiam Pio II. tribuitur, & Ego retuli de verbo ad verbũ in d. lib. 4 c. 1. nu. 10. & quòd etiam atrox videatur iniuria illata Magiſtratui, probatur ex l. Prætor edixit §. vlt. ff. de iniur. & ex §. atrox Inſt. eod. & tenet Bartol. in l. non ſolùm § ſi mandato ff. eod. & Bald in c. 1. §. iniuria de pace iuram. firman. Item Bartol. in l. ſcriptus heres ff. de Religioſ. & ſumpt. funer. Pariſ. in conſ. 147. nu. 11. & 12. vol. 4. Marſil. ſing. 549. & Menoch. qui alios citat in lib. 2. de arbitr. Iudic. caſu 263. nu. 23. Idemq. de Rectore alicuius Gymnaſij affrimat Menoch. de arbitr. Iudic. in d. caſu 263. num. 14. cùm is Principis perſonã ſubſtineat, & omnes de Gymnaſio illo, dignitate antecellat. Quòd autem iniuria illata Patri, ex leui fiat grauis reſpectu perſonæ patris. probat Alexan. in conſ. 202. vol. 2. in nu. 1. & 20. & quòd reſpectu perſonę, cui iniuria eſt illata, delictum eſſe grauiori pœna puniẽdum, probat Farin. poſt Doctores, quos citat in d. q. 18. num. 81.

16 Fit etiam ex loci qualitate percuſſio, vel iniuria ex natura ſua leuis graue delictum, quando fit in theatro, vel in foro corã Rege, Prælato, vel Iudice, in Eccleſia coram multis, vel in alio loco publico, vt patet ex ſupra citata extrauag. Immò & ipſam eſſe atrocẽ per proximè citata iura tenet Curt. iunior in conſ. 148. nu. 3. Conrad. Laudẽſ. de duello concl. 17. num. 19. Boſſ. in tract. crim. tit. de iniu. num. 5. Silueſter ver. abſolutio 4. in prin. Menoch. vbi ſupra in num. 24. gloſ. in cap. cùm illorum in ver. mutilationem de ſent. ex commun. & Panor. ibid.

in num. 9. Et crimen iniuriarium etiam verbale ſi ſit cõmiſſum in foro, vel in theatro exiſtimandum eſſe graue; tenet Alex.in d.conſil.202.nũ. 3.per tex.in d.§.atrox Inſtitut.de iniur.etſi verbalis iniuria leue delictum reputetur ſecundũ Speculator.in tit. de execut. ſent. §. nunc videndum verſ.42. Marian. Soc. in c.1. de libelli obla.in fallent. 47. Brun. de indit. par.2.q.3. in nu.4. quos citat,&ſequitur Farinac. in 1.par.de delict.& pœnis q. 18.nu.96. in prin. Et quia ipſe Farinac.in tota illa q. 18. latè examinat,quæ delicta exiſtimanda ſint grauia, quævè leuia, ad illam omnes Iudices, occurrente caſu hic non explicato, recurrere poſsũt,quia quę dicta ſunt, & aliqua,quæ erunt ſubiungenda in numeris ſequentibus ſatis ſufficere poſſunt Iudicibus Regularibus, ac Eccleſiaſticis quibuſcũque.

17 Graue etiam delictũ eſt delinquere per hypocriſim, hoc eſt, committere malum ſub ſpecie boni (prout pluries temporibus noſtris eueniſſe ſcimus) vt habetur ex c.certè ego 12. q. 1. *Nolo habere Hypocritas: malum enim eſſe quis neſciat? malum eſt cadere à propoſito, ſed peius eſt ſimulare propoſitum, ſi non ſeruat ſanctitatem foris dimidius cecidit: ſi verò intus habuerit ſimulationem totus cecidit.* Vbi gloſ. in verſ. malũ, ſic ait: *Peius enim eſt per Hypocriſim peccare, quàm manifeſte: & peius eſt veneno occidere, quàm gladio,* vt l. vnica C. de malefic. & peius perſuadere, quàm compellere, l. 1. §. vlt.ff.de ſeru.corrup. eademq. gloſ. in verſ. ſanctitas dicit, minus eſſe periculum, eſſe manifeſtum peccatorem, quàm occul-

occultum. Vndè meritò Farinac.in d.q.18.nu. 72. dicit: Diabolicum eſſe facere malum ſub ſpecie boni,multaq. addit contra hos falſę ſanctitatis ſimulatores, multoq. grauius erit eorum peccatum,ſi ſub velamine ſanctitatis eorum luxuriam pallient, & alios ſub eodem velamine ad luxuriandum inducunt. Imò ſi hoc faciant cum errore intellectus,exiſtimantes cum illo velamine licitum eſſe luxuriam, vel actus luxurioſos exercere, & non cognoſcētes, quòd hęc ſibi inuicem aduersātur, vt dicit D.Paulus ad Galatas 5. cùm circa veritatem fidei catholicę errent; tale eorum delictum ad hæreſim pertinet, & etiā ſi Regulares ſint, non à Iudicibus Regularibus, ſed ab Inquiſitoribus fidei, vel ab Ordinario loci eſt dijudicandum, & puniendum, vt determinatum eſt in iuribus à me citatis in ſecunda part.mei Prompt. ver. hæreſis num. 10. & in nouiſſima Bulla Pauli V. quæ incip. Romanus Pontifex, & habetur in 3.tom. Bullar. 26. in ordine Bullarum eiuſdem ſummi Pontificis, vbi etiā decernitur, vt omnes cauſæ quomodolibet pertinentes ad officium Inquiſitionis, Inquiſitoribus, vel Ordinarijs locorum denunciētur etiam ab ipſis Superioribus Regularium. Et quia ad Inquiſitionis officium iudicare pertinet, an prædictum delictum committatur cum errore intellectus, vel non, huiuſmodi delinquentes ſemper ſunt denunciandi Inquiſitoribus,vel Ordinarijs locorum.

18 Graue etiam delictū de iure canonico eſt omne illud, quod habet annexam pœnam excō-

mu

municationis maioris,ipſo facto incurrendã; grauiſſima eſt.n.ſecundùm ius canonicum pęna excõicationis, nec ab aliquo contrahitur, niſi ob peccatũ mortale, vt probatur ex cap.nemo Epiſcoporum,&ex cap.nullus 11.q.3.&dixi in mea 3.p.inſtit.lib.2.c.2.n.22. poſt med.lib.1.c.3.n.74 & latiùs in c.4.nu.21. & 22. & etiam breuiter, & remiſſiuè in 3. part. mei prompt.in verſ.inaduertentia n.3. Quæ ſint aũt delicta, quæ habent annexam excommunicationem maiorem,videre potes in 3.p. meæ Inſtit. lib.3.& 4.per tot.

Item omne illud,quod habet annexam pęnam depoſitionis; nam & ipſa pęna grauiſſima eſt,& peccatum mortale ſupponit, vt dixi in d. mea 3.p.Inſtit.lib.2.c.2.n.22. arg. cap. non afferamus 21.q.1.eſſeq. eandem cum degradatione verbali,quãdo ipſa depoſitio eſt terminus pęnæ, dixi in 2.p. mei prompt. ver. degradatio nu.3. & non eſſe imponendam niſi in caſibus à iure expreſſis,dixi ibid.in nu.6. eſſeq. in iure expreſſos omnes caſus,magna ſcelera continẽtes,ibidem addidi,&huiuſmodi eſſe, dixi delicta publica,hoc eſt illa,quæ ob grauitatẽ illorũ quilibet de populo accuſare valet, & numerantur Inſti. de publ. iud. & in libris Digeſtorum ſub eod. tit. vſq. ad tit.de appell. & in l.Manicheos C. de hęret. & manich.& ſunt hæc:*Crimen læſæ Maieſtatis diuinæ,& humanæ,Blaſphemia,Periurium, Falſitas, Adulterium, Parricidiũ, Furtum, Sodomia, Stuprum virginis, & cætera huiuſmodi*, vt in cit.tit. habetur,& retuli, ac examinaui in mea 3.p. Inſt. lib.7.c.1.à n.115.vſq. ad n.129.& vide etiam illa,

quæ

quæ dixi in meo prompt. ver.degradati nu. *6*.

19 Graue etiam delictum eſſe peccatum fornicationis dubitandum non eſt apud Catholicos, cũ docere oppoſitũ ſit hęreſis, vt clement. ad noſtram de hæret.& dixi in 2. par. mei Prompt.ver.fornicatio nu.2. & tradit Bellett. in 2. par. diſquiſ. clerical. §.2.num.1.poſt Clar.in §. fornicatio in prin. & in §. hęreſis, & poſt Sayr in Claue Regia lib. 8. c. 2. num.2. etiam tempore Apoſtolorum deponebatur Clericus ob peccatũ fornicationis, ſi in ſacris erat cõſtitutus, prout deponebatur, & deponitur periurus, & fur, vt patet ex cap. de his vero.50.diſtin. & ex alijs concordãtibus relatis per Bellett. in d.§.2. num. 3. Immò ſi quis Diaconus, aut Preſbyter poſt acceptã leuiticam benedictionem cum vxore ſua incontinens inueniebatur,ab officio ſuo abijciebatur, vt habetur in cap.ſi quis Diaconus in prin.50.diſt.ſed hodiè etſi tale crimen graue ſit cap. 1. 81.diſt.tamen pro illo non imponitur pœna depoſitionis prçcisè, ſed arbitrio Iudicis eſt imponẽda, prout dixi in d.ver.fornicatio num. *6*. & tradit Diaz in praxi crim.canon. cap.81. Clar. qui teſtatur de communi in §.fornicatio num.*3*. Menoch. de arbitr.Iudic. c. 418.nu.*3*. Epiſcop.Ricc. in praxi reſolut. par. 2. reſolut. *604*. & alij, quos citat, & ſequitur Bellet.in d.§.2.nu. 4.Qui in num.8.ibidem cenſet, hoc idem ſeruandum eſſe cum Religioſis, qui ſemel, aut bis ex humana fragilitate fornicati fuerint, in quo caſu exiſtimat,illos eſſe ſuſpẽdẽdos, alijſq.ſalutaribus pœnitẽtijs puniendos, prout peccati circũſtantiæ poſtulauerint.Verùm quia gratis Bellett.hanc ſuam ſentẽtiam tenet, & nullo iure

illam

illam probat, nec ad hoc facit gloſ. quam citat in c. presbyter ver. decem annis 82. diſt. nec tex. in c. tẽpora 26. q.7. & expreſsè tenet contrarium Dec. in cap. at ſi Clerici num. 234. de iudi. & Felin. ibid. in nu. 13. ſcilicet Religioſum fornicariũ eſſe deponendum; cenſuo ab hac ſententia nõ eſſe recedẽdum. & idem tenet Dec. in n. 230. quòad Epiſcopos conſecratos, & in nu. 232. quòad Sacerdotes, qui filiam ſpiritualem carnaliter congnoſcerent.

Quòd aũt Religioſi fornicarij puniẽdi ſint pœna depoſitionis, maximè qũ fornicatio fuit cũ Moniale, tenet nouiſſimè Ioan. Bapt. de Lezana in 1. par. ſummæ qq. Regul. c. 5. nu. 16. poſt Nauar. de pœnit. diſt. 5. nu. 121. & Alderete lib. 2. de Religioſ. diſciplin. cap. 15. §. 1. ſed ego prędictam ſententiã apud Nau. inuenire non potui, & Lezan. numerum citat, ſed non capitulum Nau. in dicta diſt. 5. nec Nauar. in aliquo cap. commentarij illius peruenit ad nu. 121. Alderete autem non habeo.

20 Sed ſi fortè notoria ſit, vel ſcandaloſa, vel diù cõtinuata Clericorum fornicatio, tunc dicit Bellett. in d. §. 2. nu. 7. illos eſſe puniendos pœna depoſitionis; & ita refert tenere Toletum in ſumma lib. 1. c. 47. & Clar. in §. fornicatio nu. 3. Ex quo loco hoc deduci poteſt, cùm dicat, quòd quando fornicatio habet inſignem deformitatem, Clericus illam cõmittens eſt deponendus, quando autem fornicatio notoria eſt, vel ſcandaloſa, vel diù continuata, dici poteſt, illam habere inſignem deformitatem. Eſſeq. hanc cõmunem opinionem dicit Clarus ibidem poſt Menchiacam, quem citat.

21 Delicta atrociora, ſeù atrociſſima, vel grauiſſima

dicun-

dicuntur illa, pro quibus imponitur pœna mortis naturalis, ſecūdùm Salyc. in l. non ideò minus n. 10. C. de accuſat. Bart. in l. nō ſolùm §. ſi madato ff. de iniur. Abb. in c. tuę diſcretioni de pœniten. & alios, quos citat Farinac. in 1. par. q. 18. nu. 88. & idē tenet Diaz in ſua prax. crim. canon. c. 11. At mihi placet ſentētia Clari in lib. 5. ſent. § 1. n. 9. in verſ. Atrociora autem, dicētis, atrociora, ſiuè atrociſſima delicta eſſe dicenda illa, pro quibus lex, vel ſtatutū imponit pœnam grauiorem, quàm ſimplicis mortis in ipſo genere mortis; vtputa quia prò talibus delictis vult reos indui culeo, vel igne comburi, vel fruſtra ſcindi, vel rotę inſeri, vel trahi ad caudam æqui, vel huiuſmodi aliqd addit vltra mortem, vt in crimine hæreſis, Patricidij, Aſſaſſinij ad viam publicā, ſodomię, incendiarij, falſę monetæ, & ſimilium. Vel quādo addit alias qualitates vltra pęnā mortis, vt qūādo extēdit pœnam etiam ad filios, vt in crimine lęſę Maieſtatis. Vel quādo aduerſus delinquentes alia ſpecialia concedet, vt in crimine raptus Virginum, & mulierum honeſtarum.

De iure etiā canonico illa delicta dicenda erunt atrociora, ſeù atrociſſima, & grauiſſima, prò quibus imponitur pęna degradationis actualis, & traditionis Curiæ ſæculari, illa q. sūt Hæreſim, vt in c. excōmunicamus il 2. de hęret. & in c. ad abolendam §. 1. eod. tit. & intellige iuxta ea, quę explicaui in 2. par. mei prompt. ver. degradatio nu. 12. imponitur etiā prędicta pœna propter falſificationem literarum Papæ, vt in c. ad falſariorū de crimine falſi, ac etiam propter conſpirationē in propriū Epiſcopum, vt in c. ſi quis ſacerdotū. xj. q. 1. & dixi in d. ver. Degradatio nu. 12. Et coſuetudinē

eſſe, vt idem fiat, propter quodcũq; enorme, & ſęuerum delictum etiam nõ repetitum dixi in d. ver. Degradatio num. 8. poſt Scacc. in lib. 1. de Iudic. c. 51. num. 66.

22 Vltima delictorum diſtinctio facta ſupra in nu. 4. eſt, alia delicta eſſe occulta, alia notoria De occultis autem dicã hic, de notorijs verò, quia amplã cõtinent materiam dicam in c. ſequenti. Occulta delicta dicuntur illa, quę per legitimas probationes in iudicio nõ ſunt delata, & ab humano Iudice iudicãda nõ sũt, vt probatur ex c. ſicut tuos §. fin. & c. tua nos §. fin. de ſimon. Et cũ nec Eccleſia de occultis iudicet, vt ex citatis iuribus patet, nec alius Iudex, quiſquis ille ſit, iudicare de illis debet, niſi priùs, iuris ordine ſeruato, ad eius iudicium deueniãt; Nam, etſi crimina, quæ notoria ſunt iudiciarium ordinem non requirant, iuxta dicẽda in cap. ſeq. Occulta tamen illũ requirunt c. prohibẽur §. fin. 2. q. 1. vbi ita habetur: *Nullus eſt condẽnandus, niſi iudicio ordinabiliter habito, aut cõuincatur, aut reum ſeipſum cõfiteatur; Verùm hęc de illis intelligenda ſunt, quorum crimina ſunt occulta. Ceterùm quæ manifeſta sunt iudiciarium ordinem nõ requirunt*. Et ex D. Auguſt. in Homil. de pœnit. q. 50. c. 12. ita legitur in c. multi 2. q. 1. *Noluit enim, hominem ab homine iudicari ex arbitrio ſuſpitionis, vel etiã extraordinario vſurpato iudicio, ſed potiùs ex lege Dei ſecundùm ordinem Eccleſiæ; ſi vltro confeſſum, ſiue accuſatum, atq. conuinctum.*

De

# De modo procedendi à Iudicibus præſertim Regularibus in delicto notorio per factum. Cap. IV.

*SVMMARIVM.*

1 *Notorium delictum dicitur illud, quod nulla tergiuerſatione celari poteſt, ac etiam illud, cuius eſt teſtis maior pars viciniæ.*
*Notorium quãto hominum numero fiat, arbitrio Iudicis relinquitur.*
*Arbitrio Iudicis relinquitur omne id, quod in iure non eſt expreſſum.*
*Notorium delictum inter Regulares quod ſit dicendum.*

2 *Notorius exceſſus examinatione non indiget, nec requirit ordinem iuris. Probatur duobus teſtibus. Probatioq. fama ſufficit ad inquirendum.*

3 *Notorium eſſe debet probatum cõcludenter, & quo modo, & in n.4. Factum quando dicitur antiquum.*

4 *Teſtes ad probandum delictum notorium non eſſe examinandos citata Parte ſecundùm aliquos: ſed vide veritatem in nu.6. & 7. & quid quòad Regulares in nu.8.*

8 *Teſtes examinati pro informatione Curiæ in criminalibus, in quibus eſt imponenda pœna corporis afflictiua, omninò ſunt repetendi, nec ſufficit habere illos pro repetitis, & examinatis in plenario iudicio, & quare.*
*Litis conteſtatio non requiritur in crimine notorio.*
*Partes facere non poſſunt cõtra præceptum legis cum clauſula irritante.*
*Renunciari non poteſt iuri prohibitiuo, & annullanti actum.*

9 *Renunciari nõ poteſt iuri inducenti certam formam, vel ſolemnitatem etiam ab illo, in cuius fauore eſt in-*

*ducta, ſed limita, vt in n. 10.*

*Clauſula irritans inducit formam.*

10 *Praxis habendi teſtes pro examinatis quando à reo petitur copia proceſſus, illo non finito, approbatur.*

11 *Litis conteſtatio omitti poteſt in crimine notorio, nec in illo locum habet tortura, nec danda eſt copia repertorum, nec datur terminus ad ſe defendendum, niſi exceptio non friuola opponatur.*

12 *Exceptiones friuolas Iudex ex officio repellere debet. Citatio ad ſententiam eſt neceſſaria etiam in crimine notorio.*

*Sententia condemnatoria in notorijs etſi in ſcriptis de iure non ſit ferenda, de cõſilio tamen talis ſolemnitas omittenda non eſt.*

13 *Acta quomodo ſint formanda in delictis notorijs, & in nu. 14 & 15. & in nu. 16. traditur forma hoc faciendi.*

17 *In notorijs teſtes examinati pro informatione Curiæ Parte non citata, ſunt repetendi Parte citata.*

*Reus etiam in notorijs eſt examinãdus poſt repetitionem teſtium Parte citata.*

18 *In notorio delicto quando reo competunt defenſiones, dandæ illi ſunt cum termino ad ſe defendendum, & conceſſo illi Aduocato, & Procuratore.*

*Conceſſo vno, omnia intelliguntur cõceſſa, ſine quibus ad illud perueniri non põt.*

*In notorio delicto quando defenſiones reo competunt, & non conceduntur appellari poteſt.*

19 *In notorio delicto per euidẽtiam facti appellatio non conceditur.*

*Appellatio introducta eſt, vt Iudicantis iniquitas corrigatur, ac in præſidium innocentiæ, non autem ob defenſionem iniquitatis.*

*In notorijs pronunciatio propriè ſententia nõ eſt, ſed quædam iuris extenſio, à qua regulariter non datur appellatio.*

Li

*Limita, vt in num. 20.*

21 *In appellatione notorij criminoſi eſt expli ādā cauſa appellationis, alioquin Iudex à quo non tenetur appellationi deferre & ante inhibitionem poteſt ſententiam ſuam exequutioni demandare.*

22 *Forma ſententiæ condemnatoriæ pro delicto facti notorij reo præſente.*
*Et quomodo ſit procedendum quòad Regulares ſecūdùm B. Ioan. à Capiſtrano.*
*Incōtinēti ſit quod ſit eodē contextu, vel immediatè ſecundùm Baldum.*

23 *In delicto facti notorij cōtra abſentem quomodo ſit procedendum.*

24 *Forma edicti pro citatione abſentis.*

25 *Reo abſente, & per edictū citato non comparente, procedendum eſt ad vlteriora, & ad quæ, probata priùs citatione, & contumacia. & quomodo ſit probanda.*

26 *Abſens etſi de iure damnari non poſſit, nec haberi pro conuicto, & confeſſo, tamen de conſuetudine introductum eſt, vt prædicta fiant.*

1 SI notorium delictum in Monaſterio committatur, vel in Dięceſi, quòad alios Iudices Eccleſiaſticos, quod ſecundùm noſtrū propoſitum tunc eueniet, quando ita publicè quis delictum aliquod cōmitteret, vt nulla tergiuerſatione cęlari poſſit, nempè quia factū eſt in Monaſterio coram omnibus, vel maiori parte degentium in illo, vel corā omni vicinia, vel maiori parte illius. Tūc enim tale delictum nulla tergiuerſatione cęlari poteſt, & id, quod nulla tergiuerſatior e cęlari poteſt, notorium dicitur, vt in c. fin. de cohabit. cleric. & mulier. & notorium ēt dicitur delictum commiſſum, quādo vniuerſę viciniæ populus teſtis erat, vt in c. cum dilectis filijs §. his igitur, circa med. de purgat. canon.

&

Digitized by Google

& etiam maiorem partem viciniꝗ ſufficere probatur ex l. quod maior ff. ad municip. & ita Doctores affirmare dicit Clar.in lib.5.§.fin.q.9.nu.2. poſt Cynum, quem citat. Quãto autem hominũ numero quid fiat notorium, Iudicis arbitrio relinquitur, cùm hoc à iure determinatum nõ ſit, vt dicit inſignis Doctor Iodocus Dãhouderius in ſua praxi criminali c. 11. nu.7. Omne enim id, ꝙ in iure expreſſum non eſt, Iudicis arbitrio relinquitur, c.de cauſis de offic.deleg. l. 1.ff.de iure deliber. Et ita tenet Menoch.in caſ.166.num. 7.& teſtatur de communi poſt Ant. Gomez.tom.3. variar.reſol. de delict.c.1. n.42.Sigiſm. Scacc.in lib. 1.de iudic.c.76. nu.5. Et quia decem faciunt plebem, ſeù viciniam, vt in c. vnio 10.q.3. & ibi gloſa ſi.arg.illius, & l.Prętor ait la 2.ibi Turbam,&c. ff.de vi bon.rapt. cenſeo, delictu eſſe notoriũ ſi cõmitteretur in Choro, vel in Refectorio, vel in Capitulo, p̃ſentibus ſex ex illis, qñ decem eſsẽt in aliquo Monaſterio aſſignati: nullus enim tunc eſſet inficiationi locus; & quando aliquod ita eſſet factũ coram oculis hominũ, vt nullus ſit inficiationi locus, notoriũ eſſe dixit Innoc. in c.veſtra de cohabit.clericor. & mulier. & Foller. in ſua prax. crim. in 2.par. ſecundꝗ part.in ver.Item, quòd eſt notorius delinquens n.17.etſi dicat, qđ ad hoc, vt delictũ dicatur notoriũ, ſit neceſſarium, vt ſit in notitia omnium de Ciuitate, vel maioris partis eorum, dicit tamen, maiorem partem eſſe poſſe minoris numeri, quàm decem: Sed totum Monaſterium, vel totus populus viciniꝗ vt faciat notoriũ, eſſe nõ debet pauciori numero, quàm decem, vt dicit Foller.in d.nu.17.in fine,& probatur arg.tex. in d.l.

Digitized by Google

d.l. Prętor ait, & d.c. vnio, quam Follerij ſententiam exiſtimo eſſe admittendā omnino inter Regulares, quando maior Monaſterij pars non excedit numerum decem, vel duodecim Regularium; & id, quod dicit Salyc. in l. ea quidem n. 73. de accuſat. relatus à me in cap. ſeq. nu. 4. eſt intelligendum in terminis, in quib. loquitur, ſcilicet vt aliquid dicatur notorium Parochiæ, vel viciniæ.

2 Notorius autem exceſſus quia examinatione nō indiget c. bonæ memoriæ il 1. de elect. nec requirit ordinem iuris c. ad noſtrā il 3. de iureiur. c. manifeſta 2. q. 1. Si caſus in Monaſterio, vel Diçceſi occurrat, vt puniatur reus, ſufficit probare crimen eſſe notoriū, iuxta gloſ. fin. in d. l. ea quidem C. de accuſat. hoc eſt quod ipsū delictū, de quo agitur, notoriè cōmiſſum ſit, vt cum Cyno in d. l. ea quidem num. 5. C. de accuſat. tenet Clar. in §. fin. q. 9. n. 5. & dicit, in hoc neminem cōtradicere, ſufficereq. ad probandum notorium teſtes duos affirmat Foller. in d. ver. Itē quòd eſt notorius delinquens nu. 16. poſt glo. in c. Deus omnipotens, §. quando autem in verſ. Iudicis 2. q. 1. & idem tenet Clar. in §. fi. q. 9. nu. 6. & teſtatur de communi poſt Salyc. in l. ea quidem nu. 82. C. de accuſat. Nec ſufficere dicit Cyn. vbi ſupra in nu. 15. probare famam, ſed ſimpliciter de notorio debere plenè in actis conſtare, ſcilicet tale crinem à tali notoriè commiſſum eſſe, quia probatio talis famæ ſufficit ſolū ad inquiſitionem criminis, non autem ad punitionem.

3 Debetq. notorium eſſe concludenter probatum, vt dicit Foller. in ſua praxi crimin. in 2. par. ſecundæ part. in ver. Item quòd eſt notorius delinquens in num.

nu.12.vt autem notorium dicatur eſſe concludenter probatum, neceſſarium eſt vt teſtes concludāt, tale delictum N. commiſiſſe in tali publico loco, v. g. in Refectorio, vel in tali platea publica, & in conſpectu totius Monaſterij, vel totius Populi, vel viciniç, vel maioris partis ipſius, ex eo quòd fuit commiſſum eo tempore, quo totum Monaſterium erat in Refectorio cauſa prādij, vel cenç: vel ex eo, quòd populus, vel maior pars illius erat in platea illa more ſolito, vel ex tali cauſa, vt per Foller. in d. num. 12.

Debentq; concludere dicti teſtes cauſam ſcientiæ ex viſu, ita vt dicant ſe vidiſſe totum populum, vel maiorem partem populi facto præsētem, & ſic quòad Regulares, totum Monaſterium, vel maiorē Monaſterij partem facto præſentem, vt per Foller. vbi ſupra in num. 17. Sed dicit, hoc ꝓcedere, qñ delictū eſt recens; nam ſi eſſet antiquū dicit, ſufficere ſi teſtes dicant, & concludant, ita audiuiſſe, iuxta not. in cap. veniēs de ver. ſignif. lib. 6. & per dicta à Butr. in cap. quid per nouale n. 16. de ver. ſign. vbi quia Butr. loquitur in cauſa ciuili dicit, ꝙ ad hoc, vt factū dicatur antiquum, debet ſaltem eſſe tale per ſpatium ann. 40. Ideò hęc diſtinctio de probanda notorietate facti antiqui, vel recentis aptari nō poteſt ad omnia delicta notoria, ſed ad illa tantùm, quæ ſpatio 20. ann. aut minori non præſcribuntur; quæ autem illa ſint, dixi in meo prompt. ver. delictū num. 12. in fin.

4 Debent etiā teſtes non ſolùm probare, factū eſſe notorium, prout dictum eſt, ſed etiam qualitates facti eſſe tales, vt clarè cōſtet factum fuiſſe cōmiſſū cum delicto, non autem ob iuſtam defenſionem; ita

ità, vt pateat fuiſſe commiſſum abſq. vlla iuſta excuſatione, prout faciendum eſſe cõſuluit Colleg. Florent. inter conſ. Curtij ſenioris conſ. 21. n. 3. & ita firmare dicit Bald. & Salycet. & Legiſtas in d. l. ea quidem C. de accuſat. aſſeritq hanc eſſe indubiatã opinionem, quã ſequitur Clar. in §. fi. q. 9. n. 2. & refert idem tenere Tortũ inter conſ. Butrij conſ. vlt. n. 29. in verſ. nec obeſt tex.

5 Quando autem Iudex format proceſsũ ſuper informatione delicti notorij citatio nõ exigitur, ſed procedere habet de plano, & ſe informare, vt bonus vir, vt tenet expreſsè Butr. in tract. de notor. ar. 4. n. 14. in fin. Et ratio eſt, q̃a citatio fit ad finẽ, vt citatus ſe defendere valeat, vt dixi in meo Promp. ver. Citatio nu. 1. in fin. per l. de vnoquoque ff. de re iudic. & l. nam ita diuus ff. de adopt. ſed quãdo à Iudice formatur proceſſus ſuper informatione, tunc nulla reo competit defẽſio, ſi Iudex iuridicè ad informationem procedat, quia vbi certum eſt, nullã defenſionem competere, nulla citatio requiritur, vt dicit Clar. in d. §. fi. d. q. 9. nu. 4. in fine. ergo quando Iudex format proceſsũ ad informationẽ Curię pro delicto notorio, nullã reo citationem facere obligatur, ſiue reus ſit abſens, ſiue pręſens, & in carcere mancipatus. Et tũc maximè faciendũ hoc non eſt, quando ex tali citatione reus non carceratus inſtrueretur ad fugã, vt per Clar. in d. num. 4.

6 Verũ quia omnis actus iudiciarius, ex quo pars lędi poteſt, ſi fiat illa inaudita, & nõ citata eſt ipſo iure nullus, maximè quãdo eſt actus Iuſtitię, & non gratiæ, prout dicit dictum Colleg. Flor. in d. conſ. 21. n. 11. apud conſ. Curt. ſenioris, & dicit eſſe caſum in clement. paſtoralis §.

cęterùm de re iudic.cum ſimilib.&in examinatione teſtium pro informatione dicti notorij Pars lædi poteſt, niſi videat iuramenta teſtium,cõtra quos,& eorum dicta poteſt opponere , ſicut in quolibet alio iudicio, vt dicit Boſſi.in ſua prax. tit.de denunciat. nu.9. debet Iudex ob vitandam hanc nullitatem, formato proceſsu pro informatione Curiæ teſtes repetere,reo citato,& admiſſo ad videndum iuramenta teſtium. Quia notorium ex actis conſtare debet Iudici, vt Iudici ſecundùm cõmunem Doctorum opinionẽ, de qua poſt Cõrad. teſtatur Clar. in §.fi.q.9.num.5. in fine, ideòq.non ſufficere,dicit, informationes ab ipſo Iudice extraiudicialiter ſcriptas,ſcilicet Parte non citata.

7 Teſtes igitur in ſummaria informatione recepti,ſeù examinati,Parte aduerſa nõ citata, ſeù reo non citato,neceſſariò sũt in plenario iudicio ratificandi, Parte citata , alioquin fidem non faciunt, nam cùm tales teſtes fuerint examinati Parte non citata,illi nõ pręiudicant, ideoq.iterũ examinari debẽt Parte citata, vt docet Bart. in l. fi. in fin. ff. de quæſtionib.per l.ſi quãdo C.de teſtib. & illos non præiudicare eò quòd ſunt nulliter examinati, de iure Canonico eſt tex. in terminis in c.2.in fine de teſtib.per hæc verba. *Ecce admonendus eſt ſemper aduerſarius, vt ad audiendos teſtes veniat, quod quia hic omiſſum eſt, neceſſe eſt , vt quod contra legem actum eſt nullam habeat firmitatem*. Vbi gloſ. in verſ.audire dicit, nõ eſſe ideò admonendum aduerſarium, vt veniat ad audiẽdos teſtes examinãdos, quia ſecretè ſunt examinandi, & in publico debent iurare, vt notat Bart. ex illo tex. in l.nullum not.1. & nu.6.

C.de

Digitized by Google

C. de teſtib. ſed vt veniat ad audiendum,& videndũ iuramenta teſtium;& poſt publicationem videre, & audire dicta ipſorum. Tenetq. ita Suarez de Paz in ſua prax. Eccleſiaſtica, & ſæculari in 5. par. 1. tomi c. 3. §. 9. nu. 1. poſt Doctores, quos citat.

8 Et quamuis ex Panor. in c. cùm contingat n. 26. de foro compet. videatur hoc eſſe limitandũ quòad Regulares: vt ſcilicet ipſi vocandi non ſint ad vidẽdum iuramenta teſtium, quia hoc pertinet ad ordinẽ iudicij, & in cauſis Regulariũ proceditur de plano ſine ſtrepitu, & figura iudicij, ſed ſecundùm obſeruantiam Religioſorum, tamen etiam quòad Regulares non eſt recedendum à priori ſententia, cũ hoc pertineat ad ſubſtantiam iudicij, vt patebit ex infra dicendis hic, & in n. 9. Addit etiam Paz in d. c. 3. §. 9. n. 3. & ſequitur poſt alios, quos citat Auctor Curiæ Philippic. in 3. par. §. 15. num. 3. & teſtatur de communi, nec ſufficere in criminalibus, quãdo in illis infligenda eſt pœna corporis afflictiua, ſi reus teſtes examinatos pro informatione Curiæ habeat pro productis, & examinatis in plenario iudicio, ſed neceſſarium eſſe, vt re vera repetantur, & ratificentur in plenario iudicio; Tùm quia reus in criminalibus renunciare non poteſt ſuis defenſionibus; Tùm quia nulliter recepti fuerunt, lite nõ conteſtata, vt per Paz in d. n. 3. ſed neutra ratio aptari poteſt crimini notorio; nã prior nihil ꝓbat, per ea, quæ dixi in meo Prompt. ver. Defenſio n. 8. & poſterior in crimine notorio locũ habere nõ poteſt; quia in illo litis cõteſtatio non requiritur, ſecũdùm comunem ſententiam Doctorũ, de qua teſtatur Foller. in d. ver. Item quòd eſt notorius delinquẽs n. 5. Ratio



Digitized by Google

tio autem eſt illa, quæ habetur in d.c.2. in fin.de teſtib. ſcilicet quia fuerũt nulliter examinati contra legis determinationẽ,quę vult, vt teſtes non examinentur reo non citato, & ſic ſumus in caſu ꝓhibito, & pertinent ad eſſentiam iudicij: Ideòq. eorũm dictum conſenſu Partis validari non poteſt, cùm facere Partes nõ poſſint cõtra id, quod ex præcepto legis per clauſulam irritãtem pertinet ad eſſentiam iudicij,vt probatur ex l.nemo poteſt ff. de leg. 1. Et cùm prædictum ius prohibitoriũ ſit, ſcilicet, nè teſtes examinentur Parte non citata, & actum annullet,cùm dicat: *nullam habeat firmitatẽ*, vt in cit. c.2. in fi. de teſtib. renunciatio Partis nõ valet,quia iuri prohibitiuo, & annullanti actum renunciari nõ poteſt, vt dicit Bald. in conſ.233.in prin. per tex. in l. 2. C. ne fideiuſſ. vel mandat.dot.dentur.& tene Bart.in l.de his n. 3.in fi. C. de tranſact. & Alex. qui alios citat in conſ. 41. nu. 14.vol.5.

9 Præterea quando ius ſtatuit,inducendo certam formam, vel ſolemnitatẽ, tali iuri renunciari nõ poteſt,vt dicit Soci. in c.ſi diligenti n.14. de for.cõpet. poſt multos Doctores, quos ibi citat, & hoc maximè, quando ſolemnitates tales ſunt,vt illis omiſſis actus reddatur nullus: nã tales ſolemnitates, dicit, non eſſe in poteſtate contrahentium per iura, quę citat,& Doctores per quos cõprobat;ſed quando ius ſtatuit, vt teſtes nõ examinẽtur, niſi Parte citata, ita certam formã inducit,vt ſi omittatur,actus corruat,& teſtium examinatio nullam habet firmitatem,vt patet ex iuribus citatis ſupra in nu. 7. ergo in caſu noſtro reus tali ſolemnitati renunciare non poteſt,habẽdo teſtes examinatos, ipſo non citato,

pro

pro ritè examinatis.

Nec obſtat, quòd talis forma, ſiue ſolemnitas videtur principaliter ordinata in fauorē ipſius rei; nam cùm habeat clauſulā irritantem, tali iuri reus renunciare nō valet; quia per dictam clauſulā videtur Superior habere pro illicito quod fieret in cōtrarium, vt dicit Feli. in c. cùm acceſſiſſent nu. 7. de cōſtit. & addit, ad hoc facere vulgatam doctrinam quę habet, quòd vbicūq. in aliqua diſpoſitione apponitur dicta clauſula annullatiua, ibi cōſenſus Partium mihil operatur; & in nu. 8. expreſsè dicit, quòd vbi eſt appoſita dicta clauſula, vel cōſimilis, ēt ſi ſit hoc ſtatutū fauore Partis, non poteſt pars tacitè, vel expreſsè tali fauori renūciare per iura ab ipſo allegata, & per Doctores, quos citat. Addens quòd vbi apponitur talis clauſula, videtur datū pro forma, ſecundùm Baldum in l. 1. ff. de lib. & poſth. & ſequitur Anchar. in c. 1. in ver. quęro ſi ſtatuto caueatur de conſtit. & dixi poſt multos Docto. ibi à me citatos in reſol. 129. nu. 2. in 2. tom. mear. var. reſolut. & vt dictū eſt, quando ius inducit formā, tali iuri Partes renunciare nō poſſūt, etiam ſi introducta ſit in proprium fauorem.

10 Verùm quia ſolent aliquando rei, ne in ſecreto carcere diutius detineantur copiam proceſſus petere teſtibus nō repetitis ipſis citatis, & ſic illis non legitimatis, & quia Iudex copiam illius dare non obligatur, niſi priùs cōpletus, ac legitimatus fuerit proceſſus, vt probat Cartar. in pract. interogan. reor. lib. 3. c. 3. à n. 57. vſq. ad n. 62. in Statu eccleſiaſtico practica inoleuit, vt teſtatur ipſe Cartar. in d. nu. 62. ac etiam in noſtro Regno, vt ibidem teſtatur idē Cartar. poſt Capy. deciſ. 74. & Foller. in pract.

Digitized by Google

praſt.crim. in tit. & ſi cõfitebuntur n.51.vt quãdo inquiſitus vult copiam indiciorũ, vt ſuas poſſit facere defenſiones,& inſtat pro copia proceſſus,dicẽs quòd habet teſtes Curiæ pro ritè, & rectè receptis, & legitimè repetitis, exceptis abſentibus, & mortuis,concedi tũc ſoleat,cũ congrua ratio aſſignari nõ poſſit, cur denegari debeat, & perindè eſſe dicit Cartar. ex Vulpell. in cõſil.crimin.68.n.7.relato à Purpurat. in conſil.238.in fine,ac ſi teſtes Parte citata repetiti eſſent, ex communi omniũ praxi, quam ſeruare etiam Curiam Archiepiſcopal. Neapolitanã dixit mihi doctiſſimus Fiſcalis eiuſdem Curiæ: ſed aduerte, Follerium in d.tit.etſi confitebũtur nu. 51. nihil de hoc verba facere,ſed de prędicta praxi loquitur in tit. *datur copia capitulorũ inquiſito* in nu. 5.& dicit,eſſe prax. Magnę Curię,&idem dicit Capy. in d.deciſ.74.n. 3. & quia talis praxis vbi adeſt nouã legem induxit, ſeruari tutò poteſt cum prædicta moderatione, ſcil. quando reus petit prædictã copiam cũ prędicta clauſula, ſub conditione .ſ. volendo,vt teſtes habeãtur pro repetitis. Non eſt tamen etiam ibidem paſſim hoc faciendũ,ſed cum maturo conſilio, quia vt poſt Simanch. de cathol.inſt. tit. 64.de teſtib.nu.25.aduertit Cartar. in d.c.3.nu.62. in fi. etiam vbi practica prędicta ſeruatur,etſi reus dicat ſe velle teſtes habere pro ritè examinatis, & repetitis, debet tñ Iudex iterum eos examinare, & interrogare, ſcilicet Parte citata, nè forte defenſio reorum pereat,cui,vt ipſe Carta.addit in nu.63.nec nominatim quidem renũciare queunt, ſecundùm Doctores in l. pactũ inter ff. de pact. cũ alijs ab ipſo congeſtis in tracta. de defen. reor. Et animaduer-

uertere debere etiã Iudices, dicit, in caſu, quo decretum faciunt de concedenda copia cum d. clauſula, ſcil. habitis teſtibus pro ritè, & rectè receptis, &c. vt copiam nõ concedant prius quã inquiſitus expreſsè hoc faciat, quia ex ſolo decreto pro talibus non habentur, & ita practicos criminaliſtas facere cõſueuiſſe dicit cum Vulpello in conſ. crimin. 32. num. 6. vide etiam circa hanc materiam Tranquill. Ambroſ. de modo form. proceſſ. informat. lib. 3. c. 1. à n. 29. vſq. ad finem, vbi ferè omnia prędicta cõprobat; ſed aduerte, poſſe reum re integra actorum copiam nolle, & tunc tenetur Iudex teſtes repetere, quia tunc ceſſat cauſa.

11 In notorio etiã crimine poſſunt Iudices omnes litis conteſtationem etiam omittere, cum in tali delicto hoc non ſit neceſſarium ex cõmuni Doctorũ ſententia, de qua teſtatur, & illam ſequitur Foller. in d. ver. Item quòd ſit notorius delinquens n. 5. & dixi ſupra in nu. 8. Nec in illo locum habet tortura, vt dicit Bald. in l. milites C. de quæſtion. quia tortura datur ad inueſtigandã veritatẽ, & in delicto notorio veritas ipſo facto manifeſtata eſt, vt per Foller. vbi ſupra in nu. 2. Nec dãda eſt reo copia Inditiorũ ſeù repertorũ, vt poſt Angel. de malefic. in ver. etiam per modũ notorij, & Grãmat. in deciſ. 36. n. 56. dicit Foller. in d. ver. Item quòd eſt notorius delinquens nu. 8. Nec datur illi terminus ad ſe defendendum; quia licet regulariter talis terminus ſit concedendus, tamẽ quãdo delicti factum ita eſſe notorium ex proceſſu cõſtat, vt nulla in illo cadat defenſio, nempè quia cõſtat, fuiſſe cõmiſſum cum ſcelere, & abſq. vlla iuſta cauſa, prout teſtes cõcludere

dere debere dixi ſupra in num. 4. tunc nulla eſt reo concedenda dilatio ad ſe defēdendū, vt tenet Felin. in c. cùm non ab homine n. 11. de iudic. poſt Doct. quos citat, & Gram. in d. dec. 36. n. 57. & ſeqtur Foller. ſupra in n. 7. & eſt cōmunis opinio, quā tenet Clarus in §. fi. d. q. 9. nu. 7. quādo reus nullam exceptionem proponit ad excludēdum delictū, & poſt Boſſ. in titul. de denunc. n. 6. in fi. dicit, hanc praxim totum Mundum ſeruare; nec talis rei exceptio eſt admittenda quādo friuola eſt, & ex proceſſu apertè conſtat contrariū, quia fruſtra expectatur euētus, cuius nullus eſt ſequēdus effectus cap. cum contingat de offic. deleg.

12 Quando autem Iudex videt opponi exceptiones, quæ notoriæ ſunt friuolæ, eas repellere debet ex officio, ſecundū Foller. vbi ſupra num. 4. & in n. 9. in fi. per l. 2. C. de falſ. c. poſt electionē de conceſſ. prę b. cap. bonę il 1. de poſtul. Præl. Butr. in d. tract. de notor. ar. 4. n. 48. quibus reiectis, citato prius ipſo reo, prout faciendum eſſe dicit Clar. in d. q. 9. n. 4. & teſtatur de communi poſt Doctores, quos citat, & ſequitur Scaccia in dict. c. 76. nu. 8. in verſic. conſulo etiam, procedere poteſt ad ſententiam, quam etiam in notorio crimine eſſe neceſſariā tenet gloſ. in c. euidentia in ver. non indiget clamore de accuſat. Foller. in d. verſ. Item quòd eſt notorius delinquens n. 20. & dicit, hanc eſſe ſententiam communem, & approbatā Marſ. in pract. crim. §. aggredior n. 133. quem citat, & ſequitur Clar. in d. q. 9. n. 8. Et quamuis ex iuris rigore talis ſententia nō ſit ferenda in ſcriptis, & cum ſolemnitatibus, de quibus in c. fi. de re iudi. in 6. & in tot. tit. C. de sēt. ex breuil. recit. vt poſt Doctores, quos

quos citat tenet Foller. in d.n.20. numquàm tamen hoc in praxi ſeruarē, nec conſiliū darem, vt ſeruetur etiam ſi delictum, & qualitas illiꝰ notoria ſint, ad hoc, vt de condēnatione rei ad perpetuam rei memoriam conſtare poſſit, & vt pateat Iudicem condemnationē non præcipitaſse, ſed maturo conſilio illam protuliſſe.

13 Placet etiam mihi, vt in praxi ſeruetur ſententia Boſſ. in tit. quomodo proceditur in crim. not. nu.3. & in tit. de denunc. nu.10. quem ſequitur Scacc. in d.c.76.n.8. ver. Ceterùm, vt non ſolū in delictis notorijs facti tranſeuntis, ſed etiam facti permanētis, & etiam quando delictū notoriè corā Iudice, ſeu Superiore exercente actum iuriſdictionis, & coram Populo, ſeù Monaſterio, vel maiori parte eorū cōmiſsū ſit, aſſumatur informatio tàm de delicto, & qualitatibus ipſius, quàm de delinquēte, & vt omnia redigātur in ſcriptis penès acta, quæ ſi fiant ſtatim poſt commiſſum delictum, reo adhuc præsēte, & priuſquā recedat à loco delicti, & ab ipſo Iudice, corā quo fuit cōmiſſum notorium delictum exercente ipſo actū iuriſdictionis, ſeruandus eſt modus quem tradit Foller. in d. verſ. Itē quòd eſt notorius delinquens num. 27. poſt Doctores, quos citat.

14 At ſi acta fiant cum interuallo tēporis, & ſic poſt quàm reus à Tribunali receſſit, etiā ſi fuerit in carcere mancipatus, tūc poteſt Iudex vno ex duobus modis procedere, ſcilicet via ordinaria, & iuris ordine ſeruato, ac ſi caſus non eſſet notorius, & tūc abſq. quòd capiat informationem de qualitate notorij id ſeruare debet, quod infra dicam, eſſe faciendum ab eis, qui vno ex tribus modis, via ordinaria procedunt. Alio modo, quo procedere poteſt eſt via extraordinaria, ſcilicet ſu-

per delicto notorio tamquàm notorio, & tunc vt poſſit procedere, neceſſarium eſt, vt ante omnia illi conſtet per probationes concludentes, delictum fuiſſe notoriè cōmiſſum, iuxta ea, quæ dixi ſupra in n.3. Nec ad hoc vt procedere valeat, neceſſariū eſt probare qualitates facti eſſe tales, vt clarè conſtet notorium delictum eſſe commiſſum cum ſcelere, iuxta ea, quæ dixi ſupra in num. 4. ſed ſufficit Iudici probare factum principale fuiſſe notorium. Hoc enim ſufficit ad hoc, vt procedere valeat extraordinariè tanquàm ſuper notorio, & probatio illarū qualitatum tātùm eſt neceſſaria ad excludendum reum à defēſione, & executione pro delicto notoriè cōmiſſo, vt per Foller. in d. verſ. Itē quòd eſt notorius delinquens nu.13. omniaq. alia ſeruabit q̄ ſupra dicta ſunt eſſe ſeruāda à præcedente ſuper delicto notorio, & omittere poteſt omnia, quę dixi poſſe omitti.

15 Aduertāt Iudices, quòd etſi duo teſtes ſufficiāt ad probandum delicti notorietatem, vt dictum eſt ſupra in nu.2. optima tamen eſt cautela illa, & in praxi ſeruāda, quā tradit Salyc. in l. ea quidem n. 82. in fine, & in n.91. C. de accuſ. ſ. vt Iudex ad cautelam, licèt ex abundanti examinare faciat omnē, vel maiorem partem viciniæ de delicti commiſſione, & ſic vt in Monaſterio examinentur omnes Religioſi, vel maior pars eorum, & ſic clarè conſtet de eius notorietate: quam cautelam approbat, & ſic ſeruādum eſſe affirmat Foller. in d. verſ. Item quòd eſt notorius delinquens nu.18.

16 Modus autem procedendi per viam notorij, quando ex interuallo aliquo Iudex, vel Superior Monaſterij procedit, talis erit, vel conſimilis.

*Forma*

Forma incip. proceſſum pro delicto facti notorij.

*Hęc eſt quadã adnotatio, quæ per viã, & modum notorij ſit à tali Iudice, vel à tali Superiore huius Monaſterij, vel à talibus Viſitatoribus vnà cũ tali Aſſeſſore* (ſi Aſſeſſorem habent) *contra N. qui tali die huius anni, vel dieb. præteritis huius mẽſis, & anni, in tali loco, ſeù in tali, vel in hoc Monaſterio tale delictũ notoriè cõmiſit; ſuper quibus oĩbus ſit proceſſus, vt infra: electo priùs à prædicto Superiore, vel Viſitatoribus me B. in huius cauſa Actuarium,* quando .ſ. Actuarium ordinariũ non habẽt, & ſtatim ꝓcedatur ad examinationẽ teſtium iuxta formã tradẽdam infra, cùm de examinatione teſtium ſpecialiter agam in c. 13. num. 28.

17 Examinatis teſtibus pro informatione Curiæ, ſi in tali examinatione nõ fuit reus citatus ad videndum iuramenta teſtium, iterùm sũt repetẽdi, præmiſſa tali citatione, ſi reus ſit puniendus pœna corporis afflictiua per dicta ſupra in num. 8. & 9. à qua ſententia nõ recedas, etſi Butr. citatus ſupra in n. 5. in d. ſuo tract. de notorio crim. a. 4. nu. 14. teneat, in notorio poſſe Iudicem de plano, Parte non citata, & receptis ẽt teſtibus nõ iuratis ſe informare de hac notorij qualitate, idemq. refert tenere Innocentiũ, nãq. ẽſt hoc intelligendũ, quando hoc facit pro informatione Curię, in quo caſu & ego hoc admiſi ſupra in nu. 5. ſed remanere obligationẽ repetendi teſtes illos Parte citata dixi in n. 6. & rationem reddidi. Et secũdùm hanc meã ſententiã conſuluit Frãc. Aretin. in conſil. 163. n. 3. in fi. vbi ex multis probat; in tali informatione Partẽ eſſe citandam, ſcilicet, vel priùs, vel in repetitione ipſorum teſtium. Et ſequitur Aretinum, omiſſa ſententiã Butr. & Innoc. Foller. in d. titul. Item quòd

H 2 eſt

eſt notorius delinquens nu.28. Et cõcordari facilè poſſunt, quãdo teſtes repetũtur Parte citata, quia ſentẽtia Butrij intelligi poteſt, quãdo informatio ſumitur ad inſtructionẽ Curiæ, & ſententia Aretini, & Foller. quãdo ſumitur ad condemnationem.

Et poſt prędicta examinandus eſt reus ipſe ſuper omnibus interrogatorijs neceſſarijs ad factũ, ſuper quo proceditur, & ſi confitebitur, damnandus erit, vt dicit Foller. vbi ſupra in nu. 19. præmiſſa tamen citatione ad ſententiã, quã ac etiam ſententiã neceſſariam eſſe etiam in notorio crimine dixi ſupra in n. 11. Si autem delictũ negauerit, vel dixerit, nõ habere memoriã tale notorium delictum cõmiſiſſe: tunc ſi ex proceſſu cõſtet factũ eſſe tale, in quo nulla cadit defenſio, vel excuſatio, nec excuſatio aliqua, quæ iuſta ſit à reo afferatur, eſt illi intimanda ſententia ꝑ die ſequẽti, ex æqu itate quidẽ, quæ non pati tur, vt eadem die fiat citatio, & ſententia feratur. Et quamuis Foller. in d. n. 19. doceat, vt nulla data dilatione ad cõdemnationem procedatur, intelligendum eſt tale dictũ, vt procedat poſt citationẽ ad ſententiam, cùm illam neceſſariã eſſe communis Doctorum ſententia doceat, vt dixi ſupra in n. 11. Aduertãt tamen Iudices, quòd etſi ſufficiat, vt in ſententia mentio fiat de notorietate criminis, prout fit in forma ſententiæ poſita infra in n. 21. tamẽ dicit Gramm. in deciſ. 65. nu. 12. & in deciſ. 105. nu. 16. quem citat, & ſequitur Baiar. ad Clar. in d. §. fi. q. 9. in ver. ſed quæro nunquid, quòd inuoluit cautelam, vt Iudex priùs pronunciet factum eſſe notorium, quando non eſt notorium facti permanentis, aut ex eo, quòd eſt cõmiſſum coram Iudice ſedente

te pro tribunali,bonũ erit tali cautela vti.

18 Sed ſi fortè deféſio aliqua fuerit allegata, quam competere reo poſſe Iudex exiſtimat: vel ſi factũ ſit tale, vt in illo cadere poſſit defenſio aliqua, vel excuſatio, licèt non allegetur, debet Iudex ſtatuere reo competentem terminum ad ſe defendẽdum, vt dicit Foller. in d. n. 19. Et cũ ei concedatur tunc defenſio, concedendi illi ſunt Aduocati, & Procuratores, per quos ſe defendere valeat; quia vno alicui conceſſo, cenſentur illi cõceſſa omnia, ſine quibus ad illud peruenire non poteſt, l. illud ff. de acquir. hęr. cap. præterea de offic. deleg. & quamuis expreſsè in hoc caſu dicat Foller. in d. num. 19. non eſſe concedendam reo copiam repertorum, tamen ob prædictam rationem dicas, omninò illi concedendam eſſe, quando copia repertorum illi neceſſaria eſt ad defenſionem prędictam. Imò ſi Iudex non admitteret defenſiones probabiles, & excuſabiles, appellari poteſt de tali grauamine; eſtq; appellatio admittenda quòad omnem effectum, vt poſt Butr. in d. tract. de notor. crim. art. 4. num. 53. tenet Folle. in d. verſ. item quòd eſt notorius delinquens nu. 25. & appellari etiam tunc poteſt, ſi denegetur copia repertorum, quia dicitur grauari l. 2. C. vt lit. pend. c. perpetuus de fid. inſtrum. & per dicta à Scac. to. 1. de Iudi. c. 100. num. 9.

19 *D*iſcuſſa autem cauſa deféſionis, ſi rei cauſa ſuccumbat, ad prædictã condẽnationem, iuxta dicta in n. 16. procedatur, à qua condemnatione appellari non põt; in notorio enim ꝑ euidentiam facti appellatio non datur, tex. & ibi glo. in ver. notorio in cap. Romana §. ſi autem de ap-

appel.in 6.cap.cùm ſit Ro
mana in fi.& cap.peruenit
cap.cõſuluit il 1.cap.cum
ſpeciali §. porrò de appel.
l.obſeruare C. quor. ap-
pell. non recipi. & notiſſi-
mam eſſe iuris Regulam,
à ſentẽtia in notorijs pro-
lata appellari non poſſe,
dicit Ludoui. Rom.in cõſ.
324.n.2. & cõem hãc eſſe
DD.ſententiam dicit Ioa.
de Anan. in c. quàm per-
nicioſum in nu.1. de vſur.
& illam ſequitur Dec. in
d.cap.ſpeciali §.porrò in
princ.de appell.Foller.ſu-
pra in num.21.& alij mul-
ti,quos citat, & ſequitur
Scac.de Iudic.c.97. num.
119. Huius autem deter-
minationis duplicem ra-
tionem reddit Roman.in
d.conſ.324. num. 3. & 4.
quarum prior eſt,quia ap-
pellatio introducta eſt, vt
Iudicantis iniquitas corri-
gatur l.1.in prin.ff. de ap-
pell. & vt dicit tex. in d. c.
cũ ſpeciali §. porrò, intro-
ducta eſt in pręſidiũ inno-
centiæ, non aũt in defen-
ſionem iniquitatis; in de-
licto aũt notorio nec ini-
quitas Iudicantis eſt corri
genda, nec in præſidium
innocentiæ eſt appellatio
neceſſaria, ſed potiùs per
illam iniquitas defẽdere-
tur; ergò iure meritò ad-
mittẽda non eſt.Secunda
Rom.ratio eſt,quia in no-
torijs iudicijs pronuncia-
tio non propriè ſententia
eſt,ſed quædam iuris exe-
cutio,vt notat Innoc.in
cap. ex parte il 1. de verb.
ſignif. ab executione autẽ
iuris regulariter appellari
non poteſt, l.ab executio-
ne C. quor. appell. non
recipitur,l.ab exequutore
ff.de appell.c.quòad con-
ſultationem de re iud.

20 Sed quia ex dictis ra-
tionibus apparet, tunc à
ſententia ſuper delicto fa-
cti notorij appellandum
non eſſe, quando in deli-
cto illo pęna à iure eſt de-
terminata, & Iudex iuxta
iuris determinationẽ ſen-
tentiam proferret: tunc
.n. Iudicis iniquitas cor-
rigen

rigenda nõ eſſet, cùm ſecundùm iuris determinationem pronunciet, & verè ſit tũc iuris executor, at ſi Iudex determinatam à iure pœnam excederet, vel ſi illa arbitraria eſſet, & arbitrium nimis ſeuerũ, & acerbum fuerit, tunc à tali ſententia ſine dubio appellari poteſt, argum. text. in d. l. ab executione in princip. C. quor. appell. ibi: *niſi fortè executor ſententiæ modum iudicationis excedat*, & ſentit Foller. per alia iura, quæ citat vbi ſupra in nu. 27. in fi. & debet Iudex tali appellationi deferre: Item à ſententia pro delicto facti notorij appellari poteſt, quãdo in proceſſu cauſæ iuris ordo ſeruatus non fuit, & ex ſententia non apparet, quòd de crimine notorio Iudex reum cõdemnauit, & tali appellationi Iudex deferre debet, vt per Salyc. in d. l. ea quidem n. 91. C. de accuſat.

21 Quando autem in aliquo ex prędictis caſibus, vel alio quocunq. reus notoriè criminoſus condemnatus appellat, aduertere debet, vt in appellatione cauſam ſuæ appellationis exprimat, nam etſi in appellatione à ſententia diſfinitiua nõ requiratur expreſſio cauſæ; ſed tãtùm in ſententia interlocutoria ſit cauſa exprimenda, vt determinatum eſt in c. 1. de appell. in 6. tamẽ quia, vt dicam latius infra in c. 16. ſi non exprimat, non tenetur Iudex, à quo appellatur, appellationi deferre, ſed poteſt antè inhibitionem ſibi factam per Iudicem ad quem ſententiam ſuam executioni demandare, vt docet gloſ. in verſ. mandetur in d. c. Romana §. ſi autem de appellat. & Gemin. ibid. in n. 7. At quando notorius criminoſus diffinitiuè damnatus appellat cum expreſſione legitimæ cauſæ, appellatio valet, non ſolũ

vt

vt iuriſdictio deuoluatur ad Iudicē ad quem, & vt ille cognoſcere poſſit, ſed etiam vt Iudex à quo appellationi deferri debeat, vt poſt ſupra citatam gloſ. tenet Franc. in d. §. ſi autē num. 5.

Cùm ſit expeditus modus procedendi, & finiēdi cauſam delicti facti notorij quando preſens eſt reus, priuſquam deueniam ad modum procedendi quādo eſt abſens, prout faciā infra in nu. 22. ac etiam in alijs cauſis notorijs, de quibus dicam breuiter in cap. ſeq. mihi videtur ad bene eſſe neceſſariū ſubdere hic formam pronunciādi ſententiam diffinitiuam in delicto facti notorij, quam ego ad vitandum vitanda, & ad bene eſſe, & per dictā ſupra in nu. 11. ſi eſſem Iudex pronunciarem in ſcriptis, & omni ſeruata ſolemnitate in hac forma. v3.

Forma ſententię condemnatoriæ pro delicto facti notorij reo præſente.

22 *Chriſti nomine inuocato. Nos N. Vicarius Generalis Reuerendiſſimi Epiſcopi B. vel Superior Monaſterij Sancti A. vel Viſitatores talis Religionis, vnà cum G. Aſſeſſore* ( ſi Aſſeſſorem habent) *viſis, ac diligēter conſideratis omnibus, & ſingulis, quæ habentur in proceſſu formato contra A. pro notorio delicto à te commiſſo contra M. in publica tali platea, vel in publico Refectorio talis Monaſterij, prout in proceſſu, conſiderataq. nimia tua audacia Deum præ oculis habentes, vt de illius vultu noſtrū iudicium prodeat. & oculi noſtri videant æquitatem; per hanc noſtra diffinitiuam ſententiam, quam in his ſcriptis ferimus.*

*Crhiſti nomine, repetito ſentētiamus, declaramus, pronūciamus, atque definimus te A. prodicta notoria, & graui offenſa M. illata repertum eſſe puntibilem, & in talē pœnam,*

*pœnam,vel in arbitrariam, & graue pœnam incidiſſe, ideo te per hanc diffinitiuam ſententiam in prædictam talem à legibus ſtatutam pœnam te condemnamus* ( vel ſi eſt arbitraria dicat)*ad pœnam Carceris per decennium te condemnamus ab hac die incipiendam. Lecta lata, & publicata fuit hac ſententia ſedentes pro Tribunali in tali loco, vbi Curia Epiſcopalis regi ſolet,& ius reddi petẽtibus.* Quę verba Regulares, qui locum non habent,vbi Curia regi ſolet,omittunt, & ſtatim addant. *In Camera tali ſedente dicto Iudice,vel dictis Iudicibus,pro Tribunali. Die 19. Octobris 1637.præſente ipſo A.reo,& præſentibus N.& N. teſtibus ad hoc vocatis.*

Subſcribẽda eſt ſententia à Iudice,ſeù à Iudicibus,ac ab Aſſeſſore,& ẽt ab Actuario in fine paginę, iuxta modum in nu.ſeq.in fi.Po ſui dicta verba ſedente Iudice pro Tribunali ad maiorẽ cautelam, licet DD. teneant nõ eſſe neceſſaria in ſententia quæ pro notorio crimine fertur. prædictumq. modum procedendi cenſeo ſeruandum eſſe,prçſertim quòad Regulares,per ea quæ iam dicta ſunt,etſi B. Ioannes de Capiſtran.in c.tua nos de cohabitat. Clericor. & mulier.nu.2.teneat quòad Regulares,quòd pro delicto facti notorij, commiſſo ſcilicet in Refectorio, Choro,vel Capitulo,nullo iuris ordine ſeruato,niſi illico, receptis teſtibus, pręsẽte reo cõuicto, procedi poteſt incontinenti ad eius cõdemnationem, &duo teſtes ad probandã notorietatẽ ſufficere ipſe Ioa.à Capiſtr.dicit in c.de veſtra de cohabit. Cleric. & mulier. Et incontinẽti fieri,ſi fiat intra triduũ, dicit quidã Modernus, qui prædictam ſententiam ſequitur in ſua praxi crim. in tit. de notorio in ver. apud Regulares, ſed hoc non probat, niſi ex Bald.

qui in l. lecta nu. 13. ff. ſi cert. peta. dicit, quòd in cõtinenti fit, quod fit eodem contextu, vel immediatè,& in num. 17. dicit, Quòd dicitur fieri incontinenti quod fit intra triduum, non abſolutè, ſed reſpectu recuperãdę poſſeſſionis.

23 Si verò notorij delicti reus abſens fuerit,&realis citatio per carcerationem fieri non poſſit,nẽpè quia ipſe fugam arripuit, tunc omninò verbalis citatio facienda eſt,dirigendo literas alicui tertio, qui illum verbaliter citet,vt dicit Soc.de cit.ar.24.nu.1. capta prius informatione contra abſentem, & conſtito,vt ſupra,de qualitate notorij, vt per Foller. ſupra in nu.23.Contineręq; debent huiuſmodi literæ nomen citati, nomen accuſatoris, ſi procedatur p viam accuſationis, cauſa, ſuper qua citatur,terminũ congruum,intra quem citatus comparere debeat (quem terminũ eſſe debere triginta dierum, patet ex Hoſtien. in ſumma tit.de accuſa.§.qualiter in accuſatione in verſ. Hęc ſi) locum ad quem comparere teneatur, ac nomẽ Iudicis citantis, vt poſt Socin.in d.a.4.dixi in meo Prompt. ver. citatio nu. 6. ſed ſi reus fugitiuus perſonaliter inueniri nõ poteſt, per edictum citandus eſt, vt in c. ſi. in ſi.de dolo, & contumac. Soc.de cit.art. 23.Maran.in 4. par.ſpec. tit.de cit.num.82.&dixi in d.ver.citatio num.3. contineręq. edictum hoc debet, ea quę dicta ſunt cõtinere debere citationẽ: eſtq. affigendus in aliquo Ciuitatis, vel Monaſterij publico loco, vel ad valuas Eccleſię,fieriq. etiam citatio poteſt per Præconem,quando incertus eſt loc⁹, in quo reus habitat, vel acceſſus ad locum nõ pateat, & in conſimilibus caſib⁹, vt poſt Soc.de cit. ar.25.nu.21. dixi in d.ver. citat.

citat. num. 3. in fi. ſed inter Regulares fiat per edictũ, & ponatur in publico Refectorio ſub hac forma, quę eſt etiam in actis ſcribenda, & ſubſcribenda à Iudicibus, & Actuario.

Forma citationis abſentis per Edictum.

24 *Die 19. menſis Octobris 1637. Nos N. Abbas, ſeù Præpoſitus, ſeù Viſitat. vnà cum R. P N. noſtro Aſſeſſore,* ſi Aſſeſſorem habent, *tenore præſentium præcipimus, citamus, & expreſsè mandamus, vt infra* 30. *dies proximos à die præſentium computandos, cuius decem dies pro primo; alij decem pro ſecundo, alij verò decem pro tertio, & peremptorio termino illi aſſignamus, vt A. qui notoriè in publico Monaſterij loco baculo percuſſit B. & poſteà aufugit, cõpareat perſonaliter coram nobis in hoc noſtro Monaſterio ad informandam Curiam, ad videndum iuramenta teſtium, publicationem actorum faciendam; & vltimo loco ad audiendam ſententiam ſub pœna confeſſati delicti, & pœnarum illi debitarum.*

*D. N. Abbas, &c.*
*D. B. Aſſeſſor, &c.* *D. I. Actuarius.*

25 Reo autem infra terminum ſibi aſſignatum non comparente, tunc procedatur ad repetitionẽ Teſtium examinatorũ; fiatq; publicatio proceſſus, iuxta ea, quæ ſuo loco dicam, ac ſi reus præſens eſſet, & demùm ad ſententiæ prolationem procedatur, vt iuris erit. Et ita docet Foller. in d. verſ. Itẽ quòd eſt notorius delinquens nu. 23. ferendaq. eſt ſententia iuxta formam ſupra in nu. 21. poſitam, ita tamen vt verba dirigantur in tertiam perſonã, & poſt verba illa circa principiũ poſita, ſcilicet: *cõſiderataq;*

*nimia ſua audacia*, addatur *& cõtumacia, cũ per edictũ, vel Pręconem peremptoriè fuerit citatus, & infra terminum ſibi aſſignatum non comparuerit, nec aliquis pro eo, qui ipſius abſentiæ iuſtam cauſam proponeret, vel ipſum alijs legitimis excuſationibus excuſaret, accuſante Fiſco eius contumacia triplicatis vicibus* (quãdo ſcilicet Fiſcus hoc fecerit) *Deum præ oculis habentes*, &c. quando verò aliquis comparuit, & excuſationes pro ſua abſentia adducta iuridicè nõ fuerunt admiſſa, iuxta dicenda in nu. ſeq. dicatur: *Et cũ* ꝑ *edictũ, vel Pręconẽ publicè fuerit citatꝰ, etſi pro parte ſua fuerint aliqua adducta, ad ſuã abſentiã iuſtificandam, tñ iuſtis de cauſis animũ noſtrũ mouentibus, non fuerunt admiſſa; & cũ Fiſcus triplicatis vicibꝰ eius cõtumaciã accuſaſſet Deum præ oculis habentes*, &c. & qñ dicitur, *ad talem pęnã illum condemnamus*, addatur *in contumaciam* ex eo, ꝙ legitimè monitus non comparuit, & ſic pro confeſſo eſt habitus, et ſi damnetur ad carcerem, vel ad triremes dicatur, vt dies pœnæ tunc incipiat quando verè, & realiter tali pœnę mancipatus fuerit.

Sed tranſacto termino cõtumaci aſſignato, priuſquam procedatur ad vlteriora, vt contumacia conſtet in actis examinentur cum iuramẽto duo teſtes idonei, qualiter viderunt edictum in tali loco fixum per ſpatium tot dierum, quot in ipſo edicto poſiti fuerũt (arbitrariũ eſt enim tempus aſſignandum, ſed arbitrio ita regulatum, vt citatus veriſimiliter venire poſſit) & quòd ſciunt reum non comparuiſſe, & ſic contumaciam contraxiſſe. Et procurent Iudices, vt duo viri idonei circa hoc inuigilent à die poſiti edicti, ad hoc, vt examinari poſſint, vel Actuarius

rius

Digitized by Google

rius faciat fidem de contumacia, ſed melius eſt hoc probare per teſtes, quo facto faciant Iudices decretum, in quo dicant. Quòd ſtante ſua contumacia, & quòd non comparuit intra tempus aſſignatum ſibi, determinarunt, prout preſēti decreto determinant procedendum eſſe ad vlteriora, & ſic deuenerũt ad repetitionem teſtium hodie die 14. mēſis Nouembris 1637. Et hæc quòad forum regulare, quod Fiſcũ non habet: ſed in foro, in quo adeſt Fiſcus, & maximè quando citatio fit per Præconem, accuſanda eſt à Fiſco cōtumacia, & citatio ſub hac forma facienda eſt.

Forma citationis abſentis pèr Præconem.

*Ad inſtantiam Fiſci Epiſcopalis talis Diœceſis mandatur peremptoriè F. clerico talis Terræ ſub pœna duc. . . vt infra ... dies comparere debeat in loco ſolitæ reſidentiæ ipſius Curiæ Epiſcopalis ad ipſam informandam ſuper nonnullis cauſis Epiſcopalem Curiam prædictam tangentibus, & ſignanter ſuper notorio homicidio per ipſum, vt ponitur, commiſſo in perſonam quondam B. prout in actis: & ad videndum iuramenta teſtium, publicationem actorum. & vltimo loco ad audiendam ſententiam ſub pęna etiam confeſſati delicti, & pœnarum illi debitarum, aliàs &c. Dat. &c.*

*D. N. Vicarius Generalis.*

*D. Actuarius.*

Et facta per Præconem relatione, quòd fecerit dictam citationē in tali publico loco, tali die, & tali tempore: tranſactoq; termino in eadem citatione aſſignato, accuſanda eſt per Promotorem fiſcalem prima contumacia Curia ſedente pro tribunali, & poſt tres integros dies accuſanda eſt pari mo-

do

do ſecunda contumacia, & poſt tres alios integros dies accuſanda eſt eodem modo tertia, iuxta praxim Magnæ Curiæ Vicariæ; & omnia in actis ſunt adnotanda cum die, menſe, & anno, in quo acta fuerunt. Poſtea verò procedẽdum eſt ad repetitionem teſtiũ, & ad alia facienda, quę dicta ſunt ſupra in nu. 24. in verſ. Reo autem: ſi tamen nullus compareat ad allegandam iuſtam cauſam abſentis citati, Curia ſedente pro Tribunali: ſed ſi aliquis cõpareat, nihil fiat, niſi priùs iuridicè fuerit determinatum, an iuſta ſit allegata abſentię cauſa, & an ſit admittenda, vel non. Illa autem nõ admiſſa procedatur ad vlteriora, vt ſupra dictũm eſt: ſed fiat prius decretum ſub hac forma.

*Die. . . Squillacij in Curia Epiſcopali: Viſis actis per Reuerendiſs. D. N. Vicarium Generalem Illuſtriſs. & Reuerendiſs. D.D. N. Epiſcopi Squillacenſis, fuit prouiſum, & decretum, vt in cauſa ſupradicti F. non obſtãtibus his, quæ ad iuſtificandam ſuam abſentiam, fuerunt producta, & allegata, procedatur ad vlteriora.*

*N. Vicarius Generalis.*

*N. Actuarius.*

26 Nec tibi lateat, quòd etſi de iure communi abſens damnari non poſſit, vt in l. abſentem §. aduerſus contumacem, & ibi gloſ. & Doctores ff. de pœnis, l. abſentem C. de accuſ. l. 1. ff. de r quir. reis, & dixi in meo Prompt. ver. abſens nu. 23. & quamuis in ſententia contra contumacem habeatur ille pro confeſſo, & conuicto, quod de iure communi eſſe nõ poteſt, vt per Bar. in d. l. abſentem ff. de pœn. in l. inter accuſatorẽ ff. de public. iudic. & in l. 1. nu. 25. ff. ſi quis ius dicenti non obtemper. & per

alios

alios communitet, vt dixi in meo Prompt.ver. Bannitus nu. 7. Teſtantur tamen Doctores citati à Farinac.in 1.par.q.11. nu.3. circa prin.in vniuerſa Italia, Hiſpania, & Gallia introductam eſſe coſuetudinē, vt reus abſens ob cōtumaciam pro confeſſo & conuicto habeatur, & etiam ad mortem dānari poſſit, prout praxis ſeruat, & hoc etiam præcipientibus Summis Pōtificibus in ſtatu Eccleſiaſtico, prout dixi in d.nu.7.

## De modo procedendi à Iudicibus, præſertim Regularibus in delictis quocunque alio modo notorijs. Cap. V.

### *SVMMARIVM.*

1 *Notorium delictum triplex facti, iuris, & præſumptionis. & nororium facti tripliciter ſubdiſtinguitur.*

2 *Delictum notorium facti interpellati explicatur, & exemplificatur quòad Regulares, & ſeculares.*

*Præſens ſicut declarat, & informat præteritum, ſic præteritum informat præſens.*

*Continuata, & adhærentia eiuſdem naturæ cenſentur, licèt aliquo modo tempore intermedio vacauerint.*

3 *Contra delinquentem notoriè poteſt Iudex ex officio procedere, iuris ordine non ſeruato, etiamſi iurauerit in omnibus cauſis iuris ordinē eſſe ſeruaturum, probata tamen prius notorietate delicti.*

4 *Delictum notorium facti permanentis explicatur, & nec in illo eſt neceſſarius iuris ordo, nec accuſator.*

*Concubinatus quando dicitur notorius.*

*Notoria facti quomodo à DD.diſtinguuntur.*

5 De-

3 *Delictum notorium iuris explicatur, diſtinguiturq; in notorium per ſentētiam, per confeſſionem, vel per claram probationem in iudicio factam.*

5 *Delicta præſumptiuè notoria quæ ſunt, exēplis explicatur.*

*Filiatio, & paternitas quādo ſint dicēda præſumptione notoria.*

*Iura ſunt notoria.*

*Delicti notorietas præſumptiuè aperit viam ad inquirendum ſimpliciter, & de plano abſque accuſatore, vel denunciatore.*

1 QVia delicta varijs ēt alijs modis notoria fiunt, ſiue dicuntur, vel efficiuntur, priuſquā ad alia tranſeamus, de illis omnibus modum procedendi tradendum eſſe exiſtimo, nè iterū ad notorij materiā ſit reuertendum. Triplex enim notoriū à Doctoribus diſtinguitur, dicuntq. aliud eſſe facti, aliud iuris, aliud præſumptionis. Notorium facti triplex etiam eſſe dicunt, ſcilicet facti tranſeuntis, notorium facti interpellati, & notorium facti permanētis. Et quia de notorio facti tranſeuntis latè dictū eſt in c. præcedenti, ſupereſt vt breuiter hic dicamus de notorio facti interpellati, ac facti permanentis, ac etiam de notorio iuris, & præſūptionis.

2 Delictum notorium facti interpellati, ſeù interrupti, eſt illud, quod continuè quidem nō fit, ſed ſępiùs ita reiteratur tàm publicè, & euidenter, vt nulla tergiuerſatione cęlari poſſit, & tale quòad Regulares eſſe pōt crimen propietatis in eo, qui non cōtinuè, ſed ſępè publicè res notabiles emit, & vendit, nulla obtenta à Superiore licentia, & id frequenter reiterat; & quòad ſeculares, ſiue laicos, ſiue Eccleſiaſticos tale eſſe poteſt crimen vſurarum,

in eo

Digitized by Google

in eo, qui ſępè pecuniam ſuam ad vſuram mutuat, etſi hoc continuè non faciat, ſed frequenter hoc reiteret, & ex quo in his caſibus continuatur crimen, & in ipſum quis recidiuat, nec requiritur, vt ſemper actus talis criminis ſit notorius, ſed ſufficit ab initio fuiſſe notorium, vt in proprijs terminis vſurarij dixit Federicus de Senis in conſil. 7. in verſ. nam ex quo iſte, & facit tex. in l. Titia Seio §. vſuras ff. de legat. 2. nam, vt addit Federic. de Senis vbi ſupra, ſicut præſens declarat, & informat præteritū, ſic pręteritum informat præſens cap. mādata in fi. & cap. ſcribā de præſump. Imò cōtinuata, & adhęrentia eiuſdem naturę cēſentur, licèt aliquo modo tēpore intermedio vacauerint, vt probatur ex l. qui cū miles in primo reſpon. ff. ex quibus cauſſ. maior. & ex §. quod ſi ab eo, & ibi gloſ. in verſ. continuare 16. quæſt. 3.

3 Si igitur regularis, aut ſęcularis delictū aliquod ex prædictis, vel conſimile notoriè cōmittat, quia *euidentia patrati ſceleris nō indiget clamore accuſatoris*, vt dicit tex. in c. euidentia de accuſat. poteſt Iudex ex officio procedere iuris ordine non ſeruato, etiam ſi iuramentum pſtiterit in omnibus cauſis iuris ordinem ſe eſſe ſeruaturū, iuxta c. ad noſtram il 3. de iureiur. ſed probata notorietate delicti, iuxta ea, quæ dicta ſunt ſupra in cap. præc. nu. 3. & 4. ad condemnationem deueniat, ſeruando in omnibus ea, quę in pręcedēti cap. de notorio facti tranſeuntis dicta ſunt; & vidēda ſunt ea, quæ dixi in num. 12.

4 Delictum notorium facti permanentis eſt illud, quod ita publicè fit, vt nulla tergiuerſatione cęlari poſſit, vt eſt videre in illo, qui in aliqua domo con-

continuè,& publicè concubinam retinet,& in hoc etiam caſu id etiam ſeruandum eſt, quod de notorio facti tranſeuntis dictum eſt in num. præced. nam eadem, & in illo militat ratio, & accuſatione non indiget,nec ordinem iudiciarium deſiderat, vt in citatis iuribus,&in cap. manifeſta,& c. de manifeſta 2.q.1. Vt autem cõcubinatus vnius Presbyteri, ſiue cuiuſcunq.alij, dicatur notorius,quia de facili tranſire non poteſt in notorium totius Ciuitatis, ideò ſufficit eſſe notorium vniuerſo populo ſuę Parochiæ,vel viciniæ, in qua concubinatum agit,prout tenet Salyc.in d.l. ea quidèm nu.73. C.de accuſat. dummodo,vt ipſe ait,non ſint pauciores quàm decem;idemq.ſentit in n.72. in fi.quando eſt notorium maiori parti,ſcilicet vt nec ipſi ſint pauciores quàm decem.

Scio etiam, Doctores diſtinguere notoria facti, dicereq. aliquando eſſe notoria Iudici, ſed incognita alijs, aliquando alijs cognita, ſed non Iudici, aliquando notoria Iudici, & alijs;ſed quia talis diſtinctio rarò eſt quòad noſtrum propoſitum neceſſaria,illam omitto, quam ſi videre vis, remitto te ad Ioan. Milleum in ſua praxi criminali in tract. de notorio.

5 Delictum verò notoriũ iuris eſt illud,de quo quis per ſententiam ritè latam condẽnatus eſt, vel quòd quis in iudicio legitimo confeſſus eſt, vt communiter Doctores docẽt per l. ingenium ff. de ſtat. homin. l.res iudicata 208. ff. de reg.iur.l.j.C.de cõfeſſ. & l.confeſſus §. fi. ff. eod. Et quòad notorium per ſententiam vide bonum tex.in l.nec enim ff. de pignorat.act.ibi: *victus eam emptori reſtituat; etiam medij temporis vſuras à debitore petere poteſt, nihil*

*enim*

*enim ſolutũ eſſe, vt auferri non poſſe palàm factum eſt*, ſcilicet per ſententiam, vt patet ex ly victus. Et quòad notorium tàm per ſententiam, quàm per cõfeſſionem in iudicio factã eſt tex. iuncta gloſ. magna & ſeq. in c. veſtra §. cęterum, & in c. vlt. de cohabi. cler. & mulie. ibi: *Niſi peccatum huiuſmodi ſit notorium per ſententiam, vel cõfeſſionem factam in iure.* Et idem dici poteſt, etiam ſi confeſſio fiat per tormenta, pręcedentibus inditijs, vel coniecturis legitimis: dumodò ille, qui in Iudicio confeſſus eſt, in ſua confeſſione perſeueret ſine tormentorũ formidine per diem, ac noctem: alioquin talis cõfeſſio iure notoria dicenda non erit, vt dicit Iodocus in ſua praxi. crimin. de notor. c. 11. num. 12. per l. 1. §. quæſtioni ff. de quæſtionibus.

Ideòq. tale notorium dicitur notorium iuris, vt docet Salycet. in dicta l. ea quidem nu. 62. C. de accuſat. quia ex diſpoſitione iuris prouenit, vt ſit notorium ex eo, quòd à iure diſpoſitum eſt, vt id, quod per talem euidentiã eſt demoſtratum, nulla poſſit tergiuerſatione negari. Vndè meritò poſt confeſſionem de delicto factam, reus ſtatim poteſt condemnari; & poſt ſentẽtiam ad pœnæ exequutionem tradi. Et quia in iure nulla inuenitur differentia inter iudicandum confeſſum, vel conuictũ, vt patet ex c. nos in quẽquam cum ſeqq. 11. q. 1. c. Epiphanius 5. q. 6. c. fi. de proba. cap. Eccleſia S. Mariæ in fin. de conſtitut. Notorium iuris etiam eſſe dixi in 1. par. meæ Inſtit. lib. 1. c. 13. nu. 4. delictum, quod per claram probationem in iudicio conſtat, ita ſcilicet vt ex illa ſequi poſſit condemnatio; quam ſententiam tenet etiam Iodocus in d. c. 11.

n.13 per l.ſi.C.de probat. & per l. geſta C. de re iudic.

Delicta præſumptione notoria ſunt illa, quæ ex vehementi iuris præſumptione notoria dicuntur: veluti cùm quis familiam alicuius alit cũ eius vxore, iura hinc eliciunt,& veluti certiſſimum cenſent, ipſum in adulterio cum muliere illa viuere, vt dicit Iodoc.in d.c.11. n.15. Sed tu melius pone exem plum ex tex. in l. ſi qui adulterij C.ad leg. Iul. de adulter. vbi accuſati de adulterio: *Si obtentu cõſanguinitatis intentata depulerint:per cõmemorationem neceſſitudinis crimini fidẽ derogando : dum exiſtimatur non debere credi quod allegatur,vel non potuiſſe committi, niſi poſtmodum in nuptias ſuas,conſortiũq. conuenerint; Facinus illud, in quo fuerint accuſati, manifeſta fide,atq;indicijs euidentibus publicabũt.* eſt enim hęc legis pręſũptio, ob quam condemnantur vt dicit gloſ. in l. quamuis la 2.in verſ. reã C. ad leg. Iul.de adulter.Similiter ſi quis in domo alicuius natus ſit, vicinis ſcientibus, & ſcientes etiã quòd talis tractauit illum vt filium,& ille eum,vt patrem, & ſic vt patrem,& filiũ habuiſſe eos vicinos,&notos eorũ, ex his circunſtantijs publicis ſic notis, præſumptiuè ſequitur, quòd is erat filius illius, & è cõtra ille eius pater; & quia circunſtatiæ ſunt notorię,ſequitur quòd filiatio illa, & paternitas eſt notoria præſumptiuè, vt per Salyc. in d.l.ea quidem num. 61.& 62. Addens,quòd cùm ſit hæc prꝗſumptio iuris,dici non poteſt quòd hoc non ſit notorium prꝗſumptione.Iura enim sũt notoria l.leges C. de legibus, eorumq. euidentia, poteſt omnibus demonſtrari:ſed circunſtantiæ ipſæ non sũt iuris: ſed facti per certas coniecturas,in notoriũ

deductæ

deductæ, vt probatur ex l. filium ff. de his, qui sũt ſui, vel alieni iur. Quæ quidẽ præſumptiua notorietas adeò efficax eſt ad aperiendam viam inquiſitionibus, vt in criminibus prę-ſumptiuè notorijs procedere ad inquirẽdum poſſit abſq. vllius accuſatione, vel denunciatione, ac ſimpliciter, & de plano, iuxta ea, quæ dicta ſunt de notorio facti, vt per Iodoc. in d. c. 11. nu. 16.

## De quibus delictis grauibus Iudices Regulares, ac alij omnes acta iudiciaria, ſeù proceſſum formare non valent.

### Cap. VI.

*SVMMARIVM.*

1 *Acta iudiciaria formari non poſſunt de delicto ſaltẽ non attentato, & quare.*
*Cogitationis pęna nemo punitur.*
2 *Delictum non prouenien ad actum proximum, intra cogitationis terminos ſiſtit.*
3 *Pro delicto à ſubdito commiſſo extra territorium Iudices proceſſum formare non valent, quando reus in loco delicti iuſtè abſolutus, vel condemnatus fuit.*
*Pœna delicto eſt commenſuranda.*
4 *Reus minori pœna punitus in territorio vbi delictum commiſit, poteſt iterum puniri vſque ad ſupplemẽtum in territorio originis, vel domicilij.*
*Limita, vt in nu. 5.*
6 *Reus delinquẽs extra territorium an ſit remittẽdus ad Iudicẽ territorij vbi deliquit, DD. varia ſunt ſententiæ probabiles, & cõmunes: & quid de iure canonico, & quid quòad Regulares.*

*7 In*

7 *In delictis mixti fori Iudices præuenti proceſſum formare non poſſunt, quando leges vtriuſque fori tendunt ad pœnam commenſuratam delicto. & in nu. 8. vbi adeſt limitatio.*

8 *Præuentio Inquiſitorum fidei ſilere facit iuriſdictionem aliorum Iudicum.*

9 *Delicta regulariter ita præſcribuntur ſpatio 20. annorum, vt poſt hoc tempus proceſſus formari non poſſit. Limita, & amplia vt in nu. 11.*

10 *Minor factus maior accuſare offenſorem nõ poteſt tranſactis 20. ann. à delicto commiſſo. Reſtitutio in integrum ceſſat pro ſumenda vindicta.*

11 *Adulterium quinquennio præſcribitur quòad punitionem, & quòad accuſationem criminalem, & ciuilem pro amiſſione dotis, & donationis propter nuptias, nõ autem quòad petendum diuortium, nec quòad execeptionem faciendam pro tali delicto. vt in nu. 12.*

12 *Temporalia ad agendum, ſunt perpetua ad excipiendum.*

13 *Adulterium cum inceſtu non præſcribitur niſi ſpatio 20. ann. contra Farinac. In mixtis illud, quod eſt maius trahit ad ſe minus.*

14 *Qualitas delicto adiuncta protrahit tempus ad accuſandum vſque ad tempus, quo protrahitur ipſa qualitas.*

15 *Maritus quouſque adulterum accuſare valet iure mariti.*

16 *Delicta omnia, quæ à lege Iulia de adult. puniuntur, ſpatio quinquennij præſcribũtur, excepto ſtupro violẽto, Exceptoq. quocumque illicito coitu per vim illato, vt in nu. 17. ſed præſcribantur ſpatio 20. ann. contra Angel. vt in n. 18.*

19 *Coitum vi cõmittens cum meretrice etiam deſpõſata, vel nupta adhuc meretriceam artem exercẽs puniri non poteſt poſt quinquennium.*

20 *Actio damnandi memoriam*

*riam in crimine læſæ Maieſtatis quinquennio præſcribitur.*

21 *Poſt quinquennium accuſari non pōt hæres, qui aperuit teſtamentum occiſi à familia, non vindicata eius morte.*

22 *Apoſtaſiæ à fide delictum nullo temporis ſpatio præſcribitur, ſic & hæreſis, ac aliorum nonnullorum.*

22 *Præſcriptio delictorum locum habere debet etiam de iure canonico.*

23 *In executione ordinum, & beneficij retentionem nulla currit præſcriptio, nec quòad pœnitentiam peragendam.*

24 *Proceſſus formàri non poteſt contra coeuntem cum muliere nupta meretrice: ſed nonnulli tenent contrarium quòad ipſam mulierẽ. eſſeq; ſeruandam conſuetudinem loci dicitur in n. 25.*

26 *Proceſſus formari non poteſt contra mortuum ad infligendam illi pœnam corporis afflictiuam.*

*Delicta omnia vnà cum pœna delinquentis morte finiuntur.*

27 *Contra mortuum, qui ſeipſum interemit procedi poteſt ad priuationem Eccleſiaſticæ ſepulturæ, & vt pro illo oratio non fiat, & in n. 26.*

28 *Contra Regularem defunctum cum peccato proprietatis procedi poteſt, vt ſepeliatur in ſterquilinio.*

29 *Proceſſus formari non poteſt de delictis indultatis, compoſitis, & tranſactis.*

Etſi poſſint Iudices de grauibus, enormibuſquè delictis regulariter acta iudiciaria, ſeu proceſſum formare, & delinquentes punire, tamen quia dantur aliqui caſus, in quibus facere hoc non valent, viſis eis, de quibus facere hoc valent, vt praxis hæ noſtra in hoc non deficiat, illos enumerabo, eddamq; dicti rationem.

Primò, non poſſunt Iudices proceſſum formare quòad delicta, etſi grauiſſima

ſima ſint, quæ cõpleta, & conſummata non ſunt, vel ſaltem tentata; ſed tantùm ſunt in mente retenta, etiã ſi quis habeat deliberatam voluntatem illa committendi; imò etiam ſi hanc ſuam deliberatam voluntatem amico patefaciat (excepta hæreſi, vt patet ex his, quæ dixi in meo Prompt. ver. hæreſis, & præſertim ex num. 31.) Et ratio eſt, quia dum delictum tantùm in mente eſt, & nullo modo tentatũ eſt, prout eſt in caſu, de quo hic loquor, quantumcumq; enorme illud ſit, quàmuis à Deo puniatur, ex eo, quòd ita peccat, & facit cõtra legem Dei ille qui habet animũ deliberatum cõmittendi aliquod delictum, ſicut ille, qui actum commictit illud, tamen talis animus à Iudice in exteriori foro puniri non poteſt, quia, vt dicitur in l. cogitationis ff. de pœnis: *cogitationis pœna nemo punitur*.

2 Namq; intra cogitationis terminos delictum ſiſtit, etiam ſi talis cogitatio amico manifeſtetur, dum ſaltem ad aliquem actum maleficio proximum quis non deueniat: namq; dato quòd quis habeat animum necandi inimicum veneno, & hanc ſuã prauã voluntatem amico manifeſtare, nulla tamẽ externa pœna dignus efficitur, niſi ad proximum aliquod actum deueniat, ita vt ſaltem venenum præparet, vel ab amico auxilium petat ad illud præparandũ, vel dandum; petitio enim talis auxilij conatum ad delinquendum inducit. & in veneficijs malis cõmittendis etiã conatus punitur, extraodinaria ſaltẽ pœna, vt ex Menochio dixi in meo Prompt. ver. conatus n. 4. in fi. & quòad parantem venenũ eſt tex. in l. 3. ff. ad leg. Cornel. de ſicar. Quando autem, & quomodo puniendus ſit conatus ad delinquendũ dixi

dixi in meo Prompt. ver. conatus per tot. Quòad conatum igitur acta iudiciaria, ſeu proceſſum Iudices formare poſſunt; illo autē ceſſante, ſaltem per actum proximũ, modo iam dicto, aut alio conſimili, vt puta, quia telo ambulauit, hominis necandi cauſa, vt in l. is, qui telo C. ad leg. Cornel. de ſicar. proceſsũ formare non valent.

3 Secundò, nõ poſſunt Iudices proceſſum formare pro delicto commiſſo extra territoriũ originis, ſeù domicilij ab eorum ſubdito originario, vel ratione domicilij, ſi delinquẽs inquiſitus, aut accuſatus, & condemnatus fuerit in loco delicti, vel abſolutus, ſi abſolutio facta ſit omni colluſione, & fraude ceſſãte, & cõdemnatio facta ſit ad pœnam delicto proportionatã, vt dixi in meo Promptuar. ver. delictum num. 10. Et quòad condẽnatum, & iuſtè punitum, eſt tex. in l. fi. ff. de accuſat.



Recta enim ratio ſuadet, vt iterum quis pro eodem delicto nõ puniatur, quia non debet de delicto eiuſdem hominis ãplius quæri, vt dicit gloſ. fi. in l. Senatus ff. de accuſat. Nec debent Iudices duplici contrictione delinquentem cõterere, nec duplici pœna punire, vt eſt tex. & ibi gloſ. penult. cap. at ſi Clerici de Iudi. nam alioquin pœna delictum excederet, quæ delicto commenſuranda eſt, vt dixi in mea 1.2. lib. 2. c. 28. nu. 33. & in 3. par. lib. 7. c. 2. n. 6. Eſſeq; hanc communem ſententiam teſtatur Farinac. in 1. par. q. 7. num. 26.

4 Nec in caſu, quo talis delinquens minori pœna punitus ſit, poteſt iterum condigna pœna integrè à Iudice ſuæ originis, vel ſui domicilij puniri, ſed tãtùm vſq; ad ſupplementum cõdignę pœnæ, vt poſt Doctores, quos citat, tenet Farinac. in d. num. 26. nam alioquin pœna delictum

terius iuriſdictionem, per adducta à Farinac. & Doctoribus, quos citat in d. q. 7. n. 52. & dixi in d. meo Prompt. ver. Delictum nu. 11. verſ. nec dicas.

8 At quãdo vtraq; lex ad vindictam publicam per impoſitionem eiuſdẽ pœnę non tendit, ſed tendit ad finem diuerſum, quia lex canonica, iuxta finem ſuum tendit tantummodo ad ſalutem animæ delinquentis: Hic eſt enim finis legis canonicæ, ſecundùm gloſ. in c. cùm contingat de iureiur. lex autẽ ciuilis tendit, & punit ob bonum publicum, vt dicit gloſ. præd. tunc enim ſi delictum illud nõ eſſet de numero illorum grauiſſimorum, pro quibus puniendis Eccleſia ad degradationem actualem procedere ſolet, tradendo Reum Curiæ ſæculari puniendũ, ſed de numero illorum, quæ à foro ſęculari pœna ſanguinis puniſitur, ſecundùm ciuiles leges, cuiuſmodi eſt inceſtus cũ adulterio commiſſus cum conſanguinea nupta; ſed à foro Eccleſiaſtico ob ſeruandam manſuetudinem puniuntur pœna extraordinaria nõ commenſurata delicto, proceſſus fori Eccleſiaſtici ſibre per pręuẽtionem non facit proceſſum, & Iuriſdictionem fori ſæcularis; ſed poteſt Iudex ſecularis ſuo iure vti, vt delictum plenè puniatur, vt latè patet ex his, quę dixi poſt Doctores ibi citatos in d. ver. Delictum nu. 11. in cuius fine dixi, doctrinam hanc non habere locum, quòad punitos ab Inquiſitoribus hæreticæ prauitatis, quan do delictum ab ipſis punitum eſt mixti fori; nam tunc ad puniendum tale delictum alius Iudex manus apponere non poteſt, per rationes ibi adductas. Et præuentio Inquiſitorũ ſilere facit iuriſdictionem aliorum Iudicum. Quæ autem crimina ſint mixti

fori

fori; dixi remiſſiuè in d. meo Prompt. ver. crimen num. 7. in prin.

9 Quartò, nõ poſſunt Iudices regulariter proceſſũ formare de delicto aliquo, commiſſo tempore antiquo poſt tranſactum vigeſimum annum à die cõmiſſi delicti; namq; delicta omnia ſiuè publica ſint, ſiuè priuata ſpatio viginti annorum regulariter præſcribuntur, iuxta tex. in l. querela, & ibi gloſ. & Doctores C. de leg. Cornel. de falſ. & cõmunem eſſe Doctorum ſententiam teſtatur Anton. Gomez. tom. 3. variar. reſol. de delicto c. 1. nu. 5. & poſt illũ Farin. in d. 1. par. q. 10. num. 1. & antè illos Abb. in c. cùm non haberet nu. 4. de eo, qui dux. in matrim. quam poll. per adult. Et de communi Canoniſtar. ſententia in d. c. cùm non haberet teſtatur Gom. in d. n. 5. Aſſeritq; procedere nõ ſolùm quòad accuſationẽ, ita vt trãſacto vigeſimo anno, non poſſit quis de delicto accuſari, ſed etiã quòad inquiſitionem, vt nec de illo Iudex inquirere poſſit: Et hanc eſſe etiã communem opinionem teſtatur Clar. in §. fi. q. 51. nu. 2. in fi. poſt Igneum in l. in cognitione poſt num. 185. ff. ad Syllani. & dixi in d. ver. Delictum nu. 12. in meo Prompt. quę quidem pręſcriptio limitanda eſt in caſibus, de quibus infra in nu. 22.

10 Eſtq; talis delictorum pręſcriptio tãtę efficacię, vt ibidem addidi, vt nec ſi offenſus ſit minor, factus maior admittatur ad accuſandum, tranſacto d. vigeſimo anno: quia nõ ad læſionem expellendam, ſed ad vindictam ſumendam reſtitutionem peteret, & in actibus competẽtibus ad vindictam reſtitutio ceſſat, vt eſt tex. in l. auxiliũ in prin. ff. de minorib. ibiq; gloſ. ac Doctores, præſertim Odofred. qui tex. illũ ad hoc commendat.

continuè,& publicè concubinam retinet,& in hoc etiam caſu id etiam ſeruandum eſt, quod de notorio facti tranſeuntis dictum eſt in num. præced. nam eadem , & in illo militat ratio , & accuſatione non indiget,nec ordinem iudiciarium deſiderat , vt in citatis iuribus,&in cap. manifeſta,& c. de manifeſta 2.q.1. Vt autem cõcubinatus vnius Presbyteri, ſiue cuiuſcunq.alij , dicatur notorius,quia de facili tranſire non poteſt in notorium totius Ciuitatis, ideò ſufficit eſſe notorium vniuerſo populo ſuę Parochiæ,vel viciniæ, in qua concubinatum agit,prout tenet Salyc.in d.l. ea quidèm nu.73. C.de accuſat. dummodo,vt ipſe ait,non ſint pauciores quàm decem;idemq.ſentit in n.72. in fi.quando eſt notorium maiori parti,ſcilicet vt nec ipſi ſint pauciores quàm decem .

Scio etiam, Doctores diſtinguere notoria facti, dicereq. aliquando eſſe notoria Iudici , ſed incognita alijs, aliquando alijs cognita , ſed non Iudici, aliquando notoria Iudici, & alijs;ſed quia talis diſtinctio rarò eſt quòad noſtrum propoſitum neceſſaria,illam omitto , quam ſi videre vis, remitto te ad Ioan. Milleum in ſua praxi criminali in tract. de notorio .

5 Delictum verò notoriũ iuris eſt illud,de quo quis per ſententiam ritè latam condẽnatus eſt , vel quòd quis in iudicio legitimo confeſſus eſt , vt communiter Doctores docẽt per l. ingenium ff. de ſtat. homin. l.res iudicata 208. ff. de reg.iur.l.j.C.de cõfeſſ. & l.confeſſus §. fi. ff. eod. Et quòad notorium per ſententiam vide bonum tex.in l.nec enim ff. de pignorat.act.ibi: *victus eam emptori reſtituat ; etiam medij temporis vſuras à debitore petere poteſt. nihil*

*enim*

*enim ſolutũ eſſe, vt auferri non poſſe palam factum eſt*, ſcilicet per ſententiam, vt patet ex ly victus. Et quòad notorium tàm per ſententiam, quàm per cõfeſſionem in iudicio factã eſt tex. iuncta gloſ. magna & ſeq. in c. veſtra §. ceterum, & in c. vlt. de cohabi. cler. & mulie. ibi: *Niſi peccatum huiuſmodi ſit notorium per ſententiam, vel cõfeſſionem factam in iure.* Et idem dici poteſt, etiam ſi confeſſio fiat per tormenta, precedentibus inditijs, vel coniecturis legitimis: dumodò ille, qui in Iudicio confeſſus eſt, in ſua confeſſione perſeueret ſine tormentorũ formidine per diem, ac noctem: alioquin talis cõfeſſio iure notoria dicenda non erit, vt dicit Iodocus in ſua praxi. crimin. de notor. c. 11. num. 12. per l. 1. §. quæſtioni ff. de quæſtionibus.

Ideòq. tale notorium dicitur notorium iuris, vt docet Salycet. in dicta l. ea quidem nu. 62. C. de accuſat. quia ex diſpoſitione iuris prouenit, vt ſit notorium ex eo, quòd à iure diſpoſitum eſt, vt id, quod per talem euidentiã eſt demoſtratum, nulla poſſit tergiuerſatione negari. Vndè meritò poſt confeſſionem de delicto factam, reus ſtatim poteſt condemnari; & poſt ſentẽtiam ad pœnæ exequutionem tradi. Et quia in iure nulla inuenitur differentia inter iudicandum confeſſum, vel conuictũ, vt patet ex c. nos in quẽquam cum ſeqq. 11. q. 1. c. Epiphanius 5. q. 6. c. fi. de proba. cap. Eccleſia S. Mariæ in fin. de conſtitut. Notorium iuris etiam eſſe dixi in 1. par. meæ Inſtit. lib. 1. c. 13. nu. 4. delictum, quod per claram probationem in iudicio conſtat, ita ſcilicet vt ex illa ſequi poſſit condemnatio; quam ſententiam tenet etiam Iodocus in d. c. 11.



Digitized by Google

n.13 per l.ſi.C.de probat. & per l. geſta C. de re iudic.

Delicta præſumptione notoria ſunt illa, quæ ex vehementi iuris præſumptione notoria dicuntur: veluti cùm quis familiam alicuius alit cũ eius vxore, iura hinc eliciunt, & veluti certiſſimum cenſent, ipſum in adulterio cum muliere illa viuere, vt dicit Iodoc. in d.c.11.n.15. Sed tu melius pone exemplum ex tex. in l. ſi qui adulterij C. ad leg. Iul. de adulter. vbi accuſati de adulterio: *Si obtentu cõſanguinitatis intentata depulerint: per cõmemorationem neceſſitudinis crimini fidẽ derogando: dum exiſtimatur non debere credi quod allegatur, vel non potuiſſe committi, niſi poſtmodum in nuptias ſuas, conſortiũq. conuenerint; Facinus illud, in quo fuerint accuſati, manifeſta fide, atq; indicijs euidentibus publicabũt.* eſt enim hęc legis pręſũptio, ob quam condemnantur vt dicit gloſ. in l. quamuis la 2. in verſ. reã C. ad leg. Iul. de adulter. Similiter ſi quis in domo alicuius natus ſit, vicinis ſcientibus, & ſcientes etiã quòd talis tractauit illum vt filium, & ille eum, vt patrem, & ſic vt patrem, & filiũ habuiſſe eos vicinos, & notos eorũ, ex his circunſtantijs publicis ſic notis, præſumptiuè ſequitur, quòd is erat filius illius, & è cõtra ille eius pater; & quia circunſtatiæ ſunt notorię, ſequitur quòd filiatio illa, & paternitas eſt notoria præſumptiuè, vt per Salyc. in d.l.ea quidem num. 61. & 62. Addens, quòd cùm ſit hæc pręſumptio iuris, dici non poteſt quòd hoc non ſit notorium pręſumptione. Iura enim sũt notoria l.leges C. de legibus, eorumq. euidentia, poteſt omnibus demonſtrari: ſed circunſtantiæ ipſæ non sũt iuris: ſed facti per certas coniecturas, in notoriũ

deductæ

deductæ,vt probatur ex l. filium ff.de his,qui sũt ſui, vel alieni iur. Quæ quidẽ, præſumptiua notorietas adeò efficax eſt ad aperiendam viam inquiſitionibus,vt in criminibus prę-ſumptiuè notorijs procedere ad inquirẽdum poſſit abſq. vllius accuſatione,vel denunciatione, ac ſimpliciter, & de plano, iuxta ea,quæ dicta ſunt de notorio facti,vt per Iodoc. in d.c.11.nu.16.

# De quibus delictis grauibus Iudices Regulares,ac alij omnes acta iudiciaria,ſeù proceſſum formare non valent.

## Cap. VI.

*SVMMARIVM.*

1 *Acta iudiciaria formari non poſſunt de delicto ſaltẽ non attentato,& quare.*
*Cogitationis pęna nemo punitur.*

2 *Delictum non proueniens ad actum proximum,intra cogitationis terminos ſiſtit.*

3 *Pro delicto à ſubdito commiſſo extra territorium Iudices proceſſum formare non valent,quando reus in loco delicti iuſtè abſolutus, vel condemnatus fuit.*
*Pœna delicto eſt commenſuranda.*

4 *Reus minori pœna punitus in territorio vbi delictum commiſit,poteſt iterum puniri vſque ad ſupplemẽtum in territorio originis, vel domicilij.*
*Limita,vt in nu. 5.*

6 *Reus delinquẽs extra territorium an ſit remittẽdus ad Iudicẽ territorij vbi deliquit,DD. variæ ſunt ſententiæ probabiles, & cõmunes:& quid de iure canonico, & quid quoad Regulares.*

7 *In*

7 *In delictis mixti fori Iudices præuenti proceſſum formare non poſſunt, quando leges vtriuſque fori tendant ad pœnam commenſuratam delicto. & in nu. 8. vbi adeſt limitatio.*

8 *Præuentio Inquiſitorum fidei ſilere facit iuriſdictionem aliorum Iudicum.*

9 *Delicta regulariter ita præſcribuntur ſpatio 20. annorum, vt poſt hoc tempus proceſſus formari non poſſit. Limita, & amplia vt in nu. 11.*

10 *Minor factus maior accuſare offenſorem nõ poteſt tranſactis 20. anni. à delicto commiſſo.*

*Reſtitutio in integrum ceſſat pro ſumenda vindicta.*

11 *Adulterium quinquennio præſcribitur quoad punitionem, & quoad accuſationem criminalem, & ciuilem pro amiſſione dotis, & donationis propter nuptias, nõ autem quoad petendum diuortium, nec quoad exceptionem faciendam pro tali delicto. vt in nu. 12.*

12 *Temporalia ad agendum, ſunt perpetua ad excipiendum.*

15 *Adulterium cum inceſtu non præſcribitur niſi ſpatio 20. ann. contra Farinac.*

*In mixtis illud, quod eſt maius trahit ad ſe minus.*

14 *Qualitas delicto adiũcta protrahit tempus ad accuſandum vſque ad tempus, quo protrahitur ipſa qualitas.*

15 *Maritus quouſque adulterum accuſare valet iure mariti.*

16 *Delicta omnia, quæ à lege Iulia de adult. puniuntur, ſpatio quinquennij præſcribũtur, excepto ſtupro violẽto, Exceptoq. quocumque illicito coitu per vim illato, vt in nu. 17. ſed præſcribuntur ſpatio 20. ann. contra Angel. vt in n. 18.*

19 *Coitum vi cõmittens cum meretrice etiam deſpõſata, vel nupta adhuc meretriceam artem exercẽs puniri non poteſt poſt quinquennium.*

20 *Actio damnandi memoriam*

*riam in crimine leſæ Maieſtatis quinquennio præſcribitur.*

21 *Poſt quinquennium accuſari non pōt hæres, qui aperuit teſtamentum occiſi à familia, non vindicata eius morte.*

22 *Apoſtaſia à fide delictum nullo temporis ſpatio præſcribitur, ſic & hæreſis, ac aliorum nonnullorum.*

22 *Præſcriptio delictorum locum habere debet etiam de iure canonico.*

23 *In executione ordinum, & beneficij retentionem nulla currit præſcriptio, nec quòad pœnitentiam peragendam.*

24 *Proceſſus formàri non poteſt contra coeuntem cum muliere nupta meretrice: ſed nonnulli tenent contrarium quòad ipſam mulierē. eſſeq; ſeruandam conſuetudinem loci dicitur in n. 25.*

26 *Proceſſus formari non poteſt contra mortuum ad infligendam illi pœnam corporis afflictiuam.*

*Delicta omnia vnà cum pœna delinquentis morte finiuntur.*

27 *Contra mortuum, qui ſeipſum interemit procedi poteſt ad priuationem Eccleſiaſticæ ſepulturæ, & vt pro illo oratio non fiat, & in n. 26.*

28 *Contra Regularem defunctum cum peccato proprietatis procedi poteſt, vt ſepeliatur in ſterquilinio.*

29 *Proceſſus formari non poteſt de delictis indultatis, compoſitis, & tranſactis.*

ETſi poſſint Iudices de grauibus, enormibuſquè delictis regulariter acta iudiciaria, ſeu proceſſum formare, & delinquentes punire, tamen quia dantur aliqui caſus, in quibus facere hoc non valent, viſis eis, de quibus facere hoc valent, vt praxis hæc noſtra in hoc non deficiat, illos enumerabo, eddamq; dicti rationem.

Primò, non poſſunt Iudices proceſſum formare quòad delicta, etſi grauiſſima

ſima ſint, quæ cõpleta, & conſummata non ſunt, vel ſaltem tentata; ſed tantùm ſunt in mente retenta, etiã ſi quis habeat deliberatam voluntatem illa committendi; imò etiam ſi hanc ſuam deliberatam voluntatem amico patefaciat (excepta hæreſi, vt patet ex his, quæ dixi in meo Prompt. ver. hæreſis, & præſertim ex num. 31.) Et ratio eſt, quia dum delictum tantùm in mente eſt, & nullo modo tentatũ eſt, prout eſt in caſu, de quo hic loquor, quantumcumq; enorme illud ſit, quàmuis à Deo puniatur, ex eo, quòd ita peccat, & facit cõtra legem Dei ille qui habet animũ deliberatum cõmittendi aliquod delictum, ſicut ille, qui actum commictit illud, tamen talis animus à Iudice in exteriori foro puniri non poteſt, quia, vt dicitur in l. cogitationis ff. de pœnis: *cogitationis pœnam nemo punitur*.

2 Namq; intra cogitationis terminos delictum ſiſtit, etiam ſi talis cogitatio amico manifeſtetur, dum ſaltem ad aliquem actum maleficio proximum quis non deueniat: namq; dato quòd quis habeat animum necandi inimicum veneno, & hanc ſuã prauã voluntatem amico manifeſtare, nulla tamẽ externa pœna dignus efficitur, niſi ad proximum aliquod actum deueniat, ita vt ſaltem venenum præparet, vel ab amico auxilium petat ad illud præparandũ, vel dandum; petitio enim talis auxilij conatum ad delinquendum inducit. & in veneficijs malis cõmittendis etiã conatus punitur, extraodinaria ſaltẽ pœna, vt ex Menochio dixi in meo Prompt. ver. conatus n. 4. in fi. & quòad parantem venenũ eſt tex. in l. 3. ff. ad leg. Cornel. de ſicar. Quando autem, & quomodo puniendus ſit conatus ad delinquendũ dixi

dixi in meo Prompt.ver.conatus per tot. Quoad conatum igitur acta iudiciaria, ſeu proceſſum Iudices formare poſſunt; illo autē ceſſante, ſaltem per actum proximū, modo iam dicto, aut alio conſimili, vt puta, quia telo ambulauit, hominis necandi cauſa, vt in l. is, qui telo C. ad leg. Cornel. de ſicar. proceſsū formare non valent.

3 Secundò, nō poſſunt Iudices proceſſum formare pro delicto commiſſo extra territoriū originis, ſeù domicilij ab eorum ſubdito originario, vel ratione domicilij, ſi delinquēs inquiſitus, aut accuſatus, & condemnatus fuerit in loco delicti, vel abſolutus, ſi abſolutio facta ſit omni colluſione, & fraude ceſſāte, & cōdemnatio facta ſit ad pœnam delicto proportionatā, vt dixi in meo Promptuar. ver. delictum num. 10. Et quoad condēnatum, & iuſtè punitum, eſt tex. in l. fi. ff. de accuſat. Recta enim ratio ſuadet, vt iterum quis pro eodem delicto nō puniatur, quia non debet de delicto eiuſdem hominis ampliùs quæri, vt dicit gloſ. fi. in l. Senatus ff. de accuſat. Nec debent Iudices duplici contrictione delinquentem cōterere, nec duplici pœna punire, vt eſt tex. & ibi gloſ. penult. cap. at ſi Clerici de Iudi. nam alioquin pœna delictum excederet, quæ delicto commenſuranda eſt, vt dixi in mea 1.2. lib. 2. c. 28. nu. 33. & in 3. par. lib. 7. c. 2. n. 6. Eſſeq; hanc communem ſententiam teſtatur Farinac. in 1. par. q. 7. num. 26.

4 Nec in caſu, quo talis delinquens minori pœna punitus ſit, poteſt iterum condigna pœna integrè à Iudice ſuæ originis, vel ſui domicilij puniri, ſed tātùm vſq; ad ſupplementum cōdignæ pœnæ, vt poſt Doctores, quos citat, tenet Farinac. in d. num. 26. nam alioquin pœna delictum exce-



Digitized by Google

excederet, quod eſſe non debet l.reſcriptum ff.de his quib.vt in dign.

5 Nec ſupplementũ prędictæ pœnæ faciendum eſt in caſu, quo aliquod delictũ diuerſimodè à legibus ſit punitum, & per Iudicem territorij, in quo quis deliquit, impoſita ſit aliqua ex illis pœnis etiã minor, vt probatur ex his, quę dicit Gomez. tom.3. variar.reſol. c.1.de delict. nu.39.& teſtatur de communi ſentẽtia Doctorũ,& facit tex.in d. l. Senatus ff. de accuſat.vbi ita dicitur: *Senatus cenſuit nè quis ob idem crimen pluribus legibus reus fieret*; & dixi in d. ver. Delictum nu.10. verſ. aduertendum eſt.

6 Cenſent etiam nõnulli Doctores à me relati in d. ver.Delictum num.9.non poſſe Iudicem domicilij cognoſcere aliquo modo de delicto commiſſo extra territorium ab eo, qui intra ſuũ territorium domicilium habet, ſed debere delinquentem remittere ad Iudicem territorij, in quo delictum cõmiſit: ſed quia contrariũ tenent alij à me ibidem citati, & vtraq; ſententia eſt communis, vt ibidem dixi, & etiam probabilis, poſſunt Iudices quam volunt ſententiam ſequi, & qui ſequũtur illam, quæ dicit Iudicẽ facere hoc poſſe; poſſunt etiam proceſſum cõtinuare vſq; ad executionem pœnę; nec delinquẽtem ad Iudicem loci delicti pro executione remittere obligantur, vt in d. n. 9. videre potes.

Sed de iure Canonico Iudex originis, vel domicilii punire non valet ſubditum delinquentem extra territorium, quia Iuriſdictio Iudicũ Eccleſiaſticorum ita loco coheret, vt punire non valeant eos qui extra territorium, & terminos ſuæ iuriſdictionis delinquunt, ſed delinquẽs ratione criminis efficitur de iuriſdictione illius

ſtus, in cuius territorio deliquit, vt in c.1.3.q.6.c.1. de raptorib.c.poſtulaſti, & c.fi.de foro competent.& in vtroq; loco Canoniſtæ communiter hanc ſententiam tanquam indubitatã tenẽt, vt dixi in 3.par.meę inſtit.lib.1.c.3.nu.46.& in terminis noſtris tenet ſẽtentiam hanc Decian.in 1.tom.trac. crim. lib. 2.c. 22.nu.18.poſt Bald.in l.1. §.2. ff. de offic. Præfect. Vrb.& Zanet.in differ.iur. Canon.differen. 118.

Regulares autem, qui intra clauſtra Monaſterij degunt, & Epiſcopo non ſubduntur, puniri poſſunt à Superiore ſui Monaſterij vbicunq; delictum committunt, ita vt etiam ſi extra Monaſterium ita notoriè deliquerint, vt eorũ delictum populo ſcandalũ ſit, Epiſcopo inſtante à ſuo Superiore intra tẽpus ab Epiſcopo præfigendũ, ſeuerè ſine puniendi, ſin minus, tunc ab Epiſcopo puniri poſſunt, vt determinatum eſt in Sacro Concil. Trid. ſeſſ.25. c.14. de Regular. Et quid ſit dicendũ, quando delinquunt intra clauſtra alterius Monaſterij, vide infr. in c.8.nu.13.

7 Tertiò Iudices pręuenti proceſſum formare nõ valent in delictis mixti fori, id eſt in illis, quę puniri poſſunt tàm à Iudice Eccleſiaſtico, quàm à ſęculari, quando alter eorum præuenit, & tẽderet ad puniendum delinquentem pœna commenſurata delicto, nempè quia tàm leges canonicæ, quàm ciuiles, eadem pœna delictũ illud puniendum eſſe determinant. Nam cùm tũc tàm pœna fori Eccleſiaſtici, quàm ſæcularis tẽdat ad publicam vindictam, Iudici præuento obſtat communis Iuriſperitorũ regula, quæ docet, quòd quãdo plures Iudices pro eodem delicto inquirere valent, ita datur locus præuentioni, vt preuenientis proceſſus ſilere faciat al-



Digitized by Google

terius iuriſdictionem, per adducta à Farinac. & Doctoribus, quos citat in d. q. 7. n. 52. & dixi in d. meo Prompt. ver. Delictum nu. 11. verſ. nec dicas.

8 At quãdo vtraq; lex ad vindictam publicam per impoſitionem eiuſdẽ pœnę non tendit, ſed tendit ad finem diuerſum, quia lex canonica, iuxta finem ſuum tendit tantummodo ad ſalutem animæ delinquentis: Hic eſt enim finis legis canonicæ, ſecundùm gloſ. in c. cùm contingat de iureiur. lex autẽ ciuilis tendit, & punit ob bonum publicum, vt dicit gloſ. præd. tunc enim ſi delictum illud nõ eſſet de numero illorum grauiſſimorum, pro quibus puniendis Eccleſia ad degradationem actualem procedere ſolet, tradendo Reum Curiæ ſæculari puniendũ, ſed de numero illorum, quæ à foro ſęculari pœna ſanguinis puniſtur, ſecundùm ciuiles leges, cuiuſmodi eſt inceſtus cũ adulterio commiſſus cum conſanguinea nupta; ſed à foro Eccleſiaſtico ob ſeruandam manſuetudinem puniuntur pœna extraordinaria nõ commenſurata delicto, proceſſus fori Eccleſiaſtici ſihre per pręuẽtionem non facit proceſſum, & Iuriſdictionem fori ſæcularis; ſed poteſt Iudex ſæcularis ſuo iure vti, vt delictum plenè puniatur, vt latè patet ex his, quę dixi poſt Doctores ibi citatos in d. ver. Delictum nu. 11. in cuius fine dixi, doctrinam hanc non habere locum, quòad punitos ab Inquiſitoribus hæreticæ prauitatis, quando delictum ab ipſis punitum eſt mixti fori; nam tunc ad puniendum tale delictum alius Iudex manus apponere non poteſt, per rationes ibi adductas. Et præuentio Inquiſitorũ ſilere facit iuriſdictionem aliorum Iudicum. Quæ autem crimina ſint mixti

fori

fori; dixi remiſſiuè in d. meo Prompt. ver. crimen num. 7. in prin.

9 Quartò, nõ poſſunt Iudices regulariter proceſſũ formare de delicto aliquo, commiſſo tempore antiquo poſt tranſactum vigeſimum annum à die cõmiſſi delicti; namq; delicta omnia ſiuè publica ſint, ſiuè priuata ſpatio viginti annorum regulariter præſcribuntur, iuxta tex. in l. quęrela, & ibi gloſ. & Doctores C. de leg. Cornel. de falſ. & cõmunem eſſe Doctorum ſententiam teſtatur Anton. Gome. tom. 3. variar. reſol. de delicto c. 1. nu. 5. & poſt illũ Farin. in d. 1. par. q. 10. num. 1. & antè illos Abb. in c. cùm non haberet nu. 4. de eo, qui dux. in matrim. quam poll. per adult. Et de communi Canoniſtar. ſententia in d. c. cùm non haberet teſtatur Gom. in d. n. 5. Aſſeritq; procedere nõ ſolùm quòad accuſationẽ, ita vt trãſacto vigeſimo anno, non poſſit quis de delicto accuſari, ſed etiã quòad inquiſitionem, vt nec de illo Iudex inquirere poſſit: Et hanc eſſe etiã communem opinionem teſtatur Clar. in §. fi. q. 51. nu. 2. in fi. poſt Igneum in l. in cognitione poſt num. 185. ff. ad Syllani. & dixi in d. ver. Delictum nu. 12. in meo Prompt. quę quidem pręſcriptio limitanda eſt in caſibus, de quibus infra in nu. 22.

10 Eſtq; talis delictorum pręſcriptio tãtę efficacię, vt ibidem addidi, vt nec ſi offenſus ſit minor, factus maior admittatur ad accuſandum, tranſacto d. vigeſimo anno: quia nõ ad læſionem expellendam, ſed ad vindictam ſumendam reſtitutionem peteret, & in actibus competẽtibus ad vindictam reſtitutio ceſſat, vt eſt tex. in l. auxiliũ in prin. ff. de minorib. ibiq; gloſ. ac Doctores, præſertim Odofred. qui tex. illũ ad hoc commendat.

11 Ideòq; dixi, quòd delicta regulariter viginti annorum ſpatio præſcribuntur, quia aliqua delicta minori ſpatio temporis præſcribuntur, alia verò longius tempus requirunt. Adulterium enim quinquēnio præſcribitur quòad puniendū illud, & quòad accuſandū de illo criminaliter, vt l. adulterium C. de adult. vbi gl. hoc limitat in duobus caſibus, quos ibi videre potes. Et idem eſt quòad accuſandum ciuiliter pro amiſſione dotis, aut donationis propter nuptias, vt in l. adulterij, iuncta l. fi. C. ad leg. Iul. de adult. *Quinquennium autem ex eo die accipiēdum eſt, eò quòd admiſſum eſt; & ad eum diē: quo quis poſtulatus, poſtulataue eſt, & non ad eum diem; quo Iudiciū dē adulterio exercetur*, vt dicit tex. in l. mariti §. quinqueniū ff. eod.

12 Prædictum autē quinquennium locum non habet quoad diuortium petendum; quia quoad hoc adulterium numquā præſcribitur, prout dixi in d. meo Prompt. vet. adulterium nu. 19. Nec vnquā præſcribitur quòad exceptionē, ita vt ſi adultera, mortuo marito, dotē repetat; poſſint heredes quandocunq; adulterij exceptionem opponere: quia exceptio hęc eſt perpetua, vt per Bald. in l. cùm mulier in 13. q. ff. ſolu. matrim. & Decian. in 1. par. lib. 3. c. 37. nu. 7. prout etiā ſunt perpetuæ exceptiōnes quòad delicta omnia.

Namq; delicta omnia, quæ per exceptionem deduci poſsūt, perpetuò durant quòad exceptionē, & ſi prēſcribantur quòad actionem; quia regula eſt generalis, quòd ea, quæ ſunt temporalia ad agendum, regulariter ſunt perpetua ad excipiendū l. purè in fi. ff. de doli mali except. l. licèt, & ibi gloſ. C. de exceptio. Decian. in dicto

dicto cap. 37. num. 8.

13 Sed eſt aduertendum, quòd etſi adulterium præſcribatur ſpatio quinq; annorum, vt dictum eſt in n. 11. tamen ſi adulterium cum inceſtu commixtum eſſet, vt in l. ſi adulterium cum inceſtu ff. de adulter. non præſcribitur niſi ſpatio viginti annorum, vt tenet Angel. in l. vim paſſa §. præſcriptionẽ ff. de adulter. & ſequitur Boer. deciſ. 26. nu. 12. & Decian. in d. c. 37. n. 22. & dixi in d. ver. Delictum num. 12. in meo Prompt. quamuis contrarium ſentiat Farinac. in d. 1. par. q. 10. num. 15. adulteriũ enim cum illo mixtum non præſcribitur niſi eiuſdem temporis ſpatio, quo præſcribitur inceſtus; nam in mixtis illud, quod eſt maius, trahit ad ſe minus, vt poſt Bald. Salyc. & Angel. tenet Decian. in d. nu. 22. & Farin. in d. q. 10. num. 29.

14 Et prætereà hoc etiam ex eo probatur, quòd quando ad accuſandum de aliquo crimine à lege aliquod tẽpus ſtatutum eſt, ſi tali crimini adijciatur qualitas, quæ de per ſe in iudicium deduci poteſt, prout eſt qualitas inceſtus, vt ad accuſandum de illa qualitate ſit introductum tempus prolixius, ratione illius qualitatis adiunctę, durabit etiam ius accuſandi de illo crimine qualificato vſq; ad tẽpus, quo poteſt accuſari de illa qualitate, prout ex illo tex. notat Angel. in l. mariti §. hoc quinquennium num. 2. ff. de adulter. & dixi in d. ver. Delictum nu. 12. in verſ. & in nu. 2.

15 Eſtq; aduertendũ, quòd etſi adulterij crimẽ ſpatio quinque annorum præſcribatur, vt dictum eſt ſupra in num. 11. ità vt quinquennio trãſacto accuſari, nec puniri adulter poſſit, vt in d. l. adulteriũ C. de adulter. ſi tamen adulterũ, vel adulteram accuſare maritus vult iure mariti,

fa-

ſacere hoc non valet niſi infra ſexaginta dies vtiles, vt in l. iure mariti C. ad leg. Iul. de adult. infra quos dies à die commiſſi criminis cōputandos, prçfertur omnibus alijs; accuſareq; valet ſine metu calumniæ, & etiam ex ſola ſuſpitione poteſt vxorem ream facere, & ſine inſcriptione, vt ibid. gloſ. 1. notat, & eſt text. in l. quamuis la 2. C. eod. ſed prçdictis diebus prçteritis, accuſare iure mariti non poteſt, ſed iure extranei, ita ſcilicet, vt tunc accuſare adulterum poſſit intra quinquennium, vt in d. l. adulte. C. eod. & vxorē intra quatuor menſes, vt in l. ſi maritus la 1. §. ſi autē extraneus ff. eodem, ita vt poſt ſexaginta dies quatuor mēſes vtiles illi concedātur, vt in d. l. ſi maritus in fin. primi reſponſi, & ſic prçſcriptione ſex menſiū vtiliū adultera ab adulterio defenditur, vt notat gloſ. in d. l. iure mariti, in verſ. iure extranei, & gloſ. in d. l. adulter in ver. accuſari non poteſt in fin. huiuſq; differentiæ rationem reddidi, & tetigi in d. ver. Delictū n. 12. verſ. & quæ dicta ſunt.

16 Non ſolū crimen adulterij, ſed omnia alia, quæ à lege Iulia de adulterijs puniuntur, cuiuſmodi ſunt ſtuprum, lenocinium, ac alia huiuſmodi delicta, quç illicito coitu committuntur, ſpatio quinquēnij prç ſcribuntur, ita vt non poſſint Iudices illa punire, nec de illis proceſſum formare, vt per Farin. in d. q. 10. num. 15. & teſtatur de cōmuni ſententia DD. per illum tex. in l. mariti. §. hoc quinquēnium ff. de adult. & Baiar. ad Clar. in §. fi. q. 51. nu. 1. refert Marſil. in l. qui falſam §. 1. ff. ad leg. Corn. de falſ. dicentem, hoc etiam pcedere quòad crimen ſodomiæ, & ſtupri violenti. Sed, vt dixi in d. ver. delictum num. 12. verſ. ſed quòad ſtuprum, quò-

ad ſtuprum violentum eſt tex.expreſſus in contrariũ in d.l.mariti §.fi. vt præfinitione huius quinquẽnij non præſcribatur,per hæc verba : *Eum autem, qui per vim ſtuprũ intulit, vel mariti, vel feminæ ſine præfinitione huius tẽporis accuſari poſſe dubium non eſt, cùm eum publicã vim committere, nulla dubitatio ſit.*

17 Cùm autem ex eo præfinitio dicti tẽporis ſtupro per vim illato denegetur, quòd vim inferens publicam vim cõmittit, vt textus prædictus dicit,neceſſariò dicendum erit, denegationẽ prædictam ob rationem legis locũ habere quòad omnem illicitum coitum per vim illatũ,quia quòad omnem eadem omninò militat ratio publicę vis illatę; & vbi omninò militat eadem ratio legis, etiam pœnalis legis diſpoſitio extendenda eſt, ſecundùm gloſam ſingularem , vt illam appellat Abb. in cap.nihil eſt de elect. & gloſ. in cap. 1. de temporib. ordin. in verb. Italię,quia in tali caſu propriè non dicitur extenſio l. ſi poſtulauerit §. iubet ff. de adulter. l. quædam ſunt perſonæ §. nũmularij ff. de eden.& dixi in mea reſol. 143.n.2. & alibi pluries, & idem tenet Angel. à me relatus, & approbatus in d.ver.Delictum nu. 12.in verſ. Vndè meritò; teneτq;hoc Angel. in d. l. mariti §. hoc quinquennium num. 1.

18 Aduerte tamen,Angel. in d.§.hoc quinquennium num.1.tenere, quòd quãdo in prædictis caſibus delictum cum violentia eſt illatum , ius accuſandi durat in perpetuum:circa quod dictum ego non intelligo Angelum approbare , cùm nullo iure illud probet,& contrarium exiſtimo eſſe tenendũ quòad hanc perpetuitatem, cùm tex.in d.l.mariti §. fi.tantũ deneget vim inferẽti præ-

finitionem huius temporis, ſcilicet quinquennij, non autem definitionem temporis conceſſam delictis etiam publicis, quantumuis grauibus, ſcilicet, vt præſcribantur ſpatio viginti annorum, iuxta dicta ſupra in num. 9. nam cùm talis lex pœnalis ſit, reſtringenda eſt intra terminos verborum, de quibus loquitur l. interpretatione ff. de pœnis, cap. pœnæ de pœniten. diſtinct. 1. ſed limita, vt infra in num. 22.

19 Quæ dicta ſunt de prçſcriptione qnquẽnali deneganda vim inferentibus ad coitum illicitum committendum, limita nõ procedere quòad commictentem per vim coitum cum meretrice, etiam ſi deſpõſata alicui ſit, vel nupta, ſi adhuc meretriciam artem exerceat: namq; in meretricibus, etiam ſi deſpõſatę, vel nuptę ſint, locũ non habet pœna violentiæ, vt dixi in mea reſol. 176. n. 6. poſt Ioan. de Anan. in c. 1. de adulter. & ſtupro nu. 6. & Cynum, quẽ ipſe citat, ac Tuſcum in to. 3. pract. concl. iur. concl. 423. n. 9. Mouetur autẽ illa ratione Ananias, quia cũ exerceat artem meretricalem, compelli poteſt, & compulſionem non aggrauare dicit, quia cõpellitur poſtquam ſe expoſuit.

20 Spatio etiam quinq; annorum, ita vt poſt hoc tempus Iudices procedere non valeant, præſcribitur actio damnandi memoriam in crimine læſæ Maieſtatis, vt per Gigan. in tract. de crim. læſ. Maieſt. quæſt. 23. Angel. in §. per cõtrarium, Inſtit. de heredit. quæ ab inteſt. defer. per tex. in l. 2. C. de Apoſt.

21 Quinq; etiam annorum ſpatio finitur accuſatio aperientis teſtamentum eius, qui occiſus fuit à familia ante quàm vlciſceretur mortem defuncti l. in cogitatione ff. ad Syllan.

Syllan.gloſ.in d.l.quærela in verſ. ſicut cetera C. ad leg.Cornel.de falſ.

22 Accuſatio etiam Apoſtatantis à fide poſt mortẽ Apoſtatantis, etſi & ipſa quinquennio præſcribatur ad hoc, vt de nullitate eius teſtamenti dici non poſſit, & pro quocũq;alio fine,vt in l.2. C. de apoſt. attamen ipſo Apoſtata viuente, eius apoſtaſiæ delictum nullo tẽporis ſpatio præſcribitur,l.Apoſtatarum in prin.C.eod.alias etiam limitationes quòad delicta, quę nunquã pręſcribuntur vide in d. gloſ. l.quærela, & latius apud Decian.in d.c.37.vbi ponit quindecim limitationes;&vide etiam Farinac. in d.q.10.vbi ãpliationes, & limitationes plurimas examinatas inuenies;inter quas omittenda non eſt illa notabilis, quam ponit in num.24. in qua plura enumerat delicta,quę nullo tẽporis ſpatio præſcribuntur,& Iudices dum rei viuunt ſemper de illis accuſationẽ recipere, & inquirere valent: probatq; hoc eſſe crimẽ hæreſis, ac læſæ maieſtatis humanæ, ſuppoſiti partus, parricidij,falſę monetę,ſimonię, concuſſionis, abortus, & apoſtaſię,de qua dictũ eſt ſupra;idemq;dicit de alijs delictis exceptis,prędictis ſimilibus.

23 Quæ quidem delictorum præſcriptio non ſolũ habere debet locum quò ad forum ſeculare, ſed ẽt quòad forum Eccleſiaſticum,ac ſi de iure canonico inducta eſſet. Ratio aũt eſt, quia cùm hæ præſcriptiones à lege ciuili inductæ,à ſacris canonib.correctæ non ſint, nec naturali,aut diuinæ legi aduerſentur, p ſacros canones confirmatæ cenſentur, c. de capitulis cũ ſeqq. 10. diſt. & determinationi iuris ciuilis ſtandum eſt c.1. vbi omnes, de nou.oper. nunc.vt p Boer.in dec.37 n.7.Capell.Thol.dec.118



Digitized by Google

in fin.& per alios,quos citat,& ſequitur Farin.in d. q.10.n.32. & Decia.in d. c.37.n.19.& dixi in d.ver. delictum n.13.vbi hoc limitandum eſſe addidi, vt non procedat in criminibus impedientibus executionem ordinis,vel beneficij retentionem, de quibus in c. inquiſitionis de accuſ. in his enim nulla vnquàm currit præſcriptio,vt per DD. in d. c. inquiſitionis, & per Abb. Felin. ac alios in cap. licet cauſam de prob.&per Farin.Decia.& DD.quos citat in locis proximè citatis;& ea,quæ dicit Gratian.in d.lib.3.c.37.n.13. ſcilicet, vt de iure canonico agi poſſit et poſt centũ annos ad penitentiam peragendam, intelligenda ſunt, prout ipſe, & Doct. quos citat, loquuntur,qñ ſcilicet adhuc impęnitens quis eſſet, & ad pęnitentiam peragendam.

24 Quintò,nõ poſſunt Iudices proceſſum formare contra eum,qui coit cum muliere nupta, quæ eſt publica meretrix, & actu inhoneſtè viuit, omnium libidini cauſa quæſtus expoſita; nam quãuis hic quòad Deum verè adulterium committat, tamen quòad forum fori crimen punibile non committit, vt ſentit Bar.in l.quæ adulterium C.ad leg.Iul. de adult. vbi in num. 1. quòad maſculum adulterantē cum nupta meretrice ita tenet Angelus de Peruſ. etſi contrarium teneat quòad ipſam mulierem, dicens,quòd mulier quãtumcumq; vulgari,& meretriceo more viuens , in ſeipſa committit adulterium punibile, ſi eſt nupta ; quia non licet ſibi per aſſumptionem tàm impudicę vitæ,virum ſuum dolore affligere,l.ſi vxor §.j. ff.ad leg.Iul. de adult. ſed non eſſe punibile adulterium hoc quòad maſculũ ad ipſam meretricem habentem acceſſum,vt in d.l.

Digitized by Google

d.l.quæ adulterium, & in l.verum ff.de furt. Et ita ſeruare conſuetudinem teſtatur idem Angel.in l.ſi ea n.1. C. ad leg.Iul.de adult. & poſt illum Alex. qui eandem ſententiam tenet in cõſ.99.n.9. lib.6. Anan.in c.1.nu. 6.& 7.de adulter. & ſtupro, ac Capyc.in deciſ.44.nu. 4. qui tandem in n. 5. concludit poſt Anan. in d.n.7.quòd mulier meretrix nupta accuſari de adulterio poteſt à viro,patre, & ab alijs ꝓpinquis, nõ autem ab extraneo.

25 Verũ quia in l. ſi ea C. ad leg.Iuli.de adulter.determinatum videtur contrarium,prout dixi in mea reſolut.176. n 3. & prout per illum tex.tenetClar.in §.Adulterium n.3.dicens, etiam quòad mulierem crimen adulterij ceſſare, quando ipſa mulier nupta meretrix eſt, & cõtrarium videatur determinatum in l. ſi vxor. ff. de adulter. Cenſeo,prout cenſui in d. n.3. ſtandum eſſe conſuetudini loci, ita vt vbi adeſt conſuetudo; vt etiam meretrix nupta de adulterio accuſari poſſit, Iudex accuſationem etiam contra feminã admittat,ſed, conſuetudine ceſſante,illam admittere non debet.

26 Sextò,Iudices proceſsũ formare nõ poſſunt contra mortuum pro infligẽda illi pœna corporis afflictiua;quia delicta omnia vnà cum pœna corporis afflictiua delinquẽtis morte extinguntur l.1.& 2.C. ſi reus, vel actus mort. fuer. & dixi latè in d. meo Prompt. ver.delictum nu. 14. vbi etiam inuenies quando heres remanet quòad bona obligatus,& in num.15.& 16.inuenies quãdo, & quomodò procedi poteſt ad damnandã memoriã in crimine læſæ Maieſtatis Diuinę, & humanæ, & infra quod tempus hoc faciẽdum ſit,dixi ibid.in num.17.

27 Sed poſſunt Iudices Eccle-

Eccleſiaſtici omnes pceſſum formare contra mortuum, qui ſeipſum voluntariè occidit, ad priuandū illum Eccleſiaſtica ſepultura, & ad determinandū, vt nulla pro illo oblatio, aut commemoratio ſit facienda, vt in c. placuit 23. q. 5. & per Sylu. in verſ. ſepultura q. 9. verſ. 3. is, qui, & per Vaſq. in 3. lib. controuerſ. illuſtr. num. 10. & dixi in d. ver. Delictum num. 18.

28 Poſſunt etiam Regulares Iudices formare proceſſum cotra Regularem ſibi ſubditum, qui cum peccato propietatis moritur, ad hoc vt in exemplū aliorum, & in ſignum ſuæ damnationis in ſterquilinio ſepeliatur, vt in c. cùm ad Monaſterium, ibi, quia ſi proprietas, & ibi gloſ. in verſ. ſterquilinio. de ſtatu Monachor. & dixi in d. verb. Delictum num. 18. vbi etiam alios caſus inuenies, in quibus poſt mortem procedi poteſt quòad priuationem Eccleſiaſticæ ſepulturæ, vel quòad declarationem, illos viuentes contraxiſse pœnam excomunicationis.

29 Et tandem vniuerſaliter non poſſunt Iudices inquirere de delictis indultatis, compoſitis, tranſactis, ſicut nec de ſententiatis, qa ſemper opponi poteſt exceptio indultus, compoſitionis, & tranſactionis, ſicut & rei iudicatæ, vt per Foller. in tit. datur copia capitulorum inquiſitis nu. 7. poſt Bart. in l. 2. §. ſi publico ff. de adulter.

De

# De actis iudiciarijs,& his,quæ requiruntur, vt apud omnes Iudices validè fiant. Cap. VII.

*ſVMMARIVM.*

1 *Actus iudiciarij qui dicuntur. Et eorum diuiſio in num. 2.*

3 *Vt actus iudiciarius ſit validus quæ requiruntur, & in num.ſeqq.*

6 *Actuario,vel Notario impedito alius ſubrogari põt.*

7 *Notarius publicus quãdo haberi non poteſt pro actis iudiciarijs cõficiendis adhibendi ſunt duo idonei viri, aliàs actus non valent,niſi cum conſenſu Partium,vel niſi adſit conſuetudo in cõtrariũ,maximè quòad Regulares, vt etiam in nu.4. Nec Partes conſentire cenſentur(ceſſante conſuetudine)ob ſolam taciturnitatẽ, vt in n.8.*

10 *Acta iudiciaria in ſcriptis fideliter ſunt reducẽda, niſi cauſæ ſint breuiores. Actuario praſtandum eſt iuramẽtum de fideliter ſcribendo, & ſecretè tenendo.*

11 *Acta iudiciaria ſuo tempore ſunt publicãda, & ante publicationem fidem non faciunt coram alio Iudice. Actorum iudiciariorum publicatio non pertinet ad ſubſtantiam. Actis iudiciarijs publicatis ſtatuẽdum eſt inquiſito terminum ad opponendum contra dicta teſtiũ;& quid contra illos opponi poteſt. Teſtium nomina ſunt tradenda etiam in cauſis Clericorum regularium.*

12 *Acta iudiciaria facienda ſunt, ac ſcribenda in die nõ feriato ad honorem Dei, & afferuntur vndecim limitationes.*

13 *Acta iudiciaria facienda ſunt de die,non autem de nocte, præſertim ſententia, & qua dies ſit ponenda qñ de nocte conficiuntur ob ali*

quam

*quam neceſſitatem, vel cõſuetudinem.*

14 *In actis iudiciarijs omnibus, & ſingulis eſt inſerendus locus, dies, menſis, & annus, in quo fiunt, ac Indictio, & nomen Principis, & Conſulis: ſed apud Regulares Indictio, & nomen Principis, & Conſulis omittuntur:*

*Dies, & locus, menſis, & annus eſt de ſubſtantia inſtrumenti.*

15 *In actis conficiendis ordo iudiciarius ſeruandus eſt, & qualis.*

16 *Acta iudiciaria edi debent Partibus petentibus, alioquin appellari poteſt, ſed originalia penès Actuarium remanere debent, & praeferendus eſt Iudici quò ad hoc, & quare: ſed finito officio acta in Archiuio ſunt reponenda.*

*Acta iudiciaria ſub qua forma Parti tradenda ſint, & tradi non poſſunt ſine expreſſo Iudicis mandato.*

17 *Iudex mãdare nõ poteſt, vt atteſtationes, vel nomina teſtium edantur Parti non facta publicatione in cauſa.*

18 *Interrogatoria teſtium Parti edenda non ſunt ſine conſenſu alterius Partis.*

19 *Acta originalia nullo modo Parti edenda ſunt, nec Iudici appellationis.*

*Acta originalia edens in noſtro Regno, quando punitur pena falſi.*

20 *Acta originalia quòad cauſas pertinentes ad Sanctum Officium tradenda ſunt Inquiſitoribus, vel Ordinarijs, maximè corũ Superioribus Regularium.*

21 *Acta iudiciaria edẽda ſunt à Notario toties, quoties alicui intereſt, ſoluta illi debita mercede, exceptis Regularibus, & alijs pauperibus, quibus gratis edenda ſunt in caſu neceſſitatis.*

22 *Acta iudiciaria Regulares duobus modis ſeruare valent, & quibus.*

23 *Acta iudiciaria quo iuris ordine ſunt faciẽda forma decreti publicationis actorum.*

*In-*

*Iuris ordinem in actis faciendis ſeruare poſſunt etiã illi, qui ex priuilegio, aut ex ſpeciali conceſſione habent, vt procedere poſſint iuris ordine non ſeruato.*

24 *In actis iudiciarijs quæ omitti poſſunt quando proceditur ſummariè, & de plano: quæ autem neceſſariò ſunt adhibenda.*

25 *Teſtis carcerati in vna Ciuitate quãdo reus videre iuramentum non poteſt ex eo, quòd ipſe in alia eſt carceratus, quid ſit faciendum.*

26 *Litis conteſtatio in criminalibus inducitur per examinationem rei ſuper delicto principali. Et quando reus ob fugam examinari non poteſt ex conſuetudine habetur pro examinato.*

27 *Contumax vt damnari ſine examine poſſit, quis eſt dicendus.*

28 *Acta iudiciaria omnes Iudices dupliciter formare poſſunt ſ. ordinariè, & extraordinariè, & explicatur quando vno, vel alio modo procedere poſſunt.*

*Contra ſeditioſos, & tumultuarios ſummariè proceditur, & iuxta qualitatem criminis etiam pœna mortis puniri poſſunt.*

1 AD cuius rei cognitionem ſciendum eſt, quòd actus iudiciarius dicitur omnis ſcriptura in iudicio facta coram Iudice, vel de mandato illius, & ſubſcripta manu Actuarij, ſiue Notarij ad hoc deputati, vt declarat Alex. in l. acta, & in l. actorum ff. de re iudic. Bal. in Auth. quæ ſupplicatio col. 1. verſ. Itẽ licet de precib. Imper. offer. & latè Maran. in ſpec. aureo par. 6. tit. de Actor. ædit. nu. 1. & dixi in meo Prompt. ver. Actus Iudiciarius num. 1.

2 Item ſciendum eſt, quòd acta iudiciaria tripliciter diuiduntur, quædã enim reſpiciunt ordinationem litis, ſeu cauſæ, & iudicij ſolemnitatem; & hæc ſunt libell⁹, ſiue petitio, citatio,

ſatiſdatio, litis cõteſtatio, dilationes, recuſationes, exceptiones, reſponſiones, publicatio, concluſio in cauſa,&ſimiles. Alia verò reſpiciunt veritatis indagationem, & merita cauſæ;& hęc ſunt, atteſtationes, interrogationes, confeſſiones, ſcriptuarum productiones,& aliæ probationes, interlocutiones, appellationes,& huiuſmodi, vt in cap. quoniã contra de probat. & declarat gloſ. in clem. ſępe 4 in ver. deciſiones, de verbor. ſignific. & Abb. & c. cauſam, quæ in 1. not. de teſtib. alia autem reſpiciũt litis diſcuſſionem, & hæc ſunt ſententiæ diffinitiuæ, de quibus plenè per Bart. in l. is, apud quem C. de edend. Canoniſtæ communiter in d. c. cauſam, quæ,& Maran. vbi ſupra in num. 14.

3 Vt autem actus iudiciarius validus ſit, & fidẽ faciat, multa requirit, quæ enumeraui in d. meo Prõpt. ver. Actus iudiciarius n. 3. quæ & hic etiam enumerare non omittam, ne pro perfectione huius Opuſculi cogatur quis, & opus illud habere.

Primò igitur requirit, vt fiat Parte præſente, vel citata, & ſi abſens eſt, poſt citationem, & contumaciam l. de vnoquoque ff. de re iudic. l. nam ita diuus ff. de adopt. l. ſi quãdo C. de teſtib. c. 3. extra de teſtib.

Secundò requiritur, vt fiat altera Parte inſtante, ita vt ex actis appareat, ad cuius inſtãtiam fuit actus celebratus, vt per Angel. in conſ. 266. col. 2. Hoc autem procedere intelligas in caſu, quo acta fiunt ad inſtantiam Partis, nam quid ſit dicendum, quãdo fiũt ex officio Iudicis, quãdo proceditur per viam denũciationis, aut inquiſitionis, dicam infra in c. 9. & 10.

5 Tertiò, actus iudiciarius vt valeat, faciendus eſt

eſt coram Iudice, vel illo mandante, vt per Doctores citatos ſupra in nu. 1.

6 Quartò, vt ſcribatur per Actuariũ, ſeu Notariũ ad hoc deputatum, vt dictum eſt ſupra in num. 1. Qui tamen ſi erit impeditus poterit alius ſubrogari, vt per Bar. in l. 1. ff. de offic. Conſul. & per Bal. in l. 1. per illũ tex. C. de ſportu. & in l. repetita C. de Epiſcop. & Cleric.

7 Quintò requiritur, vt Actuarius ſit Notarius publicus, vel loco illius, ſi haberi non poteſt, adhibendi ſunt duo idonei viri, qui fideliter omnia iudicij acta conſcribant, per tex. expreſſum in cap. quoniã contra de probat. & ſufficit ſi vnus ſcribat, & alius poſtea ſe ſubſcribat, dummodò ſint ambo præſentes, vt per Abb. in d. c. quoniam contra num. 32. & Dec. ibid. in num. 200. & fuit opinio Hoſtienſis ibidem, quem citat, & ſequitur Ioa. Andr. ibi. in n. 13. & 14. ſi autem vnus ſolus adhibeatur cum conſenſu Partium acta valent, aliàs non, vt probat Maran. vbi ſupra in n. 20. Intellige, niſi adſit conſuetudo in contrarium, quia conſuetudo facit legem, & hoc maximè quòad Regulares participantes, qui ob Bull. Bonifacij 8. relatã ſupra in c. 1. omiſſis apicibus iuris, poſſunt iuxta ſuas conſuetudines, & inſtituta acta hæc facere, vt infra in num. 9.

8 Nec Partes conſentire dicas (ceſſante cõſuetudine) quando ſciunt, quòd vnus tantũ eſt deputatus Actuarius, nõ Notarius in cauſa, & cùm poſſint obſtare per reclamationem, non obſtant, ſed tacent, & tolerant, quia cùm agatur de magno eorum præiudicio, cònſentire non cẽſentur, per ea, quæ dixi in mea 2. 2. lib. 2. c. 1. nu. 4.

9 Sed apud Regulares valet approbata cõſuetudo, vt vnus tãtùm Actua-

 rius

rius eligatur;quia per priuilegium Bonifacij VIII. relatum ſupra in c.1.nu.4. *Rimulis iuris, & apicibus ipſius poſtpoſitis, liberè procedere valent ſecundùm approbatas conſuetudines, & generalia facta, ac etiam facienda ipſius Ordinis inſtituta*. Et apud omnes, licèt ipſa acta non ſcribãtur per Notariũ, aut duos viros, iuxta ea, quæ ſuperius dicta ſunt, valent tamen ſi probari poſsũt per cõfeſſionem Partium, vel per teſtes, vel alio modo, vt poſt Innoc. tenet Ioa. Andr. in d. cap. quoniam contra num. 37. de prob.

10 Sextò requiritur, vt acta reducãtur fideliter in ſcriptis, vt probatur ex d. c. quoniam cõtra de probat. ad quam fidelitatem ſeruandam mihi ſemper placuit pręſtare Actuario electo ante omnia iuramentũ, etiam tactis Euangelijs de fidelitate ſeruanda, & ſecretè tenendo ea, quæ in actis ſcribũtur; argumento eorum, quæ de Notario dicũt Canoniſtę, & pręſertim Ioa. Andr. in c.ſicut te num.2. ne Cler. vel Monac. Quando autẽ cauſæ ſunt breuiores, neceſſarium non eſt acta in ſcriptis reducere, vt in Auth.niſi breuiores, & ibi Bart. C. de ſent. ex breu. recit.& per Abb.in d.cap. quoniam contra in 3.not.

11 Septimò requiritur, vt acta in iudicio, ſuo tempore publicentur, & ante publicationem fidem nõ faciunt, l.geſta C.de re iud. intellige vt fidem nõ faciãt coram alio Iudice, nã coram eodem Iudice, vel eius ſubſtituto fidem faciunt ante publicationem, vt ꝓbat Marant.vbi ſupra in num.35.& teſtatur de communi; & hanc actorum publicationem continentem atteſtationes, & teſtium dicta ad ſubſtantiã proceſſus pertinere ſentit gloſ. in L prolatam C.de ſent.& interloc.omni iudic.& probatur

batur, arg.l.abſētem ff.de pœn.ſed Marian.Soc.in c.qualiter, & quando il 2. de accuſat.num.1082.aſſerit, Bart.& Doctor. cōmuniter in d. l. prolatā tenere hāc publicationem non pertinere ad ordinē ſubſtantialem,ita vt, illa omiſſa,reddatur ſententia nulla.Intellige, ſi omittatur fieri per decretū,iuxta formam ſcilicet tradendā infra in nu. 26. talis enim ſolēnitas non eſt ſubſtantialis,quia facienda eſt talis pulicatio, ad hoc, vt reus ſciens atteſtationes, & teſtium dicta, ſe defendere valeat,ſed hoc ęquè benè fieri poteſt ſine tali ſolemnitate, ſi atteſtationes, & dicta teſtium illi oſtendantur: ergo talis ſolemnitas ad ordinem ſubſtantialem non pertinet.

Quibus publicatis, ſtatuendus eſt inquiſito terminus ad opponendum contra dicta teſtium, & atteſtationes, vt dicit Socin.vbi ſupra,ſcilicet iuxta dicenda infra in c.15. nu. 14.Et addit Soc.vbi ſupra quòd contra illos opponi poteſt,quòd teſtes ſunt varij,contrarij,repugnantes, non reddentes ſufficientem cauſā, vel quòd deponunt per præmeditatum ſermonem, quòd ſunt teſtes inimici,& ſimiles,ideòq; dicit etiam nomina teſtium eſſe tradenda in num. 1083.& prout in gloſ.in d. c. qualiter, & quando il 2.de accuſat. in ver.& nomina, & dicta. Et hoc procedere, dicit Socin.non ſolùm quando inquiritur contra laicum, ſed etiam contra Clericos ſęculares,ac etiā contraRegulares;impugnatq; Hoſtienſem contrarium tenentem in c.penul.de accuſ. quòad Regulares: teſtaturq;contra Hoſtienſem tenere Doctores cōmuniter; & vide latius infra in c 9.nu.15.& 16.

13 Octauò requiritur, vt fiant, & ſcribantur in die

non

non feriato ad honorem Dei c.fi.de fer. l.fi.C.eod. quod pluribus modis limitat Maran. in d. tit. de actor.edi.à n.37.vſq.ad n.50.v3. Primò, in oblatione libelli,ſeù petitionis,& etiam appellationis, ſed qd dicendũ de oblatione libelli,dicam infr. in c.10. vbi de accuſatore erit ſermo. Secũdò, in executione iuſtitiæ faciẽdæ quòad inſignem latronẽ. Tertiò, in actibus volũtarię iuriſdictionis,.ſ.emãcipare, adoptare,tutores dare, & ſimiles. Quartò,in examinatione teſtium,dũmodò iuramentum præſtent prius in die non feriato. Et talẽ eſſe dicit Ritum Mag.Cur. Quintò, in actis pijs requirentibus cęleritatẽ.Sextò in captura debitoris ſuſpecti de fuga, quod etiam ego probaui in meo Prõptuar.ver.carcer n.18.vbi idem eſſe dicendum dixi de delinquẽte in crimine graui. Septimò,in confeſſione Partis, quæ recipi in iudicio põt etiam in die feriato. Octauò, quando iuriſdictio Iudicis eſſet peritura. Nonò, in Curia Principis. Decimò,in ſententia excõmunicationis. Vndecimò, in cauſis carceratorum.

13 Nonò,ad validitatem actus iudiciarij requiritur, vt fiant de die, & non de nocte,cap.conſuluit,&ibi gloſ. & Abb. dę offic. deleg.& pręſertim ſententia de nocte fieri non põt, vt notant Doctores in l.non minorem C. de tranſact. Marant.vbi ſupra in n.50. & addit, quid ſit dicendũ quando extaret conſuetudo, vt acta fiant de nocte, & remictit ſe ad dicta per Iaſ.in d l.non minorẽ, & Felin.in c.conſuluit col. antepen.In caſu autem, quo de nocte cõficiuntur ob aliquam neceſſitatem, vel conſuetudinem, quãdo fiunt ante mediam noctem,apponẽdus eſt dies, qui præcedit,& poſt illam, dies, qui ſequitur, vt per Felin.

Felin. in cap. ſcriptum n. 9. de fide inſtrum.

14 Decimò requiritur, vt in eis ſingulis inferatur locus, dies, menſis, & annus, in quo celebrantur, iuxta tex. & gloſ. in d. cap. quoniam contra de probat. auth. vt p̄ponatur nomen Imperator. §. vndè ſancimus. Vbi pro ſolemnitate, & forma inſtrumenti iudicialis, ſiue extraiudicialis pro ſolemnitate, & extrinſeca forma ponitur, vt præponatur nomen Principis, Cõſulis, Indictio, menſis, & dies, & alioquin quòad forum exterius actus non valet, per ea, quæ dixi in meo Prompt. ver. dies nu. 8. ſed quòad Regulares, quia nomen Principis, Cõſulis, & appoſitio Indictionis pertinent ad ſolẽnitates, & apices iuris, licitè talis ſolemnitas omittitur, ex approbata conſuetudine, iuxta Bullam Bonifacij VIII. Et per ea, quæ dixi ſupra in num. 9. Diem autem, & locum eſſe de ſubſtantia inſtrumenti, ſiue actus ad aliquid probãdum, affirmat Bál. in l. iuſiurandum n. 5. C. de teſtib. & idẽ eſt dicendum de menſe, & anno, nam alioquin vana, & fruſtratoria eſſet apppoſitio diei. Et probatur ex d. c. quoniam contra, vbi dicitur, vt loca deſignentur, & tempora, quæ deſignari non poſſunt, niſi non ſolùm dies, ſed etiam menſis, & annus in illis apponatur.

15 Vndecimò requiritur, vt in actis conficiẽdis ordo iudiciarius ſeruetur, alioquin ſententia nulla erit, vt in l. prolatam, C. de ſentẽt. & interloc. omnium Iudic. vbi gloſ. fin. dicit, hunc ordinem ſeruandum eſſe, vt nulliter ſententia non proferatur, ſcil. vt offeratur libellus, lis conteſtetur, iuretur de calumnia, depoſitiones teſtium conſcribantur, & publicentur, ſen-

ſententia ſcribatur prius, & poſtea à Iudice profeﾭratur; qui ordo ſi peruertitur, ſententiam non valeﾭre dicit; vt ſi primo pronunciet, deinde ſententiam ſcribat, vel ſi primò iuretur de calũnia, & deindè fiat litis conteſtatio.

16 . Acta iudiciaria edi debent Partibus petentibus l.2.C.de eden. & ſi non edantur; appellari pốt, l.2. C.vt lit.pend. cap.perpetuus de fid.inſtr. ita tamẽ, vt originalia penès Actuarium remaneant, vt ſi ſuper proceſſu Iudicis fuerit orta cõtentio, per hoc poſſit veritas declarari, vt dicitur in d.cap.quoniam contra. In caſu autem, quo inter Actuarium, & Iudicem fuerit orta contẽtio, penès quẽ acta remanere debeăt, Actuarius qui eſt ſcriptor, eſt præferendus, prout per illum tex. tenet notabiliter Abb. in d. cap. quoniam contra num.4. Tùm quia ſi de ſua ſcriptura dubitaretur, poſſet ſibi periculum imminere, ideoque ſua intereſt, vt penès eum acta remaneant, prout etiam tenet Ioa: Andr. in d.c.quoniam contra nu.31.& 32. Nec obſtare dicunt cap. fin.de proba.quia ibi acta de facto remãſerunt apud Iudicem; ſed finito officio Actuarium acta dimittere debere dicunt, & ponenda ſunt in communi Archiuio. Ediq; debent, quãdo edenda ſunt cum die, loco, & tempore, vt dicit Marant. vbi ſupra nu.65. per d cap. quoniam contra: taliſq; copia ſic inchoanda eſt.

Forma copiæ proceſſus Parti dandæ.

*Hæc ſunt acta habita, (ſeu hic proceſſus habitus) in cauſa criminali contra N. ad inſtantiam B.* ſi procedatur per viam accuſationis, alioquin omittãtur verba *ad inſtantiam*, *coram Reueren. Iudice, & I. Aſſeſſore*, ſi Iudex Aſſeſſorem habeat *de anno 1637. quorum tenor talis eſt*, & de verbo

bo ad verbum, prout iacet integrum proceſſum ſcribat, & tota copia per acta ſic ſe ſubſcribat:

*Ego P. tali auctoritate Notarius*, ſi eſt Notarius, vel ſi non eſt Notarius dicat: *Ego P. huius cauſę Actuarius electus, prout ſupra, prędictis omnibus interfui, & vt ſupra legitur auctoritate, & mandato dicti Iudicis hoc fideliter ſcripſi, & in publicam formam redegi.* Et ſi eſt Notarius dicat. *Et meo ſigno ſignaui, & manu propria ſubſcripſi: die 23. menſis Octobris* 1637.

*Ego P. &c.*

Sed aduertendum eſt, non poſſe Notarium, ſiue Actuariū acta iudiciaria edere Parti, cui intereſt, etiam ſi factum ſit publicatum in cauſa, ſine Iudicis expreſſo mandato, vt eſt tex. & ibi gloſ. in l. is, apud quem C. de edend. & ibidem Bald. & Caſtr. & tradit Maran. vbi ſupra in nu. 55. & dixi in d. ver. Actus iudiciarius nu. 4.

17 Nec poteſt Iudex ante publicationem in cauſa mandare, vt atteſtationes, vel nomina teſtium edantur, ſed acta omnia criminalia ante publicationem debent manere ſecreta coram Iudice, & Actuario ob ſubornationis timorem, iuxta gloſ. in d. l. is, apud quem, & illam ſequitur Bal. ibid. in n. 10. in ver. Venio ad quintam lec. & probat etiam ex S. quia verò auth. de teſt. & ſequitur Maran. vbi ſupra in num. 56. qui etiam in nu. 60. dicit poſt Speculatorem, quòd nec ipſa Pars ante publicationem tenetur alteri Parti edere nomina teſtiū, quos vult examinare, ne ſubducantur.

18 Interrogatoria autem teſtium, & ſi ſint de actis, alteri tamen Parti edenda non eſſe, rectè tenet Maran. in d. tit. de actor. edit. num. 57. & dixi in d. ver. actus iudiciarius n. 4.

O ob

ob euitandam ſubornationem teſtium, iuxta dicta ab Abb. in num. 2. & Doctorib. in cap. per tuas de teſtib. vbi hanc ſententiam tenet Imola in nu. 2. in fin. & docet Felin. ibid. in n. 3. & refert fuiſſe opinionem Innoc. ibi. quam alij ſequuntur, citatq; gloſas, & Doctores plures, hanc ſententiam tenentes, & ex Rom. in ſing. 272. quod in cap. fuit interrogatus, dicit, ponderandam eſſe rationem Innoc. dicentis, quòd interrogatoria dātur ad inſtructionem Iudicis, & ideo dandam nō eſſe Parti copiam eorum; ſed ſi dētur, Innoc. in nu. 2. dicit, Iudicem non peccare; at Hoſtienſ. ibid. in num. 5. dicit eſſe peccatum mortale; Felin. verò vbi ſupra, & peccare Iudicē affirmat, & ab alia Parte appellari poſſe dicit, ſi Iudex hoc faciat, illa non conſentiē te, quam conſentire non debere, Imola, Felin. & alij vbi ſupra docent; & idem dicit Maran. in nu. 58. quòad allegationes iuris, quando nō ſunt pręſentatæ in actis, ſed datæ in manu Iudicis pro ſua informatione: ſed ſecus eſſe dicit, quādo ſunt pręſentatæ. Ex quibus deducitur, interrogatoria ſupradicta nullo modo eſſe Parti danda ſine conſenſu alterius Partis.

19 Acta originalia Parti vllo modo edi debēt, imò nec Iudici appellationis, ſed tantùm copia actorū edenda eſt, prout tenet Anan. in d. cap. quoniam contra num. 6. de probat. Qui tamen loquitur tantùm de copia danda Partibus, ſed vt non ſit danda Iudici appellationis, faciunt ea, quæ dicit Ioa. Andr. in d. cap. quoniam contra nu. 32. de probat. & Abb. ibid. in num. 4. & quæ dicta ſunt ſupra in num. 15. ver. in caſu autē, & videtur ita ſentire Bart. in l. eos, q. §. ſuper his n. 2.

C. de

C. de appellation. & expreſsè ita tenet Maran. in d.tit.de actor. edit.nu.64. & refert Regiam Pragm. quæ in noſtro Regno imponit pœnam falſi Notario edẽti originalem proceſſum.

20 Quę, & ſi ita procedãt quòad Partes, & quòad Iudicem appellationis, tamen in delictis pertinentibus ad ſanctum Inquiſitionis officium, proceſſus omnes, & omnia acta cauſarum, maximè à Superioribus Regularium remitti debent, & conſignari Inquiſitoribus, vel Ordinarijs locorũ vicinioribus, nec non vt Profeſſos Fratres, & Religioſos, quos hæreſi labe infectos, vel ſuſpectos, etiam in viſitatione eſſe nouerint, abſq; alia conſulatione, cum proprijs Superioribus facienda eiſdem Inquiſitoribus, vel Ordinarijs locorum vicinioribus reſpectiuè denuncient, prout determinatum eſt à Paulo Papa V. in ſua Conſtit. quæ incipit. *Romanus Pontifex*. Dat. Romę Kal. Septembris 1616. ſub pęnis ibidem contentis, & quos retulit in primo tomo mear. var. reſolut. reſol. 21. num. 11.

21 Tenetur Notarius, ſiuè Actuarius acta edere non ſolùm ſemel, ſed toties quoties quis illa petit, etiã ſi millies hoc faciat, ſiuè amiſerit prima acta edita, ſiuè non, vt dicit Marant. in d.tit. de actor. edit. num.66. & teſtatur communem hãc eſſe Doctorum ſentẽtiam in l. veluti §. hæc vox ff. de edẽd. Edendaq; eſſe indiſtinctè cuicunq; ſuum intereſſe prætendenti, etiam ſi ad eius inſtantiam acta illa celebrata nõ ſint, vt dicit ibidem in num. 61. poſt Doctores, quos citat: Dicit tamen in nu. 59. quòd ſine mercede illa edere non obligatur, per tex. in l. argentarius in princ. ff. de edend. & teſtatur, ita

cõmuniter Doctores ibidem tenere: *Dignus eſt enim operarius mercede ſua*, vt dicit D. Paul. 1. ad Timoth. 5.

Verùm quia apud Regulares gratis edenda ſunt, ob vitandum peccatum proprietatis, p̃dicta communis ſententia de edendo illa toties quoties, eſt limitanda, vt non concedatur ad libitum Partis petentis; ſed tãtùm in caſu neceſſitatis, iuxta obligationem præcepti charitatis, quod in ſolo caſu neceſſitatis obligat, quod præceptum obligat etiã Notarios, & Actuarios omnes ad dandum gratis actorum copiam omnibus inquiſitis pauperibus; & ita docent cõmuniter Doctores.

22 Poſſunt Regulares vno ex duobus modis proceſſus, ſeù acta iudiciaria criminalia conficere, ſcilicet vel iuris ordine ſeruato, vel iuris ordine non ſeruato, ſed ſimpliciter, & de plano, abſq; ſtrepitu, & figura iudicij: facereq; hoc valent, ſiuè procedãt per viam Accuſationis; ſiuè per viam Denunciationis, ſiuè per viam Inquiſitionis; nam priorem modũ ſeruare valent omnes, cùm de iure omnibus ſit conceſſum in cap. qualiter, & quando, il 2. §. ad corrigendos, de accuſat. poſteriorem verò facere valent Regulares participantes ex priuilegio Bonifacii VIII. relato ſupra in cap. 1. nu. 4. & iuxta ea, quæ dixi in d. c. 1. nu. 6.

Quomodo autem procedere debeãt per dictas tres vias, dicam in tribus capitulis ſequẽtibus, poſt. quam de Iudice tractatũ fuerit in c. 8. & de Aſſeſſorib. in c. 9.

23 Ad procedendum iuris ordine ſeruato, neceſſariũ eſt, vt ita procedant quòd iuris ordinem ſeruent, & iudicij ſolemnitates, vz. vt acta fiant coram Iudice ſedẽte pro tribunali; quod perti-

pertinet ad formam,& ſolemninatem iudicij:in publico enim iudicio, & ſic Iudice ſedente pro tribunali accuſatio faciēda eſt, vt in l. fi. C. de prob. c.ſi quem pœnituerit §. præuaricator 2.q.3. Et primo loco facienda eſt accuſatio,vel aliud quod iure fūgatur accuſatoris, ſcilicet denunciatio iuridica, vel vt pręcedat infamia,vt dictum eſt ſupra in c.1. n.1. vbi & in cap.2. omnia hęc tria ad eſſentiam iudicij pertinere probaui,& in ipſa accuſatione præſentandus eſt libellus, ſiue petitio. Quomodo autem ſit libellus formandus,dicam infra in c.10.num.29.poſt libelli oblationem eſt facienda citatio verbalis, ſi reus non eſt ſuſpectus de fuga,iuxta dicenda infra in c.9.nu.14. & actualis per carcerationem,quādo eſt de fuga ſuſpectus. Poſt prędicta ſunt neceſſariæ probationes per teſtes, vel per coniecturas, iuxta dicēda infra in c.13.Cōſtituendusq; ac examinādus eſt poſtea Reus ſuper delicto principali, iuxta dicenda in c.14. & per talem examinationē lis cōteſtatur, vt dicam infra in nu.26. ſunt poſtea reo defenſiones dādæ; ideòq; poſt teſtium, & rei examinationes, & alias probationes, faciēdum eſt à Iudice decretum, per quod decernatur, vt fieri poſſit publicatio actorum per dicta ſupra in num.11. & iuxta dicēda infra in c.15. nu.1.& ſeq. faciendaq;eſt in hac forma.

Forma decreti publicationis actorum.

*Die, &c. mēſis,&c. cùm in tali cauſa contra talem proceſſum ſit per viam accuſationis,ſeu denunc. vel inquiſitionis, & examinati ſint teſtes,ac ipſe reus,factaq; ſint omnia,quæ de iure ſunt facienda D.N. Iudex in hac cauſa ſedendo pro tribunali in talis loco. determinauit,prout pręſenti decreto deter-*

*determinat,vt acta publicentur,illaq. publicat.* Cui formę adde etiam alia,quæ deducere potes ex dicendis infra in c.15. à num.1. vſq; ad 13.

*D.N.Iudex.*

*P. Notarius.*

Poſt prædicta danda eſt reo actorum copia,iuxta formam poſitam ſupra in num.15. & deinde aſſignandum eſt vnico conteſtu Reo terminum ad faciẽdas ſuas defenſiones, iuxta dicenda infra in cap. 15. & peractis defenſionibus, citandus eſt reus ad ſententiam, & tandem ſententia ferenda eſt iuxta dicenda infra in c.16. Quem iudiciarum modum,& ordinem ſeruare ad libitum poſſunt etiã illi,qui ex priuilegio, vel ſpeciali conceſſione habent, vt procedant ſummariè, & de plano, iuris ordine non ſeruato,vt determinatũ eſt in cap. ſepè in fine,de verbor.ſignif.

24 Ad procedendum sũmariè,& de plano, apicibus, & ſolemnitatibus iuris omiſſis, abſq; ſtrepitu, & figura iudicij, non eſt neceſſaria accuſatio corã iudice ſedente pro tribunali,ſed ſatis eſt ſi fiat in priuato iudicio, ſcilicet coram Iudice vbicunq; exiſtente, vt probatur ex d. §. præuaricator, vbi diſtinguitur priuatum à publico iudicio. Ipſa tamen Accuſatio,vel Denunciatio,vel Infamia, quæ loco accuſationis ſuccendunt, omnino ſunt neceſſaria, quia ad ſubſtantiam iudicij pertinere, probaui ſupra in c.1.num.1. & 2.

Nec eſt neceſſarium, vt offeratur ab Actore,ſeu Accuſatore libellus, ſed quælibet petitio ſufficit, ſiue in ſcriptis,ſiue verbo fiat, ſed quomodocunque fit,continuò poſt accuſationem in actis eſt inſerenda,vt determinantum eſt in clem. ſepè, in

ver.

ver. verum de verborum ſign. Et vt in eod. tex. determinatur, cauſa quãtum fieri poteſt, facienda eſt breuior, amputando dilationes non neceſſarias, & repellendo appellationes dilatorias, & fruſtratorias. Nec eſt neceſſariũ, vt fiat concluſio in cauſa, vt habetur in d. clem. ſepè in ver. ſententia verò, vbi vide gloſ. Quę tamen ſi fiat, etiam poſt illam poteſt Iudex ſummariè procedens, Partes, & teſtes interrogare, vt eſt tex. iuncta gloſ. in d. clem. ſepè in verſ. interrogabit. imò in criminalibus etiam ſi ſummariè nõ procedatur, poteſt Iudex etiam teſtes de nouo ꝓductos examinare, vt per Aretin. in c. 1. de iudic. in 4. col. n. 25. & 27.

Eſt tamen citatio neceſſaria, etſi ſũmariè procedatur, iuxta ea, quæ dixi ſupra in c. 4. num. 5. 6. & 7. ad hoc, vt reus cõpareat, & ad hoc, vt videat iuramenta teſtium, vt dicam infra in c. 9. num. 14. quod ſi non fit, quando Iudex pro informatione Curiæ teſtes examinat, faciendũ eſſe dixi in eorũ repetionem; quia ad eſſentiã iudicij hoc pertinere, probaui ſupra in c. 4. num. 7. 8. & 9. Nec poſſe reum etiã Regularem huic beneficio renunciare, probaui in d. c. 4. n. 7. & 8. contra Abb. ibi citatum. idem dicendũ eſt contra Manſum in ſuo tract. de mod. proced. in cauſ. regul. c. 7. num. 4. Excepto caſu, de quo in d. c. 4. num. 10. Omitti etiam poteſt iuris rigor non admittendi in teſtes perſonas à iure reprobatas, vt puta infames, viles, & mulieres, & alias; namq; infamia de iure poſitiuo contrahitur cap. per tuas de ſimon. Et à teſtimonio ferẽdo infames de iure poſitiuo prohibẽtur, pręſertim in criminalibus, cap. præterea, cap. teſtimonium de teſtibus, & à iure poſitiuo inductum

eſt

eſt, vt laicus eſſe nõ poſſit teſtis contra Clericum in cauſa criminali cap.ipſi 2. q.7.ſic & ſocius criminis, cap.ſi quis, & ibi gloſ.79. diſt.& à iure ciuili inductũ eſt, vt viles à teſtimonio repellantur, vt in §.ſancimus Auth. de teſtib.& ius poſitiuum induxit, vt mulier teſtis eſſe non poſſit in criminalibus, cap. mulierem 33.q.5.cùm autem in tali examine per prędictum priuilegium rimuli iuris omitti poſſint, teſtes prædicti,ac ſimiles, qui ex rimulis iuris repelluntur, admitti poſſunt. Et ita tenet Coriolan. de iud. Regular. caſ.5. §.5. num.22. ver.tertium. Quæ autem omitti tanquam eſſentialia nõ poſſint, dicam infra in c.9.num.12.& ſeqq.

25 Sed ſi teſtis,qui eſt examinandus, vel repetendus, eſſet carceratus in vna Ciuitate, & reus,qui habet videre iuramenta teſtiũ eſſet carceratus in alia, vel ſi eſſet infirmus, vel in tali ſtatu, vt examinari non poſſit in loco,in quo poſſit reus iuramentum talis teſtis videre, & dubitatur de fuga rei, ſi ad teſtem accedat, vel de fuga teſtis, ſi ad reum accederet, tũc poteſt Iudex cogere reum,vt Procuratorem per epiſtolam ſaltẽ ſibi conſtituat, qui teſtis iuramentum ſuo nomine videre valeat, vt poſt Andr. de Iſern. tenet Afflict.in Conſtit. Regni lib. 2.rubr.24. n.18.in quibus cauſ.audiẽt.teſt.commiƈt. Et addunt, quòd ſi reus non vult facere dictum procuratorem, poteſt Iudex in eius contumaciam (ſcilicet poſt monitionẽ, & trãſacto termino illi aſſignato) recipere iuramẽtum talis teſtis,ſicut etiam poteſt illud recipere,quãdo reus eſt contumax per fugam poſt citationẽ per edictum, iuxta formã poſitã ſupra in d.c.4.n.24.vel per Pręconem, vt in n.25.

Et vt conſtare poſſit, prout

prout debet in actis de requiſitione, ſeu mãdato ad conſtituendũ Procuratorem prædictũ; citetur reus corã teſtibus ad illum cõſtituẽdum, vel verbaliter, vel per ſcripturam, & tàm inobedientia, quàm teſtes in actis notentur.

26 Quia autem in criminalibus litis cõteſtatio inducitur, quando reus examinatur ſuper delicto principali, vt dicit Sigiſm. Scaccia in lib. 1. de iudic. c. 86. n. 54. ante medium, & in cap. vlt. nu. 9. diſputandum non eſt, an ſit neceſſaria quòad Regulares, cùm & ipſi ſuper principali delicto conſtituendi, ac examinandi ſint, & ſi ſint conuicti; nam alioquin iniuſtè condemnarentur, Parte inaudita, cõtra omnes terminos iuris, & æquitatis. Niſi ob fugam contumaces eſſent effecti, quia tunc pro cõfeſſis habentur, & ex cõſuetudine in contumaciã dãnantur, vt per Farinac. lib. 1. qq. crimin. q. 11. per tot. & dixi in meo Promptuar. ver. abſens nu. 23. in fine.

27 Tunc autem aliquem eſſe contumacem ſcias, vt damnari in contumaciam ſine examine poſſit, quãdo Regularis, ſiue ſecularis fugam arripuit, & tribus propoſitis edictis, vel vno pro tribus, quod vulgo *peremptorium* appellatur, Iudicisq; ꝓprijs literis in loco publico Monaſterij, vel Ciuitatis poſitis, euocatus, præſentiam ſui facere contemnit, veluti probatur ex l. abſentem ff. de pœn. & l. ea, quæ, & l. conſentaneũ C. quom. & quan. Iudex ſent. prof. debet, l. contumacia de re iudic. cap. ex literis de exceſſib. Prælator. cap. certum 11. q. 3. Specul. in tit. de contumac. §. 1. in prin. & dixi in meo prõpt. ver. contumacia num. 2. in prin. vbi etiam addidi, eſſe cõtumacem etiam illum, qui pręſens eſt, & iuridicè

P inter-

interrogatus reſpondere non vult, l. de ætate §. qui tacuit ff. de interrogat. act. ac etiam ille, qui obſcurè reſpondet, vt dicit Speculat. in d. §. 1. nu. 1. arg. cap. fin. de iuram. calumn. & cap. accedens, vt lite non conteſt. & per iura, quæ citat, idem dicit de eo, qui iurare, vel ſe defendere non vult.

An autem in cauſa sũmaria ſit ſentẽtia in ſcriptis ferenda, dicam infra, quando de ſententia erit ſermo in c. 16.

28 Omnes alij Iudices, ſiuè ſæculares, ſiuè Eccleſiaſtici ſint, ad proceſſus, ſiuè acta iudiciaria criminalia facienda vno ex his modis ſecundùm varietates occaſionum, procedere poſſunt, ſcilicet via ordinaria, & via extraordinaria, ſummariè ſimpliciter, & de plano, ſine ſtrepitu, & figura iudicij. Ordinariè procedunt, quando hoc faciunt iuris ordine ſeruato, iuxta ea, quæ dicta ſunt ſupra in nu. 23. extraordinariè procedere valent, quando notorium eſt delictum, & ipſi, iuris ordine non ſeruato ad punitionem procedunt, in quo caſu, etſi procedant iuris ordine non ſeruato, tamen iuris ordinem ſeruant, vt in cap. ad noſtram de iureiur. ſi tamẽ ea ſeruent, quæ in delictis notorijs ſeruanda eſſe dixi ſupra in c. 4. & 5. Summariè, ſimpliciter, & de plano ſine ſtrepitu, & figura iudicij procedere poſſunt, quando delictum notorium eſt, & celeritatem deſiderat, ita vt ex mora, ſeù dilatione periculum, & inconueniens Reipublicæ imminere poſſit, vt putà tempore alicuius cõmotionis populi, vel ſeditionis: nam in huiuſmodi notorijs nunquã opus eſt iuris ordinem ſeruare, vt in d. cap. ad noſtram il 3. de iureiur. ideòq; in tali commotione, & ſeditione tolllũtur è medio per decol-

decollationem, vel ſuſpẽſionẽ ad furcas, ita vt moriantur quatuor, vel quinque ex præcipuis ſeditioſis, & poſtea diſputatur, an iuſtè ſublatę ſint, vt dicit Iodocus in ſua praxi crimin. c. 3. num. 6. Et vt notat Bal. in l. ſi quis num. 2. ff. de rer. diuiſ. in crimine ſeditionis deprehẽſus poteſt puniri ſtatim, abſq. ordine iudiciario; & idem Bald. in l. in nullis C. de ſeditioſis, dicit, quòd prouocans tumultum, & clamorem in populo, debet mori pęna ſeditionis, etiã ſi non ſortiatur iuris effectum, & in l. 1. C. eod. dicitur, quòd commouens populum ad ſeditionem faciendam, vel tumultum in Ciuitate, grauiſſima pęna eſt puniendus, vbi gloſ. ſi. dicit, eſſe puniendum morte, vel pro qualitate perſonæ, & dignitatis, aut furca ſuſpenditur, aut beſtijs eſt ſubijciendus, aut in inſulam deportandus.

## De Iudice, qui acta iudiciaria facere valet, & de eius officio, & obligatione. Cap. VIII.

*SVMMARIVM.*

1 *In iudicio quatuor requiruntur, vt integrum ſit.*
*Iudex quarè ſic dict⁹. Eſtq; potiſſima iudicij pars.*

2 *Iudex habere debet iuriſdictionem ordinariam, vel delegatam.*
*Sententia à non ſuo Iudice lata non valet.*

3 *Iudex ordinarius Regularium quis ſit, explicatur, & affertur ratio in n. 4.*

4 *Iuriſdictionem ordinariam qui habent. & in n. 5.*

6 *Regulares degentes extra clauſtra ab Ordinario loci ſunt puniendi, ſi delinquãt: degentes verò intra clau-*

*ſtra,& extra delinquentes capiendi ſunt à Miniſtris Epiſcopi, ſed tradendi ſunt ſuis Superioribus, vt puniātur; & de punitione Epiſcopus certiorandus eſt.*

*Regularis ſolus degens in domicilio ſuæ Religionis ab Epiſcopo eſt puniendus, ſi delinquat.*

7 *Iuriſdictio in cauſis criminalibus quomodo exercenda ſit à Præpoſitis noſtræ Religionis, à Viſitatoribus, & à Patre Generali.*

*Ad triremes ſubditos in caſu raro damnare poſſunt Prælati Regulares.*

*Item ad torturam quando ſufficientia indicia præcedunt.*

8 *Delegatam iuriſdictionē qui habent.*

*Viſitatores Regularium habent iuriſdictionem delegatam.*

9 *Delegatam iuriſdictionē habentes, illam alteri delegare non valent.*

*Iuriſdictionem delegare quis poteſt.*

10 *Viſitatores noſtræ Religionis quando in cauſa procedunt præuento Præpoſito, iuriſdictionem delegare valent: ſed teſtrictam, prout illam ipſi habent.*

11 *Delegatus Generalium Religionum ſubdelegare valet, & quare, etiam ſi ſit delegatus ad vnam cām.*

*Delegatus Proconſulis ſubdelegare valet.*

12 *Cauſa criminales, quæ ſunt meri, & mixti imperij, etſi ſecundùm aliquos delegari non poſſint, tamen conſuetudo eſt in contrarium.*

*De iure Canonico delegantur omnes cauſæ meri, & mixti imperij.*

13 *Regularis delinquens in monaſterio ſuæ Religionis, in quo aſſignatus non eſt, puniendus eſt à Superiore monaſterij, in quo eſt aſſignatus.*

*Limita quòad noſtram Religionem in n. 14.*

15 *Regularis vagabundus, ſi delinquat, eſt puniendus ab Ordinario loci, in quo delinquit.*

*Va-*

*Vagabundus quis ſit.*

16 *Acta iudiciaria facere non debet Iudex pro delicto etiam notorio, in quo ipſe eſt offenſus, quando pœna imponenda eſt arbitraria, etiam ſi iniuria eſſet Iudici illata tanquàm priuato: ſed ſecus eſt, ſi pœna à iure præfixa ſit.*

*Abbas punire quando poteſt monachum pro delicto contra eum commiſſo.*

17 *Prælati Regulares etiam ſi intuitu officij offenſi ſint, non debent ſe intromittere quoàd punitionem reorum, ſed illam delegare debent.*

*Forma, ſub qua eſt delegãda cauſa à Prælatis Regularibus, quando ipſi ſunt offenſi.*

*Iudex delegatus debet delegationem inſerere in principio proceſſus.*

18 *Delegare delictorum punitionem noſtri Præpoſiti poſſunt etiam ſine conſenſu Capituli, quãdo in Capitulo determinatum eſt, ut acta iudiciaria fiant, & traditur forma talis delegationis.*

19 *Suſpectum allegare, & tanquàm ſuſpectum recuſare Iudicem criminalẽ Pars poteſt.*

20 *Suſpectũ allegare Superiorem, ſiue Iudicem, & illum recuſare etiam Regulares poſſunt, quãdo procedit per viam iuris, etiam ſi hoc faciat apicibus iuris omiſſis, ac etiam appellare tunc valent, & in n.21.*

22 *Suſpectus allegari, ac recuſari ex quibus cauſis Iudex poteſt, remiſſiuè.*

23 *Suſpectum Iudicem ex quibus cauſis Regulares allegare poſſint, ac illum recuſare, & quid in noſtra Religione.*

24 *Recuſatio Iudicis ob ſuſpitionem, facienda eſt regulariter ante litis conteſtationem; & dantur limitationes ignorans, & errãs non conſentit.*

*Suſpitionis cauſæ, quæ de nouo emergunt, allegari poſſunt etiam poſt concluſionem in cauſa, ſi poſt illam ſuper-*

*ſuperueniant. Et quid in noſtro Regno.*

25 *Suſpitionis cauſa contra Iudicem allegata, à Partibus Arbitri ſunt eligendi.*

*Suſpitionis cauſa coram eodem Iudice, qui allegatur ſuſpectus, de iure* Canonico *eſt proponenda.*

26 *Recuſatio Iudicis ob aliquã ſuſpitionem, in ſcriptis eſt proponenda: cauſaq; in ipſo libello recuſationis eſt exprimenda.*

27 *Forma libelli recuſationis Iudicis ob ſuſpitionem.*

28 *Recuſatio Iudicis iudicantis cum Aſſeſſore fieri non poteſt ob ſuſpitionẽ à noſtris Cler. Regularib. ſed tantùm recuſatio Aſſeſſoris.*

*Forma recuſationis Aſſeſſoris ſuſpecti quoad Clericos Regulares.*

29 *Decretum de modo eligendi Arbitrum, ſeu alium Aſſeſſorem, quando Aſſeſſor primo loco electus allegatur ſuſpectus, etſi ſit contra Canones, valet ex priuilegio.*

30 *Suſpitionis libello præſentato, Iudex ſuſpectus interim ſilere debet, alioquin acti ſunt ipſo iure nulli.*

*Iudex allegatus ſuſpectus poteſt alleganti ſtatuere terminũ pro expeditione cauſæ: cauſaque ſuſpitionis intra illum non probata, poteſt procedere in cauſa.*

31 *Suſpitionem allegans, & non probãs in noſtra Religionem punitur pœna carceris per ſemeſtrem, quam pœnam nec* P. *Generalis remittere valet.*

*Suſpectionis cauſas non probans de iure cõmuni tenetur actione iniuriarum.*

1 VIſo modo, quo acta iudiciaria validè ſint facienda, videndum eſt, à quo Iudice facienda ſint, vt iuridicè fiant, & cũ integrum iudicium in hoc opuſculo ſit explicandũ, in quo quatuor requirũtur, vt integrum ſit, ſcil. Iudex, Actor, Reus, & Teſtes, quia vt dicit tex. & ibi gloſ. in cap. forus §. in omni de verb. ſignif. in omni negotio, ſeu cauſa nõ notoria, quæ exercetur in forma iudicij, hæ perſonæ requiruntur Iudex, Accuſator, Reus, & tres teſtes. *Iudex dictus quaſi ius dicens populo, ſiue quòd iure diſceptet,* vt dicit tex. in d. §. in omni,

omni,Primò de ipſo Iudice tractandum erit,cùm ſit ipſe potiſſima pars,baſis,& fundamentum iudicij,& cùm ſit Dux, & Imperator iudicij , vt notat Bald.in rubr.C.ſi à non compet.iud. in fi.

2 Vt autem Iudex acta iudiciaria iuridicè facere valeat, competens eſſe debet,hoc eſt talis, vt habeat in eos, quos iudicat iuriſdictionem ordinariã, vel delegatam,vt patet ex toto tit.C.ſi à nõ compet. iud.& alioquin tàm in publicis,quàm in priuatis iudicijs ſententia à non ſuo Iudice lata, non valet, vt dicit tex.in l. fi. C. eod. & conſequenter, nec acta, à quorum valore ipſius sẽtentiæ valor dependet.

3 Regularium competẽs ordinarius Iudex eſt Abbas,ſeu Superior Monaſterij, ſiuè Præpoſitus, ſiuè Prior, ſiuè quocunq; alio nomine nuncupetur ; habent enim Abbates,Præpoſiti, & Priores Regulariũ iuriſdictionẽ,& coerctionem quòad oẽs Monachos, ſeù Religioſos ſuorum Monaſteriorum , vt dicit Speculat. in lib. 1. par.1.tit.de Arbitro,& Arbitrat.§.7.num.27.vt in c. quam ſit, & c.nullam 18. q.2. Habentq; expreſsè à iure, vt crimina ſubditorum punire poſſint, vt in cap.cùm ad Monaſterium §.prior autẽ de ſtatu Monachor. & quòd habeant iuriſdictionem in illos,etiã in cauſis criminalibus eſt tex.in cap.ea quę,eod. tit. & cap.quanto de offic.Ordinar. habereq; Abbates (& ſic alios ſuperiores)in criminalibus ordinariam poteſtatem in Monachos ſui Monaſterij,poſſeq;illos capere,detinere, & punire, affirmat Clar.in §.fi.q. 35.n.15. & refert Calder. in conſil. 20. de regular. aſſerentem, hanc eſſe cõmunem opinionem,quam tenet poſt Doctores,quos citat Lancellot. Conrad. in Templo omn. Iudic. lib.

lib.2. c. 7. de Abbate nu. 24. & dixi in meo Promptuar.ver. crimen nu.10. in verſ. & non dubito. Et à fortiori habent eandem iuriſdictionem,& poteſtatem quòad omnes ſubditos in quocunq; Monaſterio degeant Abbates, Præpoſiti, & Priores, ſeù Guardiani, ſiuè Miniſtri generales quarumcunq; Religionum.Prępoſiti aũt noſtræ Religionis non ſolùm à iure,ſed etiam à noſtris decretis habẽt,vt ſint Iudices ordinarij in primis caſis, vt determinatũ eſt in Capitulo Generali ann.1621.in quo etiã determinatũ eſt,vt in ſecundis cauſis ſint etiam Iudices ordinarij Viſitatores, & vt in primis cauſis detur eis præuentio, ita tamen, vt diffinitiuam ſententiam non ferant ſine Prępoſito pręuento,& vt ab eorũ ſentẽtia detur appellatio ad P.Generalem, & Conſultores,vt patet in 3. par. noſtror. decretor. cap.9.num.7.8.& 9.

4 Ratio autẽ iuriſdictionis ordinariæ in omnes prędictos eſt, quia in ſuos ſubditos ſuo iure, hoc eſt à lege habent iuriſdictionem in vniuerſitatẽ cauſarum, vt patet ex proximè citatis iuribus, & ex Lancelloto proximè citato, poſt Doctores,quos citat; illi autem Iudices habent iuriſdictionem ordinariã, qui propriam habent iuriſdictionem à lege ſibi delatam in vniuerſitatẽ cauſarum, & negotiorum, vt ex Alciato in rubr. de officio Ordinar.num.5.in tom.5. dixi in meo Promptuar.in ver.Delegatio iuriſdictionis nu.2. in 2.col. & addidi, quòd quamuis ab homine detur officiũ, prout datur dictis Superiorib. Monaſteriorum à Generali, & Diffinitoribus,vel Conſultoribus,& ipſi Generali ab vniuerſitate,ſiuè Capitulo Generali, & alijs Iudicibus detur officiũ, aut territoriũ, quod

Digitized by Google

quod annexam habet iuriſdictionem, ab Epiſcopo, vel Principe aliquo, tamen iuriſdictio non cenſetur conceſſa ab homine niſi miniſterialiter, & per quandam conſequentiã, & mediante conceſſione officij, aut territorij, cum quibus tranſit iuriſdictio in perſonam eius, cui conceditur, ſicut tranſit dominium rei in perſonam eius, cui res aliqua datur, vt dicit Bart. in l. 1. nu. 15. ff. de iuriſdict. omn. Iudic. & lex eſt, quæ immediatè illã dat, vt dicit Soc. in l. 1. nu. 45. ff. quis, & à quo appell. per l. more maiorum, & l. quia ff. de iuriſd. omn. iud. ita vt quamuis iuriſdictio ordinaria cohęreat officio, vel territorio, ſit tamen ita qualitas perſonæ obtinentis officium, vel territorium, vt iuriſdictio ordinaria in eadem perſona reſidere, & ſuo iure illam habere dicatur, & hoc apparere dicit Bartol. in d. nu. 15. ex d. l. more maiorum, & faciunt ea, quæ dicunt Anan. & Zabarel. in num. 2. in c. 2. nè Præl. vices ſuas, & Soc. in d. nu. 45.

5 Ex quibus facilè colligi poteſt, qui ſint alij Iudices, qui iuriſdictionem ordinariam habent, ita vt iure ordinario ſubditorũ delicta punire, & pro tali punitione acta iudiciaria facere iuridicè poſſint: eſſeq; illos omnes breuiter dicas, qui habent iuriſdictionem in cauſarum cognitionem à iure nomine proprio, vt ꝓbatur etiam ex c. 1. & ex tot. tit. de offic. Iudic. ordinar. Clar. autem in §. fin. q. 35. per totam latè, & ſpecialiter examinat, quis ſit Iudex competens quarumcũq; perſonarum. Et ſic ex dictis patet, quòd omnes illi, qui vices alicuius obtinent, etſi vice illius iuriſdictionem exerceant, cuiuſmodi ſunt Vicarij Epiſcoporum, Capitanei, ſiue Prætores, ſiue Guberna-

tores Ciuitatũ, vel Terrarum, qui ibi vice alicuius Principis, vel Domini iuriſdictionem exercent, quòd illam exercent iure ordinario, & ſic nomine proprio, & ſuo iure, quia ordinarij ſunt ex determinatione legis, non ex delegatione, vt per gloſ. in d. l. 2. ver. Rectorum C. de offic. eius, qui vicem alicu. Iudic. vel Præſ. obtin. & vide ea, quæ latius ſcripſi in d. meo Prompt. ver. delegatio iuriſd. nu. 1. quia hęc ſufficiunt quòad propoſitum noſtrum. Et ſcias, poſſe Vicarium Epiſcopi cognoſcere, & diffinire in cauſas criminales Clericorum, ſi ſpecialem habeat commiſſionem ab Epiſcopo, vel à Capitulo ſede vacãte, vt dicit Clar. in §. fin. q. 40. in fine, & ita cõmuniter ſeruari teſtatur poſt Doctores, quos citat.

6 Sed quod dictum eſt ſupra in num. 3. de iuriſdictione, & poteſtate puniendi delicta, quam habent Superiores Monaſteriorum in ſuos Religioſos, eſt intelligendum, ac limitandum, vt procedat quòad illos tantùm Religioſos, qui intra Clauſtra Monaſterij degunt; nam degentes extra Clauſtrũ, ſi delinquant, ab Ordinario loci ſunt puniendi, vt in directo ſenſu, & à contrario determinatum eſt à Sacro Conc. Triden. ſeſſ. 25. c. 14. de Regular. ibi, *Regularis non ſubditus Epiſcopo, qui intra clauſtra Monaſterij degit*, vt aduertit Eraſmus à Chokier in tract. de iuriſdict. ordinar. in exempt. q. 17. nu. 14. & in declarationibus Sacr. Congreg. inuentis in Bibliot. Eminentiſſimi Bellarm. in d. c. 14. ita Sacram Congregationem declaraſſe legitur: *Regularis degens extra clauſtrũ, ſi deliquit, debet puniri ab Ordinario loci: ſi degit intra clauſtra, & extra deliquit notoriè, debet capi à*

*mini.*

*miniſtris Epiſcopi, & ad Monaſterium ſtatim ducatur, puniẽdus à Superiore: nec Epiſcopus in hoc caſu faciat proceſſum, ſed ſi quas habet probationes, illas det Superiori, qui Superior debet procedere ad præſcriptum huius capitis.* Quod eſt, vt talis delinquẽs ſeuerè puniatur intra tempus ab Epiſcopo præfigendum, ac de punitione Superior Epiſcopũ certiorem faciat, vt in d. c. 14. habetur, alioquin ipſe Superior officio priuãdus eſt, & delinquens ab Epiſcopo puniri poteſt, vt eod. c. 14. eſt determinatum.

Regularis etiam delinquens in domicilio ſuæ Religionis, in quo ſolus degit, ab Epiſcopo puniri poteſt, vt in dictis declarat. Bellarm. habetur.

7 Et quòad Præpoſitos noſtræ Religionis prædicta iuriſdictio quòad cauſas criminales ita eſt limitanda, vt illam exercere non valeant, nec quòad proceſſum incipiendum, niſi cũ voto Capituli ſuę domus, iuxta determinationem Capituli Generalis anni 1621. quam retuli ſupra in c. 1. nu. 10. excepto caſu, de quo dixi in meo Prompt. ver. crimen num. 19. in verſ. ſed quid erit dicendum. Imò nec illam ſoli exercere valent, ſed hoc facere debẽt adhibito vno ex Aſſeſſoribus, ſine quo nec illam exercere valent Viſitatores, nec P. Generalis cum Cõſultoribus, vt determinatum eſt in d. Capitulo Generali, & patet ex 3. p. noſtr. decretor. c. 9. Nec noſtros Viſitatores debere Prępoſitum pręuenire, niſi in pœnam ſuæ negligentiæ, probaui in meo Promptuar. verb. crimen num. 10. in verſ. & in eod. cap.

Ex quibus infert, & bene Ioa: Baptiſta Lezana in tomo primo ſummæ qq. Regular. c. 18. nu. 16.

poſſe Prælatos Regularium ſubditos ad triremes damnare in caſu raro, & ad ſatisfaciẽdum publico ſcandalo, ex delicto enormi prouenięte. Tùm quia ita habet cõſuetudo multorum prudentium Regularium. Tum quia, vt dicit in c. 6. num. 32. licet pœna hæc acerbiſſima ſit; nihilominus conſuetudine admittitur, & aliquo modo eſt neceſſaria, vel quia aliquando delicta aliter caſtigari non poſſunt, vt ipſe dicit: vel quia ex eo, ꝙ non adeſt conſuetudo inter Regulares, tradendi eos Curiæ ſeculari, & pœna carceris nõ multum timetur, cùm ibi ſine labore alimenta præſtentur, nonnulli, qui verum Dei amorem, & timorem non habent, grauia delicta committere non verentur. Vt autem poſſint Regulares Iudices cognoſcere, & punire ſubditorum delicta, poſſunt ſubditum non plenè conuictum, ſi inditia ſufficiẽtia præcedant, iuxta ea, quæ de tortura reorum infra docenda erunt, cogere per torturam, vt delictum fateatur, cùm hoc non ſit prohibitum Religioſis, vt poſt D. Anton. in 3. par. tit. 9. c. 7. §. 8. & alios, quos citat docet Lezana in d. c. 18. n. 17. & in c. 27. nu. 16.

8 Delegatam autem iuriſdictionem illi Iudices habent, qui non ſuo iure, ſed nomine alterius, in aliquas, vel in omnes cauſas iuriſdictionem exercent, vt in l. ſolet in fin. ff. de iuriſd. omni iudi. cap. ſanè il 2. de offic. & poteſt. iudic. deleg. & in l. 1. §. qui mãdatum ff. de offic. eius, cui mand. eſt iuriſdic. vt latius dixi, & explicaui in d. ver. Delegat. iuriſdict. num. 2. quam delegatam iuriſdictionem inter Regulares habẽt Viſitatores, vt poſt gloſ. probat Ioa. de Anan. in cap. in ſingulis de ſtat. Monachor. & dixi in d.

ver.

Digitized by Google

ver. crimen nu. 10. col. 5. poſt med.&quiſquis illam delegare valeat, etſi latè dixerim in d. meo Promptuar.ver. delegatio iuriſdictionis, hìc nihilominus ea dicam, quę ſunt neceſſaria pro hoc Opuſculo.

9 Qui delegatam iuriſdictionem habent, cuiuſmodi eſſe diximus Viſitatores Religionum, illam alteri delegare non valēt; quia ille iuriſdictionem delegare poteſt, qui eam ſuo iure habet, non autem ex alieno beneficio, vt in l.more maiorum ff. de iuriſdic.omni Iud.& ibi glo. & Bart.in num. 10.Soc.in l.j.num.6.ff.quis,& à quo appellar.poteſt,l.ſolent ff. de iuriſd. omni Iud.l.cùm Prætor. §.1. ff.de iudic. & idem Soc.in d.l. more maiorum num.1. vbi ex illo tex.regulam affirmatiuā, &negatiuam deducit, quā retuli in meo Prompt.in ver.Delegatio iuriſdictionis num.2.& vide,ſi vis,ea quæ dixi in 3.par.meæ inſtitution.lib.1.c.8.num.6

10 Sed eſt hoc limitandū primò, quòad Viſitatores noſtrę Religionis, quādo in cauſa procedunt præueniendo Prępoſitum; nā cùm tunc procedant, vt Ordinarij, vt dictum eſt ſupra in n. 7. illam delegare valent, ſicut poſſunt alij Ordinarij, q̃a habent tūc iuriſdictionem radicatam in propiam perſonam, vt patet ex dictis,& latius ex his,quæ dixi in d. ver.delegatio iuriſd.nu.2.

Non poſſunt tamen ita illam delegare,vt fiat ſine Aſſeſſore, nec vt fiat ſententia ſine Prępoſito pręuento,quia cùm ipſi hanc poteſtatem non habeant, niſi ita limitatam, nec illā alteri demandare liberam valent: nā id pōt quis per aliū,quod poteſt per ſeipſum cap.poteſt quis 68.de reg. iur. in 6. & nemo poteſt plus iuris transferre in alium,quàm ſibi cōpetere dignoſcatur cap.nemo poteſt 79. eod. tit. & lib.

lib. Et idem eſt dicẽdum, quando Pater Generalis, & Conſultores ſunt Iudices in cauſa appellationis, quia & ipſi tunc Aſſeſſorem adhibere tenentur, vt patet ex 3. par. noſtrorum Decretorũ c.9.nu.9. ergo ob prædictam rationem idem facere obligantur, ſi cauſam delegarent.

11 Secundò, eſt limitanda prædicta doctrina poſita in nu.9. quòad Delegatos Generalium Religionum, arg. eorum, quę de Leg. to Proconſulis dixi in d. ver. delegatio iuriſd. num. 4. Ideo enim ibi dixi, ꝙ Delegatus Proconſulis ſubdelegare valet, quia cùm Proconſul in prouincia ſibi commiſſa ſupremam poſt Principem poteſtatẽ habeat, l. & ideo ff. de offic. Proconſul. nec quidquam eſt in ea, quod non per ipsũ expediatur, l. nec quidquã ff. eod. redactus eſt ad inſtar Principum, vt dicit Soc. in d. l. more maiorum nu.34. Et ideò ſecundùm communem Doctorum ſententiam, quam & ipſe Soc. refert, & ſequitur in l. 1. num.62. ff. quis, & à quo appellat. Et ego ſequutus ſum in d. nu.4. in fine, Delegatus Proconſulis ſubdelegare valet, ſiuè ſit delegatus ad vnam cauſam, ſiuè ad vniuerſitatem cauſarum. Generales aũt Religionũ cùm in Religione ſibi cõmiſſa ſupremam poſt Papam poteſtatem habeãt, nec quidquam eſt in ea, quod non per ipſos expediatur, redacti ſunt ad inſtar Principum: Ergo eorũ delegatus, ſicut delegatus Principis poteſt ſubdelegare, ſiuè ad vnam causã, ſiuè ad diuerſitatem cauſarum ſit delegatus.

12 Et quamuis cauſę criminales, quæ ſunt meri, & mixti Imperij, ſecundùm aliquos delegari non poſſint, & communem hanc eſſe ſententiam tradant Doctores in l. 1. ff. de offic. eius, cui mand. eſt iuriſ-

iuriſdictio, vt teſtatur Clarus infra citandus; actamẽ ex generali conſuetudine contrarium ſeruatur, ita vt indiſtinctè omnes cauſæ meri, & mixti imperij delegentur, etiam quòad pœnam vltimi ſuppllicij, vt dicit Clar. in §. fi. q. 41. in num. 1. in fi. Et de iure Canonico omnes cauſæ meri, & mixti imperij delegantur, ſecundùm gloſ. & Doctor. in cap. quod ſedes, in ver. communiter, in fin. de officio iudic. ordin. & alios, quos citaui, ſequutus ſum in Reſol. 184. n. 11. & in d. ver. Delegatio iuriſdictionis n. 3. ver. ſecũdò limita. Et quia hæc ſufficiunt quòad noſtrum præcipuum propoſitum, ſi vis quòad alios hãc materiam latius videre, vide in d. ver. Delegatio iuriſdictionis.

13 Quia verò efficitur quis ſubditus, non ſolùm ratione originis, vel domicilij, & quòad Regulares ratione aſſignationis in aliquo Monaſterio, ſed etiam ratione delicti, vt tetigi ſupra in c. 6. nu. 6. in ver. ſed de iure; etſi Regulares nõ efficiantur ſubditi ratione delicti, nec etiã Epiſcopi, in cuius Diœceſi degunt, ita vt nec ratione notorij delicti extra Monaſterium commiſſi puniri poſſint ab alio, quàm à ſuo Superiore; niſi in caſu, quo à Superiore, ab Epiſcopo monito, condignè puniti non fuerint, vt determinatum eſt in Sacro Cõcil. Trid. ſeſſ. 25. c. 14. tamen dubitari poteſt, an efficiãtur ſubditi ratione delicti commiſſi in aliquo Monaſterio ſuæ Religionis, in quo ipſe delinquens non eſt aſſignatus, ſed ex aliqua cauſa ibi manens grauiter delinquit? In qua dubitatione ego exiſtimo, negatiuè eſſe reſpondendum de iure, ceſſantibus in contrarium Cõſtitutionibus cuiuſcunq; Religionis. Et hoc mihi probatur ex d. c. 14. Cõcil. Trid. virtute

ſute cuius, cùm nec pro delicto notorio puniri Regularis poſſit, niſi à Superiore ſui Monaſterij, nec efficiatur ſubditus Diœceſani ratione delicti, argumentando à maiori ad minus, neceſſariò dicendum erit, quòd nec ratione delicti efficiatur ſubditus Superioris alicuius Monaſterij: & argumentum à maiori ad minus valere etiam quòad delicta, & pœnas delictorũ, docet Bald. in l. ſi quis nõ dicã rapere in prin. C. de Epiſc. & Cleric.

4 Procedere autem hoc non poteſt quòad noſtrã Religionem Cler. Regul. Theatin. in qua habemus decretum Capituli Generalis anni 1610. in quo cauetur, *vt qui ad aliam domum ſe confert, ſiue, vt aliò ſe transferat, ſiuè negotiationis alicuius cauſa, Præpoſito eius domus ſubſit, non ſecus, ac ſi ei aſſignata ſibi domo eſſet*, prout habetur in 2. p. noſtrorum decretorum c. 7. nu. 15. Ideò in noſtra Religione, ſi (quod abſit) caſus occurreret, vt aliquis delinquat extra domum, & Ciuitatẽ, in qua eſt aſſignatus, à Superiore illius domus eſſet puniendus, in qua tempore delicti degeret; Et, ſi in ciuitatibus, vbi plura habemus domicilia, ſeu Monaſteria, aliquis delinqueret in Monaſterio, in quo non eſt aſſignatus, ſed ibi eſſet pro aliquo negotio, reuerſus ſtatim ad propriam domum, ab eodem Præpoſito domus, in qua deliquit, eſſet puniẽdus, quia cùm decretum prædictum generaliter, & indiſtinctè dicat, vt qui ad aliam domum ſe confert, ſubſit Præpoſito eius domus, non ſecus, ac ſi in aſſignata ſibi domo eſſet, generaliter eſt intelligendum, ſiue domus ſit in eadem Ciuitate, ſiue in alia; nam quando lex generaliter loquitur abſq; vlla diſtinctione, generaliter,

ter, & abſq; aliqua diſtinctione eſt intelligenda, vt vulgata iura determinant in c. ſolitæ §. fi. de maior. & obed. l. 1. §. & generaliter ff. de leg. præſt. l. de pretio ff. de publ. in rer. act. cum alijs concord.

35 Sed ſi fortè Regularis aliquis vagabundus eſſet, nempè quia per Mūdum vagatur ſine iuſta cauſa, & ſine legitima licētia Superioris, qui habeat authoritatem illam concedendi: Vagabundus enim dicendus erit ſecundùm Bar. in l. 4. §. Prętor ait nu. 24. ff. de damno infect. & gloſ. ibid. in ver. habitationē habet, ſentit, vagabundum illum eſſe, qui habitationem non habet; hic autem ſi delictum committeret, ab Ordinario loci, in quo deliqueret, eſſet puniendus, vt patet ex declaratione Sacræ Congregation. relata ſupra in n. 6. ibi: *Regularis degens extra Clauſtrum debet puniri ab Ordinario loci*: nam cùm per Mundum vagetur ſinè cauſa, & licentia, extra clauſtrum degit.

16 Siuè autem Ordinarij ſint Iudices, ſiuè Delegati ſe intromittere non debent ad faciendum acta aliqua iudiciaria in cauſa, in qua fiunt ob delictum, per quod ipſe Iudex offēſus eſt, ſi pęna pro tali delicto imponenda, arbitraria ſit, etiam ſi delictum eſſet notorium; nam etſi quando delictum eſt notorium, etiam ſi iniuria eſſet Iudici illata tanquam priuato, poſſit Iudex delinquentem punire, ſecūdum Doctorum ſententiā communiter receptam, vt poſt Roland. in conſil. 48. num. 2. & 14. lib. 2. teſtatur Clar. in §. fi q. 35. n. 26. ipſe tamen Clar. ibid. dicit, talem ſententiam eſſe intelligendam, vt procedat quādo pro tali iniuria eſſet pœna à iure præfixa: ſed ſi eſſet arbitrio Iudicis imponenda, tunc in tali cauſa ſe intromittere

R non

non debere affirmat, & quòd ſi ſe intromittat, vt ſuſpectus recuſari poteſt, & Dec. in cap. cùm veniſſent nu. 45. de iudic. dicit, quòd Iudex inferior in cauſa propria iudicare nõ poteſt, per l. 1. C. nè quis in ſua cauſ. cũ ſimil. & hoc procedere etiam dicit in Domino feudi. Et quamuis in nu. 48. limitet, non procedere in facto notorio, quando ſcilicet pœna impoſita pro facto notorio certa eſt; quia tũc ceſſare videtur ratio ſuſpitionis, cùm in tali caſu potiùs videatur exequutor, quàm Iudex: contrarium tamen docet, quando arbitrio Iudicis pœna eſt imponenda; & idem poſt Deci. ac Capyc. in deciſ. 124. nu. 4. & 6. tenet Aymon Crauet. in conſ. 801. nu. 6. vol. 1. Qui nè ſit ſibi contrarius cum hac limitatione intelligendus eſt loqui in conſil. 232. nu. 7. vol. 2. vbi dicit, quòd nec omninò repellitur Iudex in cauſa propria; nam cognoſcit Iudex de iniuria ſibi illata in officio ſuo, l. ſi quis fortè §. ſi quos, vbi Bart. ff. de pœn. l. 2. C. de ſportul. Oldrad. in conſil. 7. incip. quædam maledicta mulier, Alex. conſ. 35. col. fin. lib. 2. Addens, quòd ſimiliter videmus, quòd Prælatus poteſt punire Monachum pro delicto commiſſo cõtra eum, quando non procedit pro intereſſe proprio, ſed publico, vt delictum puniatur, vt per Calder. in cõſil. 20. de regulat. cum prę dicta, inquam, limitatione intelligendus eſt ipſe, & omnes citati *Doctores*, quos ipſe refert; & cum hac limitatione procedẽdum eſſe à Iudice offenſo etiam in facto notorio tenet poſt Doctores, quos citat Farinac. in 1. par. crim. q. 17. num. 44. & 45. in fine.

17 Non debent igitur, quãdo pœna eſt arbitraria, Iudices omnes, & maximè Præ-

Prælati Regulares etiam quando ipſi intuitu officij offenſi ſint, in tali cauſa ſe intromittere non debent, & cum alio Iudice adiuncto, & Aſſeſſore, nè reddātur de vindicta ſuſpecti, etſi delictum contra ipſos cōmiſsū notoriū ſit: nāq; non ſolùm à malo, ſed ab omni ſpecie mali cauendum eſt:& nolentes vinci à malo, ſed vincentes in bono malū, iuxta conſiliū D.Paul. 1. ad Rom. 12. ſed cauſam vſq; ad punitionē inclusiuè alteri delegare debent, prout aliquos facere ſolere dicit Clar. in d. q.35. in fi. quod faciant in hac forma.

Reuerendo Patri in Chriſto nobis Chariſſimo D.N. &c.

*Nos B. Abbas, ſiuè Præpoſ. talis Monaſterij, ſeu Vicarius talis loci, cùm iuſtis ex cauſis mouentibus animum noſtrum non intendamus conficere acta iudiciaria, & punire delictum notoriè contra nos ab A. commiſſum in tali publico loco, de tua peritia, diligentia, & integritate, confiſi, his noſtris literis noſtra manu ſubſcriptis, & noſtro ſolito ſigillo ſignatis, tibi facultatem indulgemus, atq; concedimus, vt noſtras induas vices, & vna cum tali Aſſeſſore* (ſi ob ſtatutum, vel quia Commiſſarius nō eſt Doctor Aſſeſſor ſit etiam adhibendus) *informationem neceſſariam de tali delicto capere valeas, teſtes examinando, & omnia alia faciēdo, quæ pro huius cauſa expeditione ſunt neceſſaria vſq; ad ſentētiam diffinitiuam incluſiuè. Datum &c. in loco &c. Die &c. Menſis &c. Anni &c.*

*D.B. Abbas talis loci, vel Præpoſitus talis loci.*

*D.N. Secretarius de mandato.*

Quam delegationem debet delegatus inſerere in principio proceſſus, illamque notificare teſti-

bus,& ipſi Reo, ſi præsẽs eſt, ad hoc,vt ſciant,quo iure ipſe Delegatus acta faciat. Poſſuntq; ſic cauſam delegare etiam Præpoſiti noſtræ Religionis, cùm Iudices ordinarij ipſi ſint, & omnes Iudices ordinarij hanc habeãt facultatem,vt ſupra dictum eſt. Qua facta delegatione,diligens ſit Delegatus, vt ſtatim ꝓceſsũ incipiat, nè re integra in noſtra Religione ob negligentiam à Viſitatoribus prçueniatur,qui & ipſi delegare poſſunt, quando ob neglig ẽtiam Præpoſiti procederent ipſi vti Iudices ordinarij.Delegareque poſſunt, ſicut & omnes alij Iudices ordinarij,etiã quando ipſi offenſi non ſint,ſed aliquo iuſto impedimẽto detenti, proceſsũ formare non valent.

18 Facereq; hanc delegationẽ noſtri Prępoſiti poſſunt etiam ſine conſenſu Capituli,quãdo in Capitulo determinatum eſt,vt in aliqua cauſa proceſſus, ſiuè acta iudiciaria fiant;ad hoc enim tantùm tenetur Præpoſitus virtute noſtri decreti in 3. par. noſtror. decret. c. 9. quo facto, cùm ipſe ſit Iudex ordinarius, & hoc facere non ſit illi vetitum à noſtris Conſtitutionibus, & decretis, poteſt ſicut omnes alij ordinarij Iudices iuriſdictionem ſuam delegare: dũmodò delegationem faciat alicui ex noſtris,qui vnà cum Aſſeſſore procedat, faciatq; delegationem in hanc ſequentem formam.

Reuerendo Patri in Chriſto nobis Chariſſimo.

D.N.&c.

*Nos D.N.Præpoſ.talis domus,vel Abbas,vel Prior talis Monaſterij. Cùm alijs negotijs legitimè impediti, huic integrè vacare non poſſimus, de tua peritia, diligentia, ac integritate confiſi, his noſtris literis noſtra manu ſubſcriptis, & noſtro*

*ſtro ſolito ſigillo ſignatis tibi facultatem indulgemus, atq; concedimus, vt noſtras induas vices cum tali Aſſeſſore vel vnà cum Aſſeſſore à te eligendo* (ſi Aſſeſſor eſt neceſſarius virtute alicuius ordinationis, vel ſtatuti, put eſt in noſtra Religione, vel ſi delegatus non ſit Doctor) *informationem capias de tali delicto, à tali commiſſo* (ſi auctor delicti ſcitur) *coram nobis Præpoſito* (quando proceditur via accuſationis, vel denũciationis) *vel quod ad noſtram notitiam per clamoroſam inſinuationem peruenit* (quando proceditur ob præcedentem infamiam) *teſtes iuridicè examines, audias audienda, & videas videnda, prout iuris erit, iuris ordine ſeruato* (vel ſi Regulares ſunt, & gaudent priuilegio Bonifacij VIII. habentque ſtatuta de modo procedendi in cauſis criminalibus) *ſimilis iuris, apicibuſque illius poſtpoſitis, ſecundùm noſtræ Religionis conſuetudines, & inſtituta, ſummariè, & de plano, ſola facti veritate inſpecta, iuſtitiam facias, & procedas vſque ad ſententiam diffinitiuam incluſiuè* (ſi ſententiam illi delegare vult, & in caſu, quo illi ſententiã delegare non vult, dicat, *vſque ad ſententiam excluſiuè, & poſtea nobis referas, actaque omnia tradas. Datum Neap. in noſtra Domo, &c. Die &c. Menſis, &c. Anni, &c.*

*D.N. Præpoſitus, &c. vel Abbas, &c.*

*D. A. Secretarius de mandato.*

19 Iudicem cauſarum criminalium poſſe Partem allegare ſuſpectum, & tãquam ſuſpectum poſſe illum recuſare, tenet gloſ. magna in verſ. item ſi ille de accuſat. & ibid. Soc. in n. 78. teſtatur de cõmuni ſententia DD. & ſententiam prædictæ gloſæ eſſe cõmuniter approbatam ex Cardin. Alexandrin. in c. de accuſatione col. 41. verſ. venio ad ſeptimum, dicit Clar. in S. fi. q. 43. n. 1.

20 Et quamnis nonnulli Doctores cum gloſ. fin. in fin. in cap. ad noſtram de ap-

appellat. ſentiant, recuſationem Iudicis omnibus Regularibus eſſe interdictã per tex. in cap. cum ſpeciali, in fin. de appellat. vbi ita tenere Innoc. Ioa: Andr. & Abb. cenſet F. Thomas à Ieſu in tract. de Viſit. Regular. tract. 3. c. 17. num. 12. idemque tenere exiſtimat Hoſtienſ. in d. cap. ad noſtram de appellat. tamen contrarium tenendum eſſe de iure exiſtimo per d. cap. cum ſpeciali in fin. cum infra citandis Doctoribus. Namque Innoc. in d. cap. cum ſpeciali nu. 9. dicit, non poſſe Monachũ recuſare Abbatẽ punientem ſecundùm obſeruantias regulares, ſicut nec appellare tunc valet: ſed vtrumque facere poſſe affirmat, quando procedit in forma iudicij, per iura, quę citat. Et ratio eſt, q̃a tunc modum correctionis excedit, cùm punire non intendat ſecundùm obſeruantias regulares, prout ſentit Ioa. Andr. ibid. in num. 18. vbi ita intelligit ſententiã Innoc. quæ eſſentialiter ab Hoſtienſ. ſententia non diſcrepat; quæ ſe habet in d. cap. cũ ſpeciali nu. 19. Religioſus ſecundùm regulam ſuam in Capitulo de plano corrigitur, & punitur, nec appellare poteſt, nec Superiorẽ tanquam ſuſpectum recuſare, per cap. ad noſtram de appellat. ſed ſi contra illum procedatur per viam iuridicam, tunc ex cauſa illum appellare, & Superiorem recuſare poſſe dicit, etſi in cauſa totaliter figura iudicij nõ ſeruaretur, quia procederetur de plano, & non ſeruatis apicibus iuris.

21 Abbas autem relatis ſupradictis opinionibus in d. cap. cum ſpeciali §. porrò nu. 3. & referendo Innocentium, non prout ipſe loquitur, ſed abſolutè dicentem, quòd ſi Prçlatus excedit modum in corrigendo ſubditus appel-

pellare, & recuſare poteſt: quod dictum illi placere affirmat, & ad comproba tionem ponderat literam illius tex. in fin. & dicit ſolùm, phibere extenſionē illius textus quòad Religioſos, vt .ſ. appellare, & recuſare Iudicem nō poſſint; quando contra ipſos proceditur ſecundùm regulā: ſed ſecus eſſe dicit, quādo Superior regulam excederet. Et quia negari non poteſt exceſſus regulæ quando ad formam iudicij proceditur, etſi fiat omiſſis apicibus iuris, negari nec etiā poteſt, quin tuſſc quoque recuſare, & appellare liceat; & negari nec etiā poteſt, prædictas ſententias inter ſe non diſcrepare, & appellationem, & recuſationem in vtroq; ex his caſibus licere. Nec ab iſta ſententia recedit ipſe F. Thomas à Ieſu vbi ſupra, ſed potius cōcordare cum illa videtur in nu. 13. Exiſtimoq; nec eſſe neceſſarium pro tali recuſatione facienda, vt Superior ad hoc, vt recuſari poſſit, euidenter oſtendat, iniquè ſe gerere contra famam, & opinionem, ſubdi in materia graui, ſicut neceſſarium eſſe cenſet Lezana in 1. tom. qq. Regular. c. 9. n. 18. ſequendo Sanchez lib. 6. in Decalog. c. 19. §. 1. quia tale dictū nullo iure probatur; ſed ſatis erit adeſſe ea, quæ infra dicenda ſunt in num. 23.

22 Quæ ſint autem cauſę, ob quas Iudex recuſari poteſt, illas hic nō examino, nec enumero, quia magnum tractatum requirerent; ſed vide gloſ. in d. c. cum ſpeciali in ver. de recuſatoris aſſenſu, & gl. in c. cùm ſuper de offic. deleg. & gloſ. c. accedentes il 2. & ibi Doctor. vt lite non conteſt. Canon. in c. Poſtremo de appell. vbi tex. duas cauſas enumerat, ſcilicet ſi ſit conſāguineus, vel ſi fuerit Aduocatus in cauſa illa: ſed

Philip.

Philipp. Franch. ibid. 40. cauſas enumerat,& Card. Alex.ibidem ſeptuaginta; & latè hãc materiam tractat Speculat. in tit. de Iudi. deleg. §. ſupereſt videre, Ioa.Andr.Gemin.& alij in cap.legitimè de appellat.in 6.Paris de Puteo in tract. de ſindic. in verſ. ſuſpit.& Maran. in 6.par. ſui ſpec.in tit.&quandoq; appellatur,vbi in n.27.dicit eſſe multas, & tantùm ipſe aliquas enumerare affirmat, & incipiendo à num.28.vſq;ad nu.33. incluſiuè quadraginta cauſas enumerat.

23 Ex quibus omnib⁹ colligo, Regulares has cauſas ſuſpitionis allegare poſſe.Primò,quãdo Iudex eſt nimis familiaris alterius Partis,vt in cap.inſinuãte, & ibi gloſ.& Doctor.de offic. deleg. Specul. in tit. de offic. deleg. §. ſupereſt in verſ.Item ſi eſt nimis,& Maran. vbi ſupra in n 28. Secundò, quãdo eſt conſãguineus Partis aduerſę, vt in cap.poſtremò de appellat. & in cap.accedentes il 2. vt lite nõ conteſt. Niſi eſſet æqualiter coniunctus vtriq;Parti,vt per Maran.poſt alios,quos citat vbi ſupra in num. 30. Tertiò, quãdo vellet quis Iudicis officium exercere in cauſa ꝓpria, vt in l.qui iuriſdictione ff. de iuriſd. omnium Iud. Maran. vbi ſupra n.32.& 33.Quartò, quãdo eſt inimicus,etiam non capitalis,quia quamlibet inimicitiam ſufficere dicit Maran. poſt Doctores,quos citat in nu.35.& illas opponere poteſt quocunq;tempore. Et idem dicit in num. 36. quando Iudex eſt conſanguineus inimici alterius Partis,poſt Abbatem in d. cap. accedẽtes in 1.notab. & Bald. in l. quoniam liberi C. de teſtib. Quintò,quando Iudex eſt concius alterius Partis,& ſimul reperiũtur extra patriam in partibus remotis, ex quo ſolent ſe diligere, vt fratres,vt poſt Abb.

Abb. in d. c. accedentes col. 1. verſ. tertia cauſa, & Felin. ibidem in 2. col. tenet Maran. in d. nu. 39. ſed hoc non eſſe indiſtinctè verum dicit Deci. in c. poſtremo nu. 17. de appellat. ſed remanere arbitrio Iudicis ſecūdùm qualitatem perſonarum, & ſequitur Ioa. Anto. de Nigris ſuper capit. Regn. in rubrica de ſuſpitionib. in nu. 38. in verſ. Quero nūquid. Sextò, quando Iudex fuit Aduocatus alterius Partis in eadem cauſa, in qua iudicare vult, vt eſt tex. & ibi Alex. & Doctor. in l. Prætor ff. de iuriſd. omn. iudic. & in cap. Poſtremo, & ibi Abb. de appell. Et idem eſt, quando in illa cauſa fuit conſultus, & propalauit votum ſuum, vt per Maran. poſt Doctor. quos citat ſupra in num. 52. Septimò, ſi ſit datus ad petitionem alterius Partis, l. obſeruandum ff. de iudic. & cap. inſinuāte de officio deleg. Octauò, ſi in eadem cauſa fuit teſtis, l. fi. ff. de teſtib. Maran. in num. 54. poſt Speculator. in tit. de iud. del. §. ſupereſt, verſ. itē ſi fuit teſtis. Nonò, ſi ipſe Iudex in eadem cauſa fieri Iudex procurauit, vt poſt Spec. in d. §. ſupereſt verſ. item ſi ipſe, dicit Maran. in nu. 60. Decimò, ſi eſſet illiteratus, & groſſus, vt dicit Maran. in num. 67. & cauſa eſt ardua, & ſubtilis ex Baldo, Felin. & Iaſo. quos ipſe Maran. ibid. cit. Et idem dicit, quando eſt ſeuerus, iniquus, vel indiſcretus, poſt Doct. quos citat in num. 68. & 69. ac quando non vult audire Aduocatum Partis in nu. 72. ſed contrarium quòad illiteratum tenet cū Felin. in cap. ſuſcitans col. 6. in ver. illiteratus de reſcriptis, Io. Ant. de Nigr. vbi ſupra in nu. 41. quia illiteratus poteſt eſſe Iudex, ſcil. cum Aſſeſſore, & idē dicas quòad ſubſequentes.

Aduerte tamen, quòd

in noſtra Religione ob nullam cauſam dari poteſt ſuſpectus Pater Generalis, nec Præpoſiti, aut Viſitatores, quando adhibito Aſſeſſore cauſam agūt, vt determinatum eſt in Capit. Gener. ann. 1621. & habetur in 3. par. noſtr. decretor. c. 9. nu. 10.

24 Recuſatio Iudicis ob ſuſpitionem regulariter facienda eſt ante litis conteſtationem; eſſeq; debet prima exceptio, quæ opponenda eſt ante oēs dilatorias, vt dicit Maran. in d. verſ. & quando appellatur n. 26. & rationem reddit, quia ſi priùs opponeretur alia dilatio, cenſeretur prouocari Iudex, vt ſuper ea pronunciet, & ſic induceretur conſenſus in Iudicem, ita vt poſteà recuſari nō poſſit, vt per Doctores, quos ipſe Maranta ibidem citat. Quæ quidē poſtea in nu. 74. dicit procedere quòad cauſas, quę prçceſſerant ante litis cōteſtationem, vt ſcilicet nō poſſit illas opponere, quādo quis iam prędicto modo in Iudicem conſentit; Et intellige, quando tunc nōtitiam illorum habebat, nam ſi cauſas nō oppoſitas ignorabat, conſenſiſſe non cenſetur, & illas opponere poteſt quocunq; tempore; nam ignorans, & errans non conſentit, l. ſi quis per errorem ff. de iuriſd. omn. iud. l. conſenſiſſe ff. de iudic. l. non idcirco C. de iur. & fact. ignor. illaſq; etiam, quæ de nouo emergunt, opponere Partem poſſe dicit Maran. vbi ſupra, in quacunq; parte litis, etiam poſt cōcluſionem in cauſa, ſi poſt illam ſuperueniant, ſecundùm Felin. in c. inſinuante col. pen. in fi. de offic. iudic. deleg. Et in noſtro Regno habemus Capitulū Regni 217. incip. Prolixitatem, in quo Rex Robertus pręcipit, vt exceptio recuſationis Iudicis poſt litem conteſtatam ita opponatur, vt notoriè, & euiden

ter

ter Iudici cōſtet, quòd de nouo ſuperuenit, aliàs nō admittatur. Et à ſimili idem dicas quòad illam, quam ignorauit, vt ſcilicet opponens de ignorātia euidenter illam cōſtare faciat. Prędictum capit. latiſſimè explicauit Ioa. Anton. de Nigris Campanus, vbi ſupra, & fusè hanc ſuſpitionum materiam ibi tractat.

25 Suſpitionis cauſa contra Iudicem allegata, Arbitri à Partibus, ſecundùm formam iuris, ſunt eligendi, vt per tex. in cap. legitima de appellat. in 6. Quę iuris forma habetur in cap. cum ſpeciali S. ſtatuimus de appellat. per hæc verba. *Statuimus, vt ſi allegauerit ſe Iudicem habere ſuſpectum, coram eodem Iudice cauſam iuſtæ ſuſpitionis aſſignet: & ipſe cum aduerſario, vel ſi fortè aduerſarium non habet, cum Iudice arbitros communiter eligat: aut ſi communiter conuenire non poſſunt abſq; malitia: ipſe vnum, & ille alium eligat, qui de ſuſpitionis cauſa cognoſcat: etſi nequiuerint in vnam concordare ſententiam, aduocent tertium, vt quòd duo ex ipſis decreuerint, robur obtineat firmitatis; ſciātq; ſe ad id fideliter exequendum ex iniuncto à nobis in virtute obedientiæ ſub obteſtatione diuini iudicij à ſtricto præcepto teneri.* Ex quo textu apparet, quòd cauſa ſuſpitionis coram eodem Iudice, qui allegatur ſuſpectus de iure canonico eſt allegandu: ſed coram quo Iudice, ſit allegāda in noſtro Regno, vide Capitulum Reginæ Ioannæ poſitum inter Ritus Magnæ Curiæ Vicariæ in num. 8. incip. Item ſi contingat.

26 Recuſatio Iudicis ob aliquam ſuſpitionem in ſcriptis eſt proponenda, cap. quoniam contra, & ibi gloſ. in verſ. recuſationes, l. apertiſſimi, & l. cum ſpeciali C. de iudic. Spec.

in lib.4.tit.de offic. ordin. in princ.& ita tenet poſt Abbat.in c.prudentiam §. 6.col. 3. de offic. deleg. Franc.in c.cum ſpeciali n. 20. de appellat. Et recuſationis libellus eſt producendus coram Iudice recuſato, vt dictum eſt in num.præced.& notat Anchar.in d.c.legitima not.3. de appellat.in 6. contineréq; debere affirmat quis, quem, in qua cauſa, & ex qua cauſa ſuſpitionis recuſet; eſtq; talis cauſa exprimēda in ipſo libello recuſationis,vt in cap.cum ſpeciali, vbi hoc notat Franc.in n. 1. de appellat. & Bald.ibid.dicit, quòd ſi cauſa in libello non fuit poſita, alio die inſeri non poteſt, à qua ſententia nō recedas per d.c.cum ſpeciali,etſi Franc.ibid.in nu. 22.dicat fortè inſeri poſſe antè electionem Arbitrorum, prout in ſimili notatur in gloſ.in c. ſi is,cui de offic.deleg.in 6.&cautum eſſe conſilium dicit, ſi recuſans nominet ſuum Arbitrum in eodem libello. Formariq; in hac forma poteſt.

Forma libelli recuſationis Iudicis ob ſuſpitionem.

27 *Quia naturale eſt velle ſuſpectorum Iudicum declinare iudicium,coram vobis R.P.D.N. Iudice in cauſa Veneficij mihi oppoſiti,compareo ego P.& dico,quòd cùm ſis mihi tali ratione ſuſpectus* (& explicetur cauſa ſuſpitionis) *te tanquam talem in hac cauſa recuſo; & præfatam cauſam ſuſpitionis coram Arbitris me offero probaturum, ad quos ſtatim cōmuniter eligendos me paratum offero, & in caſu, quo conuenire non poſſimus pro parte mea ex nunc pro tūc eligo. R.P.D.B.*

Quo facto Actuarius de mandato Iudicis ſcribat in actis ſub hac forma.

*Die tali, Menſis talis, talis Anni, fuit per d. P. præſentatus dictus*

*dictus Libellus, & à tali Iudice fuit admiſſus, ſi & in quantum, &c.*&procedatur ad electionem Arbitrorum.

28 Quæ quidem forma in noſtra Religione non eſt neceſſaria; nam in illa Iudices non poſſunt dari ſuſpecti ex eo, quòd ſimul cum Aſſeſſore iudicāt, vt habetur in 3. par. noſtr. decretorum c. 9. n. 10. ſed qui Aſſeſſorem aliquem ſuſpectum protulerit intra biduum ſuſpitionis cauſas exhibere debet, breuiq; probare, hoc eſt, pro tunc quali quali probatione, & interim re ad P. Generalē à Reo delata, ipſe alium Aſſeſſorem eiuſdem Prouinciæ aſſignare debet, qui ſuſpitionū cauſas iure, & facto cognoſcat, & ſuſpitione probata ipſe Aſſeſſor electus iudicium proſequatur, vt determinatū eſt in d. Cap. Gener. anni 1621. & habetur in 3. par. decretorum d. c. 9. nu. 11. Non eſt tamen omittenda recuſatio in ſcriptis, nec expreſſio cauſæ, cùm ſit de iure hoc faciēdum, & per noſtra decreta nihil eſt contrarium ſtatutum. Fieriq; poteſt ſub hac forma.

Forma recuſationis Aſſeſſoris ſuſpecti pro noſtris Cler. Regul.

*Quia vigore noſtrorum decretorum licitum eſt R. P. Aſſeſſorē ex cauſa ſuſpectum allegare corā vobis RR. PP. D. N. Præp. talis Eccleſiæ, & P. B. Aſſeſſore compareo ego P. qui de Veneficio ſum imputatus, & dico, quòd tu R. P. D. B. Aſſeſſor in hac cauſa ſis mihi ſuſpectus ob talem cauſam, quam infra biduum breuiter probabo, & poſtea fuſiùs coram R. P. Aſſeſſore ab Admod. R. P. Generali eligendo.*

Actuarius autem de mādato Iudicis, & Aſſeſſoris ſcribat in actis diem præſentationis, prout ſupra in n. 27. mutatis mutandis.

29 Nec

29 Nec dicas, prędictum noſtrum decretũ eſſe irritum, & inane, cùm ſit iuri Canonico contrarium, per quod Arbitri à Partibus ſunt eligendi, vt in d. cap. eligendi, & in d. c. legitima, & in d. c. cum ſpeciali S. ſtatuimus; nã quãuis nos habeamus priuilegium, vt poſſimus decreta, & ſtatuta facere, eſt tamen tale priuilegium ita reſtrictum, vt tantùm illa decreta, & ſtatuta facere valeamus, quæ iuri Canonico non ſunt contraria, vt ex tenore dictorum priuilegiorum patet. Nam reſpondetur, quòd cùm tale decretum pertineat ad modum procedẽdi in cauſis criminalibus, quòad quem, ſicut omnes alij Regulares participantes, habemus Priuilegium Bonifacij VIII. relatum ſupra in c. 1. num. 4. in quo conceditur, vt in huiuſmodi cauſis, rimulis, & apicibus iuris poſtpoſitis, liberè procedere valeamus ſecundùm conſuetudines approbatas, & generalia facta, & etiam facienda inſtituta; nec prædictum Priuilegium eſt reſtrictum ad facienda inſtituta non contraria iuri Canonico, ſed potiùs videtur concedere contrarium, cũ Papa ibi dicat, eſſe omittendos rimulos, & apices iuris.

30 Cùm autem libellum prædictum Iudici allegato ſuſpecto, fuerit præſentatũ, ipſe Iudex in tali cauſa alios actus iudiciarios facere nõ debet, pendente cauſa ſuſpitionis, ſicut fieri non debent poſt appellationem, vt dicit Anchar. in d. c. legitima in ver. Tertiò nota, per d. c. cum ſpeciali S. ſtatuimus; & actus interim facti ſunt ipſo iure nulli, Corne. in conſil. 247. col. 1. vol. 1. Dec. in conſ. 275. col. 1. & alij, quos citat, & ſequitur Baiar. in d. q. 43. nu. 10. & vide latè Ioa. Ant. de Nigris vbi ſupra in num. 16. Sed electo Arbitro, q cauſam

ſam ſuſpitionis cognoſcat, prout dicitur in d.c. cum ſpeciali §. ſtatuimus de probat. Poteſt illi ipſe Iudex allegatus ſuſpectus ſtatuere terminum, infra quem ſuſpitionis negotium ſit expediendum. Cauſa verò ſuſpitionis intra terminũ à Iudice præfixum non probata Iudex in cauſa procedat : ſed ſi cauſa ſuſpitionis probata ſit, Iudex recuſatus negotium perſonę idoneę de aſsenſu recuſatoris cõmittat, nè illum valeat poſtea recuſare ; vel ſi magis viderit expedire ad Superiorem, negotium remittat, prout determinatum eſt in d.§.ſtatuimus in fine, vbi hoc notant glo.& DD.

31 Sed in noſtra Religione cauſa ſuſpitionis nõ conſtita, vel ſi cauſa allegata ſufficiens nõ fuerit ad ſuſpitionem inducendam, qui eam adduxit ſemeſtri eſt includẽdus in carcere, pœnaq; hæc nec etiam à Patre Generali remitti poteſt, vt habetur in d.c. 9. noſtror. decret. nu. 12. De iure verò cõmuni allegãs Iudicẽ ſuſpectũ, ſi cauſas non probauerit, actione iniuriarum tenetur, vt per Bald. in cap. ſuper de offic. deleg. & Angel. in l. quæ omnia, ibi, magis conuicium ff. de procurat. quos citat, & ſequitur Baiar. ad Clar. in §. fi. q. 43. nu. 7.

# De Aſſeſſore. Cap. IX.

*SVMMARIVM.*

1 *Aſſeſſor quis eſt. Et eius officium in quinque conſiſtit in num. 2. & quæ illa ſint explicatur in num. 2.*

2 *Aſſeſſor fugitur Iudicis partes, quãdo Iudex eſt impeditus ex cauſa publica, excepta cauſa appellationis: & excepta ſententia in cauſa criminali.*

3 *Aſſeſſor à quo ſit eligendus. Et à quibus, & quomodo in noſtra Religione in n. 4.*

5 *Aſ-*

Digitized by Google

5 *Aſſeſſor eligendus eſſet non debet turpitudine, & infamia notatus, nec alteri Parti ſuſpectus, nec maiori excommunicatione ligatus.*
*Excommunicatione ligati à publicis officijs repelluntur.*

6 *Aſſeſſor debet eſſe peritus in facultate, qua debet iudicare. & purus Theologus recuſari poteſt.*

7 *Aſſeſſor generalis in Curia ſæculari eſſe nõ debet clericus, ſed in vna ſola cauſa poteſt.*

8 *Aſſeſſor generalis in Curia Eccleſiaſtica eſſe poteſt laicus.*

9 *Aſſeſſor non debet eſſe facilis carcerationi eorum, quæ deferuntur prius quàm ſaltem pro informatione Curiæ conſtet, delictum eſſe commiſſum, & ſit ſaltem ſuſpitio, fuiſſe commiſſum à delato.*

10 *Aſſeſſor etſi inclinare debeat in mitiorem partem, & mitiorem pœnam, tamen in crimine veneni ſemper inclinare debet ad torturam.*
*Reus habens tantum contra ſe plura indicia, & præſumptiones pœna corporali puniri non poteſt.*
*Probationes apertiſſimæ eſſe debent in criminibus.*
*Indicia, & præſumptiones quando abſunt contra Reum, Aſſeſſor quid facere debet.*

11 *Aſſeſſor Regularium quomodo, & quando vti poteſt priuilegio Bonifacij VIII. in iudicãdis cauſis Regularium.*

12 *Eſſentialia iudicij de iure Diuino, Naturali, & Gentiũ quæ ſunt, vſque ad num. 18.*
*Ad eſſentiam iudicij pertinet, vt conſtet de corpore delicti.*

13 *Ad eſſentiam iudicij pertinet conteſtatio litis.*

14 *Ad eſſentiam iudicij pertinet citatio rei ad videndum iuramenta teſtium, ac omnis alia citatio neceſſaria, & maximè pro ferenda ſententia diffinitiua, & num. 17.*

15 *Ad eſſentiam iudicij pertinet probationes, & defenſiones, ad quas cũ pertineat traditio copiæ repertorij, tradenda eſt cũ dictis, & nominibus teſtium.*

16 *Copia ropertorum cum nominibus teſtium tradenda eſt Parti, etiã ſi teſtes ſint omni exceptione maiores, excepto fauore fidei.*

17 *Ad eſſentiã iudicij pertinet citatio ad ſententiam, ſed nõ peremptoriè.*

18 *Sententia vt in ſcriptis feratur ad eſſentiam iudicij pertinet.*

1 QVia Aſſeſſor is eſt, quem ille, qui iudicandi poteſtatem habet,

habet,ſibi aſſociat,vt ei aſſideat, & aſſiſtat, & ad rectè cauſam dicēdam eum inſtruat,veluti ex l.1.C.de Aſſeſſoribus, illum deſcripſit Speculat. in lib. 1.tit. de Aſſeſſore, §. Aſſeſſoris eſt,& concordat Azo in ſumma C.de Aſſeſſ. nu.1. & illos ſequitur Dec. in rubr.ff. de offic. aſſeſſ.n.1. & dixi in meo Prompt. in verb. Aſſeſſor nu. 1. Cùm de Iudice dictum ſit,de ipſo Aſſeſſore, qui ei aſſidere debet immediatè dicendum erit.

2 Aſſeſſoris officiū Primò cōſiſtit, vt in cauſis tàm ciuilibus, quā criminalibus ad indagādam veritatem inuigilet, & quid iuris ſit inſtruat Iudicē,cui aſſiſtit, vt patet ex d.l.1.C.de Aſſeſſor. alioquin ipſe de Iudicis iniuſtitia tenetur; niſi apud acta proteſtatur,ſi videat illū contra ius agere, vt notat Baldus in l. quoniam Iudices in 1.notab. C. de appellat. & ſequitur Deci.in rubr. ff.de offic. Aſſeſſor. nu. 3. Paris de Put. in tract. de ſindic. c.1. nu. 12. Boſſ. in tit. de ſentent.nu.3. Secundò,vt libellos recipiat, ſi benè cōficiantur, ſi autem malè,aut de re illicita,vt illos reijciat,vt in l.fi.in fi.C.vt nemo priuat. Tertiò,vt videat,an qui poſtulat facere hoc valeat, & vt poſtulatorum ordinem ſeruet, vt in l.nè quicquam §.obſeruare ff. de off.Procon. Quartò,vt edicta,&bāna, quæ à Iudice promulganda ſunt,examinet,an iuridica ſint,iuxta ea,quę docet Par.de Put.in trac.de ſind. in verſ. Aſſeſſor c.1. num.26. Quintò,vt examinet ſpecialia decreta, quę in cauſa,quę vertitur, interponenda ſunt, prout patet hoc vnà cū ſuprad. omnib.ex tex.gloſ.& Doctorib. in l. 1. ff. de offic. Aſſeſſor. & ex alijs,quos retuli in meo Prompt.ver. Aſſeſſor nu. 3. Fungiturq; Aſſeſſor Iudicis partibus, quando Iudex eſt impe-

ditus propter publicas occupationes, vt puta ſi in noſtra Religione Viſitatores eſſent impediti cauſa viſitationis, niſi agatur de cauſa appellationis, in qua Aſſeſſor nullam habet iuriſdictionem, vt poſt Bald. in auth. ad hæc nu. 1. in fi. C. de iudic. tenet Stephanus Gratian. in deciſ. March. deciſ. 145. nu. 15.

Nec poteſt Aſſeſſor, abſente Iudice, ſentẽtiam ferre in cauſis criminalibus, etiã ſi fuerit Vicarius ab ipſo Iudice cõſtitutus, vt ex Angel. de malef. in ver. Hęc eſt quædam ſententia, aduertit Foller. in ſua Pract. crimin. in tit. pęnis debitis feriatur num. 87.

3 Eſſeq; Aſſeſſorem eligendum ab ipſo Iudice, cui aſſidere debet, non modò conſuetudine, ſed etiam iure municipali, ac communi, dixi in d. ver. Aſſeſſor num. 4. ex Menoch. de arbitr. iudic. caſu 253. nu. 3. in fi. Et ex Spec. in tit. de Aſſeſſore §. eligitur in prin. dixi in pleriſq; locis cõſuetudinẽ adeſſe, & rationi, ac iuri congruere, vt ex conſenſu Partium ab ipſo Iudice eligatur, nè aliqua ex Parte valeat eũ ampliꝰ recuſare, & nè ſub ſuſpecto Iudice litigare cogatur. Si verò Partes non concordauerint, ab ipſo Iudice eſt eligendus. Ceſſante autem conſuetudine eſt ab ipſo Iudice eligendus, qui de eius facto obligatur, vt in l. 1. & l. nullus iudicum C. de aſſeſſor. Vbi autẽ eſt conſuetudo, vt aliter eligatur, ipſe Iudex de facto Aſſeſſoris non obligatur, vt dixit Par. de Puteo in d. c. 1. num. 11.

4 In noſtra autem Religione, peracto Capitulo Generali, à Patre Generali, & Conſultorib. in ſingulis Prouincijs Aſſeſſores eliguntur, quorum conſilio, & opera, tùm Prępoſiti, tùm Viſitatores controuerſias dirimere debẽt; &

ſi

ſi quiſpiam infra trienniũ defecerit,eligitur alter, vt in 3.par.noſtr.decret.c.9. num.3.& ex electis,prout ſupra,Aſſeſſoribus,poſsũt Prępoſiti, & Viſitatores, quem volunt aſſumere,vt colligitur ex d.c.9.nu.8.

5 Aſſeſſor eligendus,eſſe non debet turpitudune, vel infamia notatus,l.2.ff. offic. Aſſeſſor. nec ſuſpectus alteri Partium, alioquin recuſari poteſt, cùm participet iuriſdictionem iudicantis,vt dicit tex.in d.l.1.ff. de offic. Aſſeſſ. & ita tenet Speculat.in d.tit. de Aſſeſſor. §.debet autẽ, vbi addit, quòd ſi grauat Partem, poteſt ab eo appellari. Et cùm officium eius ſit publicum, vt dixi in d.verb.Aſſeſſor num.5. non debet eſſe excõmunicatus maiori excomunicatione, qua ligati à publicis officijs repelluntur, vt dixi ibidem,& in 3.par. meæ inſtitut.lib.2.c.5.nu. 13.

6 Vt autem idoneus ſit, eſſe debet peritus in facultate illa,in qua iudicare debet, vt ſi iudicare debeat in cauſa canonica,ſit peritus in illo iure, etſi in cauſa ciuili,ſit peritus in illo iure, nam ſi purus canoniſta, vel Theologus eſſet,recuſari poteſt,vt notat Domin.in c.ſtatutũ de reſcript. in 6. poſt Lapum ibid.& Dec. in c.ſciſcitat⁹ num.60.& 61.de reſcrip. & in c. decerminus num. 139.de iudic.&in facultate,qua iudicat,cuius peritię eſſe debeat, Iudicis arbitrio relinquitur, vt probat tex.in c. ſtatutũ §.Aſſeſſorem de reſcript. in 6. & notat Menoch. de arbitr.iud.caſu 253.num.3. ſufficereq; illum eſſe peritum, & verſatum, etſi inſtrumentum Doctoratus nõ habeat,vt poſt Salyc. in l.1.C.de pœn.iud.malè iud.& Purpur.in l.1.num. 72.ff.de offic.aſſeſs.& Bologne.ibid.in num.13.tenet Menoch. in d. caſu 253. num.5. in fine.

7 In Curia ſeculari Aſſeſſor generalis eſſe non debet clericus, quia ſepè oportet intereſſe conſilijs cauſarum ſanguinis, quod clericis eſt interdictum per cap. ſententiam, nè cler. vel mona. & quia eſt publicum officium ſeculare, vt dictum eſt, quod clerici exercere non poſſunt. l. placet C. de Epiſc. & cler. ſed in vna cauſa poteſt clericus Aſſeſſoris officiũ exercere in Curia ſeculari, vt poſt Dec. in c. decernimus num. 142. de iudic. dixi in d. v. Aſſeſſor nu. 5.

8 Sed in Curia Eccleſiaſtica Aſſeſſor generalis eſſe poteſt laicus; nàm quãuis hoc negent nonnulli Canoniſtæ, & præſertim Gemin. in cap. ſtatutum §. aſſeſſorem de reſcrip. in 6. & Andr. Sicul. in d. cap. Decernimus de Iud. Hoc tamen affirmant ibidem Hoſtienſ. Butr. Abb. & alij communiter, & ita ſeruare praxim teſtatur Dec. qui hanc ſententiam probat, & Siculi rationes impugnat in d. cap. Decernimus à nu. 131. vſq. ad nu. 135. idemq. tenet in cap. ſi pro debilitate num. 72. de offic. deleg. ac in rubr. ff. de off. aſseſs. in fine, vbi teſtatur, hanc eſse communem ſententiam Modernorum.

9 Cùm autem inuigilare Aſſeſſor debeat ad indagandam veritatem, vt dictum eſt ſupra in num. 2. non ſit facilis ad conſentiendum capturę, ſeù carcerationi eorum, qui deferũtur, ſed conetur priùs ſaltẽ ſummariè veritatem inueſtigare, ita vt priùs in actis conſtet ſaltem pro informatione Curiæ, an vera ſint, quę delata fuerunt, & an factum ita ſe habeat, vt præfertur, & an crimen commiſſum ſit, vel ſaltem, vt ſit ſuſpitio fuiſſe à delato commiſſum, per dicta à Baldo in l. quod euitandi in fin. C. de condit. ob turp. cauſ. & per

Franc.

Franc. Aret. in l. ſi quis
poſt ff. de teſtib. & à Fol-
ler.in 1.par.ſuę prax.crim.
in titulo ſtudeat ſe ornare
benè viu.moribus nu. 58.

10 Et quamuis Aſſeſſor
inclinare ſemper debeat
in mitiorē partem, & mi-
norem pœnam amplecti,
quando, ſalua iuſtitia, fa-
cere hoc poteſt, quia bo-
ni viri eſt, vt ſit diminu-
tiuus pœnarum, vt dicit
Philoſ.5.Ethic.cap.10. &
maximè in obſcuris,ſecū-
dùm iuris regulam, quòd
ſemper in obſcuris in mi-
tiorem partem inclinare
debemus l. in obſcuris ff.
de reg.iur. tamen in cri-
mine veneni debet eſse
promptior ad torturam,
præcedentibus tamen le-
gitimis inditijs, vel præ-
ſumptionibus, vt dicit
Foller.in 2.par. ſuæ prax.
crim.in tit. Item quòd ſo-
rorem venenauit nu. 35.
poſt Bal.in l. 3. C. de Epi-
ſcop.aud.& Affli.in Con-
ſtit.mala noxia col. 1. in
fine. Nec in caſu hoc, ſi-
cut nec in alijs pōt reus
habens contra ſe plura
inditia, & præſumptiones
pęna corporali condem-
nari, quia in criminibus
apertiſſimè eſse debent
probationes.l.vlt.C.de
prob. cap.Epiphaniū 5.q.
vlt.& vbi agitur de dam-
nandis hominibus ad ſup-
plicia ſtrictiùs, & cautiùs
eſt ꝓcedēdum l. addictos
ſupplicio C. de appellat.
& ita per gloſ. ſingularem
in cap. veniēs il 1. in verſ.
illorū de teſtib. tenet poſt
Doctor. quos citat Go-
meſ.to.3.var. reſolut.cap.
12. num.26.ſed condem-
nari poteſt pęna pecunia-
ria, vel exilij ſecundùm
Gomeſium ſupra, & alios
infra citandos; ex quibus
in tali caſu ab Aſseſsore
cum hac diſtinctione eſt
procedendum, ſcil. quòd
aut Reus eſt talis,vt tor-
queri poſſit, & illum tor-
quendum eſse dicunt, ad
hoc vt comperta veritate,
diffinitiuè damnari poſsit
pœna ordinaria,vel abſol-
ui;

ui, alioquin iniuſtum, & damnoſum Reipubl. eſse dicunt eum diffinitiuè abſoluere, impoſita illi ſola pœna extraordinaria, ſcilicet corporis non afflictiua. Aut autem Reus talis eſt, vt torqueri nō poſſit, nempè quia minor, vel ſenex eſt, vel ex alia iuſta cauſa torqueri nō poteſt; & tunc quia ex illis præſumptionibus, & inditijs pœna ordinaria damnari nō poteſt, in pecunia, vel exilio damnandus eſt. Ita Bald. in l. fin. col. vlt. C. de probat. & in l. milites C. de quæſtionibus col. 2. n. 6. Franc. Brun. in tract. de indic. & tort. q. 4. par. 1. in ver. notandum tamen, quos citat, & ſequitur Gomeſ. vbi ſupra; ſed vide hanc materiam latiùs infrà in cap. 12. num. 28. & ſeqq.

11 Aſseſsor verò Regularium illorum, qui gaudent, vel principaliter, vel per participationem priuilegijs Regularium; quia ex priuilegio Bonifacii VIII. relato ſupra in cap. 1. n. 4. poſsunt ipſi Superiores Regularium, omiſſis rimulis, & apicibus iuris, ſummariè, & de plano procedere, abſque ſtrepitu, & figura iudicij: ſi tamen habent conſuetudines approbatas, vel inſtituta, quæ (prędictis omiſſis) modum procedendi determinant, prædictas conſuetudines ſeruare poteſt, ac inſtituta, dummodò ea contineant, quę ad iudicium eſsentialiter pertinent: ideò debet omninò ipſe Aſseſsor eſsentialia hæc ſcire, vt Regularem Iudicem iuxtà ſuam obligationem rectè inſtruere valeat; nam alioquin grauiter delinqueret, & iudicium nullum eſset, quia iudicij eſsentialia de Iure Diuino, Naturali, vel Gentium ſunt, vt declarat Panor. in cap. dilecti de iudic. Silu. ver. Iudex 1. quæſt. 5. & plenè D. Anton. in 3. part. tit.

titul. 9. cap. 15. §. 6.

12 Eſsentialia autem iudicij, quæ ſine peccato, & nullitate proceſsus omitti non poſsunt, eò quòd à Iure Diuino, Naturali, vel Gentium procedunt, hæc ſunt. Primum, vt conſtet ſaltem in genere de corpore delicti; nàm cùm de ipſo delicto puniendo agatur, de ipſo priùs naturaliter conſtare aliquo modo debet, an ſit commiſsum, quia non entis nullæ ſunt partes, & ſine fundamēto delicti inaniter conficitur ædificium proceſsus criminalis, ſiuè iuridicè, ſiuè ſummariè procedatur. Eſtq; hoc verum ſiuè agatur per viam accuſationis, ſiuè denunciationis, ſiuè inquiſitionis; quia in omnibus ſemper militat eadem ratio; Succedunt namq. denunciatio, & infamia, ſinè qua inquiſitio fieri non poteſt, loco accuſatoris, ſinè quo Iuſtitia fieri non poteſt, cùm non ſit ad ſeipſum, ſed alterum, vt docet D. Thom. in 2. 2. quæſt. 58. art. 2. Ideòque oportet, vt Iudex inter duos dijudicet, quod quidem tunc fit, quādo vnus eſt actor, & alter reus, vt docet etiam D. Thom. in 2. 2. quæſt. 67. art. 3. Reus autem quis in criminalibus eſse non poteſt, niſi ratione delicti; ergò priuſquàm Iudex ad iuſtitiam faciendam per acta iudiciaria accedat, an delictum commiſsum ſit, cognoſcere debet.

13 Omitti ſecūdò non pōt conteſtatio litis, non quidem quatènus eſt ſolemnitas à iure requiſita ad faciendum actum iuridicum, vel quatènus eſt neceſſaria ad hoc, vt Reus in iudicio conſtituatur examinandus tanquam reus, ſine quo iudicium fieri nō poteſt, vt dictū eſt in num. præcedenti; nam cùm in criminalibus conteſtatio litis inducatur per examinationem rei, vt dictum

eſt

eſt ſupra in c.7. nu. 26. & ſine conſtitutione,& examinatione rei iudiciũ fieri non poteſt,niſi contumax ipſe ſit, in quo caſu habetur pro conſtituto,examinato,& confeſſo, vt tetigi ſupra in c.7.num. 27.nam alioquin à Iudice, qui debet iudicare,non cognoſceretur, vt Reus; Vnde meritò Dominus Geneſ. 4. Priuſquam condemnaret Cain de homicidio Abel fratris ſui, conſtituit eum,ac examinauit dicẽs: *quid feciſti?* neceſſariò dicendum erit, conteſtationem litis,quatènus eſt idẽ cum conſtitutione rei, ex natura ſua ad iudicij eſſentiam ſecundo loco pertinere, & nunquam eſſe in iudicio omittendam.

14 Prout nec etiã Tertiò tanquam eſſentialis omittenda eſt citatio rei ad videndum iuramenta teſtiũ, vel in priori examinatione, vel in repetitione eorum, prout dictum eſt ſupra in c.7.num.24.in verſ. eſt tamen citatio, & probatum in c.4.nu.5.6. & 7. & adde Clem. ſæpè in verſ. citationem, de verbor.ſignif.vbi decernitur, vt quando cauſa expediẽda eſt de plano,&ſummariè ſine ſtrepitu, & figura iudicij, non ſit omittenda citatio; & cùm indiſtinctè de citatione ſit ibi ſermo, intelligi debet non ſolùm de citatione Rei ad comparẽdum, ſed de omni citatione neceſſaria; quemadmodum hanc eſſe probaui in d.c. 7.nu.5. 6.& 7. Et non eſſe omittendam citationem,etſi non perẽptoriæ, pro ferenda ſententia diffinitiua,expreſsè eſt determinatum in dicta Clem. ſæpè in verſ. ſententiam verò, de verbor. ſignific. & dicam infra in num.16.

15 Quartò,ad eſſentiam iudicij pertinet, vt non omittantur probationes neceſſariæ,&legitimę defenſiones, etſi omittenda ſint iurgia,& contẽtiones

Aduo-

Aduocatorum, vt Procuratorum, refrenandaq; eſt ſuperflua teſtium multitudo, vt in d. Clemen. ſepè, in ver. non ſic tamen. Et quia capitula, quatènus continent copiam repertorum, pro rei defenſione ſunt neceſſaria, ad eſſentiam iudicij pertinent, & edenda ſunt Parti poſt teſtium examinationem, & facta publicatione in cauſa, iuxta ea, quę dicta ſunt ſupra in c.7.n.24. & iuxta formam traditam in d. c. 7. nu. 15. vbi inter cetera ego dixi, integram repertorum copiã, prout iacet, ab Actuario ſcribendã eſſe: à quo dicto exiſtimo non eſſe recedẽdum, etſi nonnulli teneant, inter Regulares teſtium dictà, ſed non nomina eſſe edẽda, ob vitãdam fracturam charitatis, exiſtimãtes nomina teſtium ob ſolam iuris ſolemnitatẽ eſſe edenda. At ego cẽſeo ad eſſentiam iudicij hoc pertinere, cùm ad defenſionem pertineat, quæ à naturali iure procedit, & multas cõtra teſtes oppoſitiones reus dare poteſt, quod facere quidem non valet, quando eorum nomina ignorat, & per multa alia quæ pro hac ſententia tuenda adducit Panor. in c. olim de accuſat. & vide ſupra in c.7.nu. 11.

16 Nec obſtare dicas, ſi teſtes ſint notoriè omni exceptione maiores, hoc eſt tales, vt nulla exceptio contra eos dari poſſit, ſecundùm gloſ. vulgatam in ver. maiores in c.1. dę cõſangui. & affin. quam dicit ſingularem Panor. in c. at ſi Clerici nu. 32. de iudic. nam, vt teſtis non dicatur omni exceptione maior, ſufficit quælibet macula, & quælibet exceptio, vt poſt alios, quos allegat ſcripſit Maſcar. de prob. lib.1. in pręfat. q.6. nu.68. & 69. & lib.2. cõcluſ. 855. n.10. & lib.3. concl.1360. nu.6. & ſequitur Farinac. de teſt. q.55. nu. 57. Quæ

V macu-

macula, & exceptio ſuffi-cit ad expellendum etiam eũ, qui notoriè videtur bonus; namq; multi in dies notoriè videntur optimi, & tractu temporis peſſimi cognoſcuntur, & cùm talis occulta malitia poſſit eſſe reo nota, meritò nomina teſtiũ ad ſui defẽſionem deneganda nõ ſunt, niſi fauore fidei in ſancto Inquiſitionis officio, maximè quia teſtis nõ eſt præſumẽdus omni exceptione maior, ſed talis qualitas eſt probanda, vt per Bart. in l. 1. §. ſi quis neget in fin. ff. quemadmod. teſtam. aper. quem citat, & ſequitur dicens, eſſe dictũ ſingulare Royas in ſingular. fauore fidei ſing. 116. idemq. poſt alios, quos allegat, tenet Farinac. de teſtib. q. 62. num. 6.

17 Quintò, omittenda non eſt tanquam pertinens ad eſſentiam iudicij citatio ad ſententiam, licèt non peremptoriè, ſcilicet vna pro tribus, ſed vna ſufficit, vt determinatum eſt in d. Clem. ſepè §. ſententiam, & ibi gloſ. de verborum ſignific. vt tetegi ſupra in num. 14.

18 Sextò, omittenda non eſt ſententia neceſſariò in ſcriptis ferenda, etſi poſſit Iudex illam proferre ſtans, aut ſedens, prout magis ſibi placuerit, etiam non facta concluſione in cauſa: ſed ferre illam debet, prout ex petitione, & probationibus, & ex alijs actitatis in cauſa de iure eſt facienda, vt in d. Clem. ſepè §. ſententiam.

De

# De accuſatione, ſeù accuſatore, & de modo procedendi per accuſationem. Cap. X.

## *SVMMARIVM*

1 *Accuſationis deſcriptio.*

2 *Accuſatio quarè eſt dicenda delatio.*

3 *Accuſatio in quo à denunciatione differt.*

*Accuſans ardore vindictæ mortaliter peccat, ac etiam Iudex accuſationem talem recipiens.*

*Iudex ex quibus cognoſcere poteſt aliquem accuſare ardore vindictæ.*

*Iudex ex officio repellere poteſt non legitimè accuſantem.*

4 *Inſcriptio in accuſatione nō ſolùm de iure canonico, ſed et ex natura rei eſt neceſſaria, & quarè.*

5 *Libellus accuſatoris in ſcriptis eſt porrigendus, vel ab Actuario in ſcriptis eſt redigendus; fieriq; poteſt tàm in prima, quàm in tertia perſona*

6 *Libellus accuſationis q̄ continere debeat, vt accuſatio valida ſit. & num. 7.*

8 *Dies commiſſi criminis an, & quando in libello accuſationis ſit apponendus, & in n. 9.*

10 *Accuſator nō tenetur reum præmonere, & quarè.*

11 *Accuſator præmonitionem ex charitate in foro conſcientiæ facere debet quando accuſatio eſt permiſſa, non autem præcepta, ſi ſatisfactionem ſperare poteſt.*

12 *Accuſatio vt legitimè fiat neceſſaria non eſt ſubſcriptio ad pœnam talionis.*

*Subſcriptio ad pœnam talionis etſi expreſsè non fiat, ſubintelligitur ex iuris diſpoſitione.*

13 *Inſcriptio ad pœnam talionis, nec iure canonico eſt neceſſaria ſecundùm aliquos, ſed pœna eſt arbitraria vbi non eſt determinata.*

14 *Pœna clericorū calumnioſè accuſātium eſt arbitraria: ſed in noſtra Religione innouata eſt pœna talionis; ſed ad illam vitandam ſufficit crimen probare per aliqua euidentia indicia.*

15 *Accuſator deficiens in probationibus nō excuſatur ab expenſis: & Regulares, qui non habēt in ære luant in corpore.*

16 *Ad accuſandum legitimè in*

*ſoro conſcientia tria requirũtur, & quæ.*
*Calumniam committit qui in iudicio accuſationẽ proponit, & non probat.*

17 *Accuſare etſi quis teneatur crimina vergẽtia in perniciem publicam, illa tamen accuſare non obligatur, quando delictũ per duos teſtes probare non poteſt: alioquin calumniator dicendus erit, & contra charitatem, & cõtra iuſtitiam peccat mortaliter.*

18 *Accuſare publica crimina etſi omnes poſſint, & omnibus conceſſum ſit accuſare de quolibet crimine propriam proſequendo iniuriam, mortemuẽ propinquorũ defendendo, Clerici tamen facere hoc non valent coram Iudice laico niſi cũ expreſſa proteſtatione, quòd non intendunt agere ad pœnã ſanguinis, quando crimen tali eſſet pœna puniendus.*
*Limita vt num. 19. & 20.*

21 *Accuſare clericus ob publicã vindictam non valet, etiamſi non ſit imponenda pœna ſanguinis, & quarè.*

22 *Accuſare Clericus Clericum valet, & Regularis Regularẽ etiam Abbatem. Dummodò accuſare volẽs ſit bonæ famæ. Accuſare Clericus infamatus nõ põt Clericos niſi infamatos. Accuſatio quòad crimina excepta admittitur etiam contra non infamatum, & ab infamato.*

23 *Crimina excepta q̃ dicuntur.*

24 *Accuſare ſimplex laicus Clericum an poſſit; & an laicus laicum in nu. 25.*

25 *Accuſare in crimine publico omnes admittuntur, qui ſpecialiter nõ prohibẽtur. Et qui prohibẽtur, vel nõ, explicatur.*

26 *Accuſare prohibiti in crimine publico, in cauſa annonæ nonnulli ex illis accuſare valent, & omnes accuſare poſſunt, & debent de crimine hæreſis; ac de illis omnibus, quæ vergunt in publicũ detrimentum, quando delicta ſunt in fieri.*

27 *Accuſare omnes poſſunt, quibus intereſt in crimine priuato, propriam, vel ſuorum iniuriam proſequendo: exceptis pupillis, furioſis, & mente captis. Suorum appellatione quòad iniuriam proſequendam qui veniunt, remiſſiuè.*

28 *Accuſatio eorũ, qui accuſare non poſſunt etſi ſit à Iudice repellenda, tamen ipſe Iudex inquirere obligatur, ſi ea concurrãt, quæ ſunt neceſſaria ad procedendum per modum inquiſitionis.*
*Iudex procedere omittens cõ-*

tra

*tra deli̅nque̅tes mortaliter peccat, niſi delinquens talis ſit, vt puniri non poſſit ſine magna perturbatione Reipubl.*

*Accuſationem etiam inchoatã abolere põt ſupremus Iudex, quando delinquens puniri nõ poteſt ſine magna perturbatione Reipubl. & Iudex inferior ob eandem cauſam poteſt accuſationem non admittere*

29 *Forma libelli accuſationis quando ab accuſatore in ſcriptis traditur.*

30 *Accuſans pro publico bono, & de publico crimine deſiſtere ab accuſatione nõ valet: & deſiſtens abſque abolitione petita, & obtenta incidit in Turpillianum.*

*Abolitionem accuſationis Iudex concedere non debet, niſi Partibus præſentibus, & cauſa cognita. & quibus eſt concedenda, vel non.*

*Pro abolendo crimine ſi Partes colludant Iudex ſupplere debet procedendo per inquiſitionem, concurrentibus neceſſarijs ad hoc faciendum.*

31 *Accuſatione iam facta ad vlteriora eſt procedendũ, & quomodò.*

*Ad capturam perſonæ in criminalibus deueniri non poteſt ſine cauſa cognitione.*

32 *Ad capturam Clericorum ſine grauiſſima cauſa perueniendum non eſt. & quarè.*

*Ante carcerationem Clerici nõ ſuſpecti de fuga conſtare debet de corpore delicti.*

*Epiſcopus iniuſtè carcerans Clericum eſt excõmunicatus.*

*Carceratio eſt iniuſta ratione ordinis non ſeruati, quando quis carceratur priuſquam conſtet de corpore delicti.*

33 *Informatio ſummaria quomodò ſit capienda.*

*Reus quãdo abſens eſt, vt perſonaliter citari non poſſit, citandus eſt per edictum, & poſt contumaciam examinãdi ſunt teſtes iurati, & quid faciendũ ſit, quando præſens eſt.*

34 *Iuramentum de calumnia accuſatori præſtandũ eſt priuſquam reus examinetur, vt iudiciarius ordo ſeruetur.*

*Accuſatus in carcere non eſt detrudẽdus, niſi ex ſummaria informatione ſuſpitio contra eum oriatur, etiam in crimine enormi.*

35 *Accuſatus poſitus in carcere pro cuſtodia vinculis conuincendus non eſt, niſi ſit conuictus, aut criminis, vel perſonæ qualitas aliud exigat.*

36 *Accuſatus ſi exceptiones habeat contra accuſantem, illás proponere debet, priuſquam examinetur, aut ſtatim immediatè*

Digitized by Google

*diatè, nam poſteà non auditur. Accuſati nomen poſt examinationem inter reos recipitur.*

1 ACcuſatio (quam ſupra in c.1. nu. 1. dicimus eſſe primum modum procedendi in cauſis criminalibus) eſt ius deferendi in iudicio reum alicuius criminis, & proſequendi contra illum ad vindictam publicam, legitima interueniente ſubſcriptione, vt cum Feli. in rubr. de accuſat. num. 3. ex communi mente Doctorum dixi in meo Prompt. ver. Accuſatio nu. 1. eſſeq; hunc communem Doctorum deſcriptionem teſtatur poſt Doctores, quos citat Clar. in lib. 5. ſentent. q. 12. nu. 1. à qua quidem deſcriptione cenſeo non eſſe recedendum à deſcribente illã, prout fuit à iure introducta, per ea, quæ dicit Clar. in d. q. 12. nu. 3. prout illam deſcripſi in d. ver. Accuſatio num. 1. ſed quia hic praxim trado: Et communis opinio Doctorum docet, quòd Iudex procedens per accuſationem dicitur procedere ex officio Iudicis nobili, non mercennario, vt atteſtantur Scribẽtes in l. imperiũ ff. de iuriſdict. omn. iud. & poſt illos, ac alios, quos citat Clar. in d. q. 12. nu. 4. & generalis conſuetudo recepit, vt cum accuſatione, ſeu querela alicuius ſemper ſimul concurrat officium Iudicis inquirentis, vt teſtatur idẽ Clar. in d. q. 12. n. 3. in ver. ſed hodiè cenſeo, hic accuſationem ita deſcribẽdam eſſe: *Accuſatio eſt delatio criminis cum auctore eius ob vindictam publicam, legitima interueniente inſcriptione.*

2 Ideòq; in hac deſcriptione dixi, accuſationem eſſe delationem, & nõ ius, quia etſi accuſatio, prout erat de iure introducta potiùs ad actionẽ pertineat, quã ad officium Iudicis, per dicta à Claro in d. n. 3. tamen

quia

quia ex conſuetudine factum eſt, vt Iudicis officiũ cum ipſa accuſatione cõcurrat, accuſationem dilationem eſſe dicendam cenſeo, qua facta, Iudex ſtatim ex officio ſuo nobili ad inquirendam veritatem procedit.

3 Dixi autem, ob *vindictam publicam*, vt per hãc particulã differẽtia conſtituatur inter ipſam accuſationem, & denunciationẽ; nam in accuſatione attenditur punitio criminis ob bonum Reipublicæ, cuius quies procuratur per punitionem. In denunciatione verò attẽditur emendatio perſonæ peccantis per medicinalem pęnam, Reo à Iudice dandã, iuxta doctrinam D.Thomę in 2.2.q.68.a.1.

Ex qua doctrina manifeſtè apparet veram eſſe ſententiam affirmantium, accuſantem ardore vindictæ mortaliter peccare: Soli Deo enim vindicta reſeruatur, & ob ſolam publicam vtilitatem, & quietem accuſatio pmiſſa eſt; vnde fit, vt & ipſe Iudex mortaliter peccet non repellendo accuſationem illius, quem cognoſcit, nõ zelo iuſtitiæ; ſed ardore vindictę accuſare. Et quòad accuſatorem prædictã ſentẽtiam tenet Riccard. in 4.ſent.diſt.37. q.2. a. 1. & poſt eum Feli. in c. quę in Eccleſiarum nu. 13. de conſtit. ac Menoch. de arbitrar. iud. cent. 5. caſu 482. nu. 2. quos citaui, & ſequutus ſum in d.ver. Accuſatio nu.2. Quod autem ad Iudicem tenet prædictam ſententiam Innoc. & Hoſtie. in c. dudum il 2. in ver. Electionis de elect. Archid. in c. quærendum nu. 1. 2. q. 7. & Felin. in c. quæ in Eccleſiarum n. 13. de conſtit. & Menoch. vbi ſupra in n. 1. vbi ex Innoc. Hoſti. & Archid. dicit, poſſe Iudicẽ hoc cognoſcere ex qualitate perſonarum, & ferocitate, & ſimplicitate vultus, ex modo accuſan-

accuſatoris eſſe in ſcriptis porrigẽdum. Hãcq; dicat eſſe veram, & communem opinionem Cardin. Alex.in d.c.Accuſatorum col. 6.in verſ. ponitur etiã 2.q.8.tamen Salycet. in l. in cauſis nu. 2.C.de accuſat.dicit, neceſſarium non eſſe, vt libellus accuſationis cũ inſcriptione, ideſt in ſcriptis redactus, Iudici tradatur; ſed in eius eſſe poteſtate libellum, vel cũ inſcriptione Iudici tradere, vel querelam verbalem apud Iudicis acta deponere, & Tabellio, ſiue Actuarius apud acta iudiciaria in ſcriptis redigat, iuxta formam l.libellorum ff.de accuſat. & l.in cauſis iuncta gloſ.in verſ.tẽpuſq; C.eod. Quam Salyc.doctrinam praxim ſeruare teſtatur Clarus in d. §. fi. q.12.nu.7.in fi. fuitq;ſententia gloſ. fi. per illũ tex. in l.ſi quis C.eod.& vt aduertit Salycet. in d. l.in cauſis nu. 19. C.de accuſat.nõ refert,an accuſator concipiat libellum in perſona prima, vel tertia, dũmodò de ſeipſo loquatur, vt notat gloſ.in d.l.libellorum in ver. Lucius ff.de accuſat.

6 Siue autem libellus ab accuſatore in ſcriptis tradatur,ſiue verbalem querelam faciat,& ab Actuario in ſcriptis apud acta Curiæ redigatur, ex proximè citatis iuribus, libellus,vel querela accuſationis debet cõtinere diem, menſem, & annum, quo porrigitur accuſatio, nomen accuſatoris, & accuſati,delictum in ſpecie,ſeu indiuiduo, de quo accuſatio fit,ac locum, & tempus, quo delictum commiſſum fuiſſe dicitur; & in percuſſionibus, ſeu vulneribus explicãda eſt pars corporis percuſſa,vel vulnerata,vt per Salycet.in d.l.in cauſis nu.20. C. de accuſat. Debetq; ipſemet accuſator libellum, quem porrigit, vel querelam in actis ſcriptã ꝓpria manu

ſubſcribere; vel alius pro eo, ſi ipſe ſcribere neſciat, vt in d. l. libellorum §. itē ſubſcribere: quando autē alius pro eo ſubſcribit, receptiſſima eſt apud omnes conſuetudo, vt ipſe literas neſciens in eadem ſubſcriptione ſignū crucis faciat propria manu. Quę omnia ſi omittantur, nullam eſſe ipſo iure accuſationis querelam, etiam ſi Pars non opponat, dicit Clar. & teſtatur de communi in d.q. 12. num. 9. & quoad locum dicit Salyc. in d.l in cauſis nu. 13. eſſe neceſſariū, per leges, quas citat, vt apponatur Diœceſis, Ciuitas, aut Villa, in qua delictum fuit commiſſum, ac locus particularis Dięceſis, Ciuitatis, vel Villæ, demonſtratus ſaltem per duos cōfines, niſi locus ſit, ita certus, vt alia demonſtratione non indigeat; & hoc maximè quando delictum in aliquo loco commiſſum eſt magis punibile.

7 Quia autem per dictam l. libellorum in prin. etiam Conſules in prædicta accuſatione ſcribendi ſunt, & quia loco Conſulum Imperator ſucceſſit, nomē Imperatoris in illa ſcribēdum eſſe, nonnulli Doctores exiſtimarūt. At Salyc. in d.l. in cauſis num. 3. in fin. hoc non eſſe in vſu affirmat, & idem multos Doctores dicere teſtatur Clar. in d.q. 12. nu. 8.

8 Dubium etiam mouet Salyc. in d.l. in cauſis n. 5. an dies commiſſi criminis in libello, ſiue in querela ſit apponendus: Et quamuis gloſ. in ver. Tempuſq; in d. l. in cauſis C. de accuſat. dicat, non eſſe apponendum diem commiſſi criminis, ſed annum, & diem dati libelli per d. l. libellorum in princ. vbi de menſe, & loco delicti eſt ſermo, non autem de die, ipſe tamen Salyc. hoc limitat ex communi Doctorum ſententia, de qua ipſe ibidem teſtatur, quando

do delictum non eſt vniformiter punibile, nempè quia delictum ratione alicuius ſtatuti magis punitur, ſi ſit commiſſum in die feſto, quàm in die non feſto. & magis ſi ſit commiſſum de nocte, quàm de die, tunc diem, & horam, ac eius qualitates apponendas eſſe dicit, vt aliàs dicitur in l. 1. §. ex incẽdio ff. de incend. ruin. & naufr.

9 Et quamuis Bart. in l. qui reus n. 10. ff. de publ. iudic. & in l. arbitraria §. ſi quis Epheſi nu. 6. ff. de eo, quod certo loco, & in d. l. libellorum in prin. nu. 13. teneat, poſſe reum petere ſe certificari de die criminis commiſſi, vt ſuas defenſiones facere poſſit, volendo fortè probare, ea die non fuiſſe in loco cõmiſſi delicti, ſed in alio loco remoto, & in tali caſu debere Iudicem actorem cogere ad exprimendum diem, & hanc eſſe communem Doctorum ſententiam teſtatur poſt Doctores, quos citat Clar. in d. q. 12. nu. 13. dicit tamen ipſe Salyc. in d. nu. 5. quòd etſi tunc teneatur accuſator certum diem delicti explicare, tamen probare non obligatur, tali die crimen commiſſum fuiſſe, cũ per d. l. libellorum ad hoc nõ teneatur; omneſq; hoc fateri dicit Clar. ſupra poſt Bertran. in conſ. 16. nu. 2. lib. 6. Nec tenetur accuſator diem exprimere, niſi tempore defenſionum dicit Clar. ſupra, & dicere poſſe affirmat ſe non recordari de die, & eſſe excuſandum, & hanc communem eſſe ſententiam dicit, dummodò, vt ipſe addit, accuſator hoc affirmaret cum iuramento.

10 Vt autem accuſatio legitimè fiat non eſt prædictis qualitatibus in exteriori foro addenda qualitas, vt teneatur accuſans reum præmonere, prout tenet Sot. de rat. tegen. & dete. ſecre. memb. 2. q. 5. concl. 4. nam cùm accuſa-

tio fiat ad vindictam publicam, finis eius non eſt rei emendatio, ob quam facienda eſt præmonitio, ſed punitio, quæ non requirit præmonitionem. Et ita probatur ex cap. qualiter, & quando il 2. de accuſat. vbi dicitur, quòd ſicut accuſationem legitima debet præcedere inſcriptio (ſcilicet iuxta ea quæ dixi ſupra in nu. 4. 5. & 6.) ſic, & denunciationem charitatiua monitio, & inquiſitionem clamoroſa inſinuatio [1]. Tenetq; hanc ſententiam Paludan. in 4. diſt. 19. q. 4. Angel. ver. Accuſatio n. 1. Tabie. eod. ver. nu. 2. Nauar. in c. inter verba 11. q. 3. concl. 6. coroll. 61. nu. 642. & alij communiter, vt dixi in meo Prompt. ver. Accuſatio num. 4. & eſt de mente Diui Thomæ in 2. 2. q. 33. ar. 7. ad 3.

11 Eſt tamen ſententia hæc limitanda, vt non procedat in foro conſcientiæ, in caſu, quo accuſatio tãtùm eſt licita, & permiſſa ob priuatum commodum, ſed tãtumodò, quando eſt præcepta, hoc eſt tunc tantùm, quãdo quis de delicto aliquo accuſare obligatur ob publicum bonum, nam quando accuſatio eſt tantùm licita, & permiſſa, non autem præcepta, ſi per ſecretã admonitionem poteſt quis ſatisfactionem ſibi debitam ſperare, nec imminet ex dilatione punitionis illius delicti damnũ communitatis, ex charitate quis tenetur monitionem præmittere. Nam cùm tunc proprio damno obuiari, & fama proximi per hanc præmonitionem ſaluari poſſit; erit hæc monitio omninò præmittenda; cùm tunc ceſſet finis accuſationis, qui eſt propriæ iniuriæ, & honoris ſatisfactio. At quando accuſatio eſt præcepta, & debita; quòd tunc ſolùm eſt quando bonum commune hoc exigit; tunc non

habet

habet locum ſecretæ admonitionis pręmiſſio; quia tunc frater non peccat in te tantùm, & finis accuſationis eſt punitio talis delicti ob bonum publicum; vt poſt Caiet. in 2.2.q.33. art.7. dixi in meo Prompt. ver. admonitio num.5. & eſt de mente D. Thom. in d.ar.7. ad 3.

12 Nec vt accuſatio legitimè fiat, neceſſarium eſt, vt accuſator expreſsè ſe obliget ad pœnam talionis, ſe ad illam ſubſcribendo, non ſolùm quia de iure ciuili in deſuetudinem abijt pœna talionis, & ſublata per conſuetudinem ſit, vt dicit Clar. in d.q.12. nu.17. in fi. & penitùs ab aula illam receſſiſſe dicit in q.81. num.3. ſed etiam, quia ipſa etiam ſolemnitas ſubſcriptionis per cõſuetudinem ſublata eſt, vt teſtatur ipſe Clar. poſt Ioa. Andream, Barr. Felin. Salycet. Aretin. & alios, quos citat in d.q.12.n.17. & poſt Afflit. & alios, quos citat in d.q.81.nu.3. Tùm etiam quia, vt dicit ipſe Clarus in d.q.12.num.18. in verſ. de iure autem, talis ſolemnitas ſubſcriptionis numquàm fuit neceſſaria; nam etſi expreſsè nõ fiat, ſubintelligitur ex iuris diſpoſitione, iuxta gloſ. fin. in fi. d.l. in cauſis C. de accuſ. Ideòq. etiam ceſſante prædicta conſuetudine, ſi omiſſa eſſet, nõ vitiaretur accuſatio, ſecundùm communem DD. ſententiam, de qua teſtatur Card. Alexandr. in d.c. accuſatorum 2.q.8.col.3. in fi. ac Folle. in pract. crim. canon. fol. 50.num.50. relato à Clar. in d.num.18.

13 Et quamuis Clar. in d. q.12. nu.18. dicat, quòd de iure Canonico adhùc neceſſaria eſt talis inſcriptio, & referat Cardin. Alexand. dicentem, quòd ita quotidiè ſeruatur, & illam eſſe in vſu de iure Canonico dicat Gigas in tract. de crim. lęſę Maieſt. q.1. in fine in nu.7. tamen

Fol-

Foller. in ſua prax. crim. Canon. in ver. Accuſatione porrecta num. 50. relatus à Baiardo ad Clar. in d. q. 81. nu. 4. dicit, quòd nunquam vidit facere dictam ſubſcriptionem, & quòd in pleriſque Curijs Epiſcopalibus ſunt Synodales Cōſtitutiones ſuper hoc prouidentes, & Curiam Archiepiſcopalem Neapolitanam habere ſextum Ritum in ordine, quo cauetur, vt nemo ad accuſandum admittatur, niſi ſe obliget ad certam pœnam de probando; & Couar. qui fuit inſignis Canoniſta, & Epiſcopus lib. 2. var. reſol. c. 9. n. 1. indiſtinctè dicit, hodiè moribus receptum eſſe, eam inſcriptionem non eſſe neceſſariam, nec ſimile ſupplicium inferēdum fore; Sed arbitrio Iudicis puniendum eſſe, dicit, Accuſatorem, qui in probatione criminis defecerit, per optimum tex. in c. ſuper his de accuſat. & in l. in priuatis ff. ad Turpilian. & per gloſ. in cap. tuæ in ver. effectum de procurator. & placet mihi hęc sētentia, nè prætextu dictæ cōſuetudinis Iudices hoc delictum impunitum relinquant, non ſolùm per dicta ſupra in Procœmio huius Opuſculi, ſed etiam quia ille, qui malè accuſat peccat contra perſonam accuſati, & contra Rempublicam, vt dicit D. Tho. in 2. 2. q. 68. a. 4. ad 2. & per quam pœnam arbitrariā moderatur conſuetudo, & id, quod dicitur in cap. qui nō probauerit 2. q. 3. ac alia cōſimilia iura, quæ de pœna talionis verba faciunt.

14 Arbitrariamque eſſe pœnam Clericorum calūniosè accuſantiū oſtendi in meo Prompt. in ver. calumniatorum pœnæ n. 2. ſed in noſtra Religione calumniatores pœna talionis omninò ſunt puniēdi, cū in Cap. Gener. anni 1584. ita determinatum ſit,

ſit, *teſtatum ſit accuſatoribus omnibus ſe talionis pœnam daturos, ſi quid falsò alicui obieciſſe fuerit deprehenſum.* Et falſum obieciſſe preſumendus eſt etiam ille, qui accuſatum crimē non probat, iuxta dicenda infra in nu. 15. & 17. Prædictum autem noſtrum decretum eſt regiſtratum in 3. par. noſtr. decretor. c. 6. num. 3. Ad cuius tamen pœnam euadendam ſcias, non eſſe neceſſariū vt accuſator crimen probet per duos teſtes omni exceptione maiores, ſed ſufficere, ſi illud probet per aliqua euidentia indicia, vt putà per famam, vel auditum à fide dignis, vel quid ſimile: & hāc cōmunem eſſe ſententiam dicit Abbas, qui illam ſequitur in conſil. 78. nu. 1. lib. 1. de quæ etiam poſt Corradum, quem citat teſtatur Clar. in §. fi. quæſt. 62. num. 8. ver. ſed pone, & poſt Guid. Papæ in deciſion. 446. Afflict. in 1. par. Conſtut. rubr. 23. num. 11. & Diaz in Pract. crim. Can. c. 59. poſt med. in ver. quæ ſint, refert Bart. in l. cùm quidem §. quod dicitur num. 3. ff. de acquir. hered. dicentem, millies obtentum fuiſſe, quòd accuſans aliquem de maleficio, de quo contra eum erat fama, non ſit puniendus tāquam falſus accuſator. Et vide Menoch. de arbitr. iud. caſu 321. vbi ponit decem cauſas iuſtas, quibus præſumpta calumnia excuſari poteſt.

15 Verum quia, etſi aliqua ex dictis excuſationibus ſufficiat ad excuſandum reum à pęna calumniæ, tamen non ſufficit ad excuſandum ab expenſis, in omni foro per accuſatorē debitis, ſecundùm Abb. in d. conſ. 78. num. 2. Boſſ. in titul. de Accuſat. num. 28. Menoch. in d. caſu 321. num. 34. & ſequitur Baiar. ad Clar. in d. q. 62. nu. 36. Sed inter Regulares, etſi con-

condemnatio hęc locum habere nõ poſſit, cùm ob votum Paupertatis æs habere non debeant, tamen non ideò ipſi debent omnem cõdemnationem euadere, ſed iuxta vulgatã regulam, *cùm non habeãt in ære, luant in corpore*, in aliquam competentem pęnam corporalem de iuſtitia ſunt à Iudice etiã ex officio condemnandi, nè delictum eorum temeritatis, impunitum omninò remaneat. Ob temeritatem enim ad expenſas cõdemnatur (vt dicit Abb. in d. conſ. 78. num. 1. in fi.) ille, qui delictum non probauit, & ob aliquam excuſationem ex prædictis tãquam calumniator ad pœnam talionis non damnatur, nempè quia, vt idem Abbas dicit ibidẽ, debuit priꝰ diſcurrere, & peritiores conſulere, an haberet probationes ſufficientes ad probandum delictum, de quo volebat accuſare, & cùm hoc nõ fecerit, temerariè accuſauit; id. n. temerè fit, ꝙ fit per dolũ, aut negligentiam, aut fatuè, vt poſt glo. in c. 1. §. ſi quis autem verſ. temerar. de ſentent. excommun. in 6. dixi in mea 3. par. lib. 4. c. 6. nu. 51. & notat Frar c. n d. §. ſi quis autem n. 10.

16 Vt autem accuſatio legitimè, & ſine peccato fiat in foro conſcientiæ tria eſſe neceſſaria dixi in meo Prompt. ver. accuſatio nu. 7. Primum, vt delictum, de quo aliquem accuſat, probari poſſit per duos teſtes; nam cùm per accuſationem attendatur punitio criminis, & illud puniri non poſſit, niſi per duos, vel tres teſtes probatum fuerit, vt docet D. Thom. in 2. 2. q. 70. art. 2. qui de illo crimine accuſat, quod per duos, vel tres teſtes probare non poteſt, iniuſtitiam committit, veluti dixi in mea 2. 2. lib. 3. c. 1. num. 21. verſ. tũc autem. Peccatum autem iniuſtitię ex genere ſuo eſt mor-

mor-

Digitized by Google

mortale.Secũdum,neceſſarium eſt, vt faciat hoc ſine ardore vindictæ, ſed zelo iuſtitiæ, vt patet ex dictis ſupra in num.3.Tertium, vt delictum,de quo accuſat, ſit ab accuſato verè commiſſum,alioquin accuſans, non accuſator, ſed calumniator erit,ac iuſtitię violator, veluti probatur ex cap.ſi quem,in init.2.q. 3. & l.1. ff.ad Senatuſconſul.Turpil. etiam ſi quis accuſet ob ſolum bonum commune, nam nullus debet alicui iniuſtè nocere, vt commune bonum promoueat,vt dicit D.Thom. in 2.2.q.68. ar.3.alioquin iniuſtè agit accuſator contra eum qui accuſatur,crimina falſa ei imponendo, quod eſt calumniari,vt D.Thom. ibidem addit;calumniari autem,ſiue in cauſa ciuili,ſiue in criminali ex natura ſua eſſe peccatum mortale contra charitatẽ, & cõtra iuſtitiam proximi, dixi in d. meo Prompt.in ver. calumnia num. 11. Intellige tamen, dummodò quis non iuſto errore ductus aliquem falsè accuſauit; nam ſi hoc fecit, iuſto aliquo errore ductus, calumniam nõ commiſit, vt probaui in d. ver. calũnia num. 2. illamq; commiſiſſe pſumitur, quoties quis accuſationem in iudicio propoſuit, & non probauit,etiam ſi iuramẽtum calumniæ præſtiterit tempore propoſitæ accuſationis, vt probaui in d. ver. calumnia num.3. ſed illam commiſiſſe non pręſumitur,qui per vnum teſtem omni exceptione maiorem querelam in iudicio probauit,vt dixi in d. ver.calumnia nu.4. vbi ad hoc duas limitationes addidi, & ibidem à nu.5. vſq.ad 10.alios caſus inuenies, in quibus quis à calumnię pręſumptione excuſatur.

17 Et aduerte, quòd etſi quis teneatur ea crimina accuſare, quæ vergent in



Digitized by Google

perniciem publicã, vtputà cùm peccatum alicuius vergit in multitudinis corruptelam corporalem, vel ſpiritualem, facere tamen hoc non obligatur, quando delictum ſufficienter, hoc eſt, per duos teſtes probare non poteſt, quia nullus tenetur ad intentãdam accuſationem, quam nõ poſt debito modo perficere, vt docet D. Thom. in 2.2.q.68.a.1.ac Sot.de rat.teg. ſecret. membr.2. q.5. verſ. his prĕmiſſis; & alioquin calumniator erit dicendus; quia non ſolùm dicitur calumniator ille, qui accuſat de falſo crimine; ſed etiam ille, qui accuſat de occulto crimine, quod probare nõ poteſt; quia crimen, quod probari non poteſt, pro falſo reputatur in iure, vt per Sot. vbi ſupra. Et vterq. peccat mortaliter. Et quòad accuſantem de falſo crimine patet ex dictis, & tradit Nauar. in man.c.25.n.31. Et quòad accuſantem de crimine occulto, quod legitimè probare nõ poteſt, ex eo probatur, quòd ſic accuſans contra charitatem, & contra iuſtitiam peccat. Cõtra charitatem quidem, quia nocet fratri illum infamãdo in iudicio ſine neceſſitate, cùm per talem accuſationem, quæ fit ob bonum publicum, tali publico bono nullum remedium adhiberi poteſt. Contra iuſtitiam verò ideò peccat, quia occultus peccator adhùc habet ius ad ſuũ honorem, & famam, cùm res ſit ſecreta, nec pro publico bono accuſatio prodeſt, cùm legitimè probari non poſſit, & ita tenet Nau. in man.c.18.nu.54.

18 Accuſare, etſi omnibus conceſſum ſit crimina publica; vt dixi in d. meo Prompt.ver.accuſatio nu. 10. & quæ crimina dicantur publica, dixi in mea 3. par.lib.7.c.1. nu.112. & in dicto Prompt. ver. Crimẽ num. 4. & quæ de iure

Canon.

Canon.in n.6. & quamuis omnibus etiam cōceſſum ſit accuſare de quolibet crimine, ſi ſuam iniuriam proſequantur, mortemvè propinquorum defendāt, vt in l.1.& 2.& in l.hi tamē ff. de accuſat. eſt tamen hoc limitandum quòad Clericos, qui malefactores ſuos accuſare coràm Iudice laico nō valent, ſed tantùm contra illos ſuam querelam deferre poſsūt, cum expreſſa proteſtatione, quòd ad vindictam, ſeu pœnam ſanguinis agere non intendunt, quādo tale eſt delictum, vt debeat tali pęna puniri, vt eſt tex. in c. 2. de homicid. in 6. vbi Anchar.hoc notat in nu.1.dicens, hanc proteſtationem tunc eſſe neceſſariam, quando ex narratione facti pręgnantis cōprehendi poteſt ciuiliter, & criminaliter agere, & cū Ioa.And.ibid. dicit, bonū eſſe conſilium, ſi Clerici, prout ſupra querelantes, dicant conqueror, potius quàm accuſo, vt ſic ſe teneant cum verbis, quibus vtitur ille tex. Addunt tamen cit. Doctores, quòd etiam ſi dicant, accuſo, & proteſtationem prædictā addant, quòd lictè hoc faciunt, nam & querela, per quam quis tantùm proſequitur rem familiarem dicitur accuſatio, vt in l. in arena, & in l. in parentibus C. de inoffic. teſtam.

19 At ſi delictum pœna ſanguinis puniendum nō eſt, Clericus ad accuſandum laicum admittitur coràm laico Iudice proſequendo propriam, vel Eccleſię ſuę iniuriam, cap.cū ſit generale de for. cōpet. cap.olim de iniur.c.grauis de reſtit. ſpoliat. Turrecr. in c.ſicut Sacerdos nu.4. 2.q.7.Foller.in Conſt.Regni tit.de Epiſcop.&Cler. c.item quòd nullus nu. 2. Decian.in trac. crim. par. 2.lib.6.c.12. nu.3. & alij, quos citat, & ſequitur Carol.de Graſſ.in tract.de effect.clericat.effec.12.n.3.

& in num. 5. aſſerit, quòd Clericus propriã, vel Eccleſiæ ſuæ iniuriam proſequendo laicum accuſare liberè poteſt, quando pro crimine imponenda eſt pęna carceris, vel fuſtigationis, vel remigãdi ſuper triremibus, per tex. in c. ſi res 14. q. 6. & in c. j. de depoſito, vbi ad hoc eſt bona gloſ. in verſ. quæſtionibus, & vide tex. in c. fraternitas 12. q. 2. & in c. 1. 23. q. 5. citatq. multos Doctores, hanc ſententiam tenentes, & nõ eſt de hoc dubitandum, cùm ceſſet tunc ratio pęnę sãguinis, ob quam ſolam vitandam Clericus laicum accuſare nõ valet, propriam, vel Eccleſię ſuæ iniuriam proſequẽdo, vt patet ex iuribus ſupra citatis.

20 Poteſt tamen Clericus per viam exceptionis, nimirùm, vt accuſationem, vel, vt teſtimonium alicuius cõtra ſe examinati repellat, crimen opponere, etiam ſi pro tali crimine pœna ſanguinis eſſet imponenda; nam licèt tunc agatur de crimine, non eſt tamen huiuſmodi quęſtio criminalis, vt dicit tex. in c. ſuper his in fin. de accuſat. Et ita expreſsè tenet Baiar. ad Clar. in §. fi. q. 14. num. 17. teſtaturq; ita tenere omnes in d. c. ſuper his de accuſat.

21 Sed quamuis imponẽda non eſſet pœna mortis, aut mutilationis, ſed alia, Clericus ob publicam vindictam accuſare non valet, ſecundùm Panor. in cap. cùm P. Manconella nu. 8. in verſ. ego latius de accuſation. Namq; ſuam ſententiam probat text. & rationibus: textus eſt c. ſicut Sacerdos 2. q. 7. vbi Fabianus Papa per generalia verba determinat, vt Sacerdotes, & reliqui Clerici à ſecularium laicorum accuſatione excludantur, & è contra. Et hoc ideò determinare affirmat, quia ſicut Sacerdotum ſegregata debet eſſe conuerſatio

tio ab eorum cōuerſatione, ita & litigio; *Quia ſeruum Domini nō oportet litigare*, vt ibidem ſubiungitur. Ratio verò eſt, quia accuſatio dicitur genus illaudabilis intētionis, cap. ſi quis Epiſcopus 2.q.7. quia vix ſine culpa experiri poteſt, & pręſumitur ſēper, quòd inuidiæ cauſa fiat accuſatio, vt dicit ibidem gloſ. in verſ. illaudabilis intentionis; ideòq; debent Clerici ab illa abſtinere, nè huiuſmodi odioſis litigijs cum laicis ſe immiſceant, *cùm ab omni ſpecie mali præcipiat Apoſtolus abſtinere*, vt habetur in cap. cùm ab omni, de vita, & honeſtate Cler. Item quia ſicut Clericus aduocare non poteſt, nè videatur alteri nocere, cū ipſe debeat omnibus prodeſſe, vt in cap. fi. de poſtulat. ita dicit, quòd à fortiori remoueri debet ab accuſatione, quæ eſt magis odioſa. Tenet eandem ſententiam in d. c. cùm P. Manconella Felin. in nu. 2. ver. quartus caſus, Turrecr. poſt Abb. vbi ſupra in c. ſicut Sacerdotes 2.q.7.n. 3. refert, & ſequitur prędictam Abbat. ſententiam, Marian. Soc. in d. c. cū P. Manconella num. 18. ac illam tenent alij, quos citat, & ſequitur Carol. de Graſſ. de effectib. Cleric. effect. 12. num. 6.

22 Ex quibus inferendum videtur ob prędictas rationes, nec debere Clericum ob publicam vindictam Clericum accuſare, & maximè ſi Clericus, qui vult accuſare, ſit Regularis, etiam ſi alium Regularem vellet accuſare; *quia ſeruum Domini nō oportet litigare*, vt habetur in d. c. ſicut Sacerdos 2. q. 7. & ob vitāda alia indecentia, quæ proximè in ſuperiori num. dicta ſunt. Quibus tamen non obſtantibus praxis contrarium docet, & iura concedunt, vt Clericus alium Clericum, & Monachus Monachum

etiam

Digitized by Google

etiam ſibi ſuperiorẽ valeat accuſare, vt in c.ex parte, cap.licèt, & cap.veniens; ac in alijs de accuſat. & in citatis iuribus Abbas, & Canoniſtæ communiter. Dũmodò accuſare volentes ſint bonæ famæ, vt in citatis iuribus; ſi verò ſint malę famę, nõ admittuntur, vt in cap. cùm dilectus eod. tit. niſi in exceptis criminibus, quia in illis admittuntur etiam cõtra non infamatos, vt dicit Abb. in d.cap. cùm P. Mãconella num. 11. de accuſat. & ſequitur Decian. in tract.crim. par. 1. lib. 3. c. 10.nu.18. ſi verò Clericus accuſare volens, ſit malæ famæ, admittitur ſolùm ad accuſandum Clericos infamatos, vt dicit Feli. in d. c.cum P. Manconella nu. 2.par. c.vlt. 15.q.3. Et intellige, vt infamatus admittatur ad accuſandum infamatos etiam in criminibus non exceptis, quia in exceptis admittitur etiam contra Clericum non infamatum, vt dicit Socin. in d.c.cùm P. Manconella nu. 17.per c. cũm ſuper de confeſſ. & per d. c. ſi. 15. q. 3. Et quæ dicuntur de Clericis volẽtibus accuſare Clericos ob identitatem rationis, debent habere locum quòad Regulares volentes accuſare alios Regulares.

23 Crimina autem excepta, ad quæ accuſanda cõtra Clericos, vel Regulares admittuntur etiam Clerici, vel Regulares male famæ, enumerat poſt gloſ. Socin. in d.c. cùm P. Manconella nu. 8. in ver. ſecundò fallit, de accuſat. & illa eſſe dicit tria, ſcilicet crimen ſimoniæ, hæreſis, & læſæ Maieſt. vt in c. tanta de ſimon. c. Sacerdos, & c. omnes 2. q.7. c. ſanè 15.q.3 l. ſi quenquam C. de Epiſcop. & Cler. Quartum, etiam exceptuatum crimẽ addit poſt alios Socin. in d.n.8. ver. ſecundò fallit, eſſeq; dicit crimen ſacrilegij per §. qui autem

17.

17. q. 4. quod inuenies poſt c. ſi quis ſuadente Diabolo, vbi ita dicitur: *Quia autem de Eccleſia vi aliquem exemerit, vel in ipſa Eccleſia, vel loco, vel cultui, Sacerdotibus, & Miniſtris aliquid iniuria importauerit, ad inſtar publici criminis, & laſæ Maieſtatis accuſabitur; & conuictus, ſiue confeſſus capitali ſententia à Rectoribus Prouinciæ feriatur.* vt in l. ſi quis in hoc genere C. de Epiſcop. & Cler. & in l. ſacrilegij ff. ad leg. Iul. peculat. Ex quo textu apparet, Socini ſentẽtiam non eſſe intelligendam de quolibet ſacrilegio, ſed de ſacrilegio commiſſo, prout tex. explicat in d. §. qui autẽ; tùm quia ſumus in pœnalibus, quę ſunt reſtringẽda: tùm quia Doctores ſemper intelligẽdi ſunt loqui, prout loquuntur iura, quæ allegant, vt dicit Bart. in l. non ſolùm la 2. §. ſi liberationis nu. 7. ff. de liber. leg. & in l. 1. C. de infant. expoſit. & probatur arg. tex. d. §. ſi liberationis.

24 Supereſt videre, an poſſit laicus accuſare Clericum? & an ſimpliciter laicus laicum accuſare valeat? Et quòad primum, Socin. in d. c. cũ P. Manconella nu. 8. poſt gloſ. 1. ibidem in prin. de accuſat. regulam tradit, quòd laicus non admittitur ad accuſandum Clericum, vt ex d. c. Cùm P. habetur, niſi ſuam, vel ſuorum iniuriam proſequatur, vt in c. omnibus 4. q. 6. vel niſi in criminibus exceptis in num. præcedenti enumeratis; in quibus tamen accuſandis non admittũtur inimici, vt patet ex d. c. cũ P. vbi ille P. Manconella fuit à B. accuſatus de ſimonia, & fuit repulſus, quia inimicus erat; nam inimici nũquam admittuntur, etiã ſi ſint Presbyteri, prout erat dict. B. vt in d. c. cùm P. §. cùmq; præfatus. Imò nec in dictis exceptis criminibus laici admittuntur ad accuſandũ, ſi accuſant Clericum malo zelo, vel ſunt

ſunt

ſunt malę famę, aut perſonæ viles, niſi Clericus, qui accuſatur infamatus ſit ſuper illo crimine, de quo à laicis accuſatur, ſi verò Clericus bonæ famæ ſit, & opinionis, non admittũtur, vt gloſa, & Soc. vbi ſupra docent; & colligi hoc dicũt ex c. in primis 1. q. 2. in fi. & ex c. tanta, & c. per tuas de ſimon.

25 Quòad ſecundum, poſitum in num. præcedenti, ſcilicet, an laicus laicum accuſare valeat? & in hoc diſtinguit Soci. vbi ſup. in n. 19. dicens, quòd quando crimen eſt publicum quilibet admittitur, qui ſpecialiter non prohibetur, vt in l. 1. ff. de public. iudic. & ibi Bart. & Doctor. tractant, quæ ſint crimina publica, & ego dixi in meo Prompt. ver. Crimen nu. 4. vbi etiam addidi, quòd in noſtro Regno nõ habemus crimina publica; Ideòq; in illo nullus admittitur ad accuſandũ, niſi ſuam, vel ſuorum iniuriam proſequatur, vt dicit Clar. in §. fi. q. 3. num. 6. & in q. 14. num. 12. in fi. Et quid de iure Canonico, dixi ibidem in n. 6. ſpecialiter autem prohibẽtur illi omnes, qui enumerantur in l. qui iudicio, in l. ſi cui crimen, l. ſeruos quoq; in l. qui accuſare, & duabus ll. ſeqq. in quibus tribus legibus ita habetur; *prohibentur accuſare alij propter ſexum, vel ętatem, vt mulier, vel pupillus: alij propter Sacramentum, vt qui ſtipendia merentur* (hi autem sũt milites) *alij propter magiſtratum, poteſtatemvè* (id eſt illi, qui habẽt merum imperium, quod dicitur poteſtas, vt dicit glo. ibid. (durante, ſcilicet, eorum officio) *Alij propter delictum proprium, vt infames. alij propter turpem quæſtum: vt qui duo iudicia aduerſus duos reos ſubſcripta habent, nummoſuè ob accuſandum, vel non accuſandum acceperunt: alij propter conditionem ſuam, vt*

*vt filius contra parentes, liberti contra patronos. Alij propter ſuſpitionem calumniæ, vt illi, qui falſum teſtimonium ſubornati dixerunt: Nonnulli propter paupertatẽ, vt ſunt qui minus quã quinquaginta aureos habẽt.* Socius quoq; criminis ab accuſatione repellitur, c. veniens il 1. de teſtibus, l. quoniam C. eod. l. fi. ff. de quęſtionib. & l. repeti §. 1. ff. eod. c. 1. de confeſſ. per quæ iura, & alia, quæ citat, ita tenet Speculat. in lib. 1. par. 2. tit. de accuſatore nu. 10. vbi etiam excipit. Primò, in ſimonia pro Papatu commiſſa, cap. ſi quis Papa 79. diſt. Secundò, in crimine læſę Maieſt. c. nemini 15. q. 3. c. 1. de probat. Tertiò, in qualibet ſimonia, c 3. & c. veniens de ſimon. c. ſanè 25. q. 3. Quartò, in crimine falſæ monetæ, l. 1. C. de falſ. monet. Quintò, in maleficos, & mathemat. l. fi. C. de maleſ. & mathe. Sextò, in latronibus. Et idem dicit in omnibus alijs criminibus exceptis, de quibus ſupra in num. 23.

26 Sed in cauſa annonæ nonnulli ex prædictis, qui iudicio publico accuſare prohibentur, accuſare poſſunt, qui enumerantur in l. mulierem ff. eod. per hæc verba: *Mulierem propter publicam vtilitatem, ad annonam pertinentem, audiri à Præfecto annonæ deferẽtem Diui Seuerus, & Ant. reſcripſerunt: Famoſi quoq; accuſantes ſine vlla dubitatione admittuntur. Milites quoq; qui cauſas alienas deferre nõ poſſunt, quia pro pace excubant, vel magis ad hanc accuſationẽ admittuntur. Serui quoq; deferentes audiuntur.* Et aduerte inſuper, quòd, quidquid in citatis legibus habetur, omnes accuſare poſſunt de crimine hęreſis, ob perniciem illius, & fauore fidei, vt in cap. præſumuntur 2. q. 7. & probatur ex cap. in fa-

uorem de hæret.& dixi in meo Prompt. ver. accuſatio num. 9.& in nu.10. addidi,quòd accuſare tenētur omnes ea crimina, quæ directè,immediatèq; vergunt in publicum detrimentum, quando delicta ſunt in fieri, & alia via impediri non poſſunt.

27 Quādo autem crimen eſt priuatū, nēpè quia qs propriam, vel ſuorū iniuriam proſequitur, accuſare omnes illi poſſunt,quibus intereſt, & non alij, quando ad pœnam corporalem accuſant; ſi verò ad pecuniariam accuſare omnes poſſe de populo: ni dicit Socin.vbi ſupra poſt Doctores, quos citat. Et accuſare etiā poſſe illos, quos ſupra enumerauimus accuſare non poſſe, patet ex l.hi tamen ff.eod. vbi ita determinatum eſt. *Hi tamen omnes* (ſcilicet qui accuſare publica crimina prohibentur) *ſi ſuā iniuriam proſequātur,mortemvè propinquorum defendere,ab accuſatione non excluduntur.* Intellige autem, vt omnes prohibiti admittātur,illis exceptis, qui accuſare prohibentur ob defectum mentis, cuiuſmodi ſunt pupilli,& furioſi, ſeu mente capti, vt aduertit Soci.in d.c.cùm P. Manconella num. 21. in fin.

Qui autem continētur appellatione ſuorum, ad hoc, vt poſſit quis eorum iniuriam proſequi, variæ ſunt Doctorum ſentētię, quas refert Socin.in d.c. cùm P.Manconella num. 23.& 24.

28 Aduertendum eſt nihilominus, quòd etſi repellenda ſit accuſatio illorum,qui accuſant, quādo accuſare non poſſunt, tamen quia ex officio tenetur Iudex delinquentiū crimina inquirere, & punire per dicta ſupra in proœmio huius Opuſculi, quādo ipſi Iudici accuſatio talis defertur, accuſatione repulſa, ſi ea concurrant,

currant, quę ad inquirendum ſunt neceſſaria, iuxta dicenda infra in c. 12. tenetur ipſe Iudex, omiſſo modo procedendi per viã accuſationis, procedere per viam inquiſitionis, per dicenda ibidem in nu. 2. & per ea, quæ dicit Clar. in §.fi.q. 14. num. 6. & 7. Alioquin contra id, ad quod ex officio, & iuſtitia obligatur graue peccatũ mortale committit, prout etiam illud cõmittit, quotieſcũq; de delicto in Prouincia, vel Dięceſi, vel Religione commiſſo illi cõſtat, & ob amicitiam, vel aliquam iniuſtam cauſam ꝓcedere omittit, vel prohibet, cùm ſit in cauſa, vt cum grauiſſimo ſcandalo delicta remaneant impunita, quando verũ eſt aliquod delictum eſſe commiſſum, niſi delinquens talis ſit, vt puniri non poſſit ſine magna aliqua perturbatione Reipub. Tunc enim ſupremus Iudex, ſeu Princeps poteſt etiam accuſationem inchoatam abolere, etiam ſi accuſatio ex priuata cauſa facta ſit, vtputà cùm quis ſuas iniurias proſequatur, vt docet Caiet. in 2.2.q.68. a.3. Et Iudex inferior ob eandem cauſam poteſt accuſationem non admittere.

29 Quando autem per viã accuſationis procedi poteſt, querela huius formæ eſt tradenda, quando ab ipſo accuſatore in ſcriptis traditur, ad hoc, vt omnia contineat, quæ continere de iure debeat, vt valida ſit, prout in d.l. libellorum ff. de accuſat.

Forma libelli accuſationis pro Regularibus, & formari etiam poteſt in omni Curia.

*In nomine Domini Amen.*

*Coram* R.P.D.N. *Abbate, vel Præpoſito, &c. Die* 5. *menſis*

*Z 2 No-*

*Nouembris anni 1637. in Monaſterio S.P. comparet D.B. animo non calumniandi, ſed pro ſuo iure proſequendo; & coram illo defert, & proponit accuſationem cōtra D.A qui diebus præteritis de menſe Octob. huius anni ante ianuam Refectorÿ dicti Monaſterÿ baculo illum aggreſſus eſt, & acerrimè illum in ſcapulis percuſſit, prout probare intendit, & accuſationem hanc vſque ad finē proſequi volens, inſtat, & petit, vt informatio capiatur, & nè delicta remaneant impunita, ea fiant, quæ de iure ſunt faciēda, ad hoc, vt reus prædictus iuridicè condigna pœna puniatur, vſq; ad ſententiam diffinitiuam, nè in poſterum ſimilia contra ipſum accuſatorem facere audeat; & examinari poſſunt teſtes D.F. & D.G. & D.I. qui interfuerunt.*

*Ego D.B manu propria me ſubſcripſi*, ſi autem ſcribere neſciat, dicat *Ego B. ſcribere neſciens manu aliena me ſubſcripſi & ſignum crucis manu propria appoſui †.*

Si autem accuſator proprium ius nō proſequitur, ſed pro communi bono accuſet, ita accuſatio formari poteſt.

*In Nomine Domini Amen.*

*Coràm R.P.B.N. Abbate, vel Præpoſito, &c. Die 5. Menſis Nouembris anni 1637. in Monaſterio S.P. comparet D.B. animo non calumniandi, ſed pro communi bono tuendo, & coràm illo defert, & proponit accuſationem contra D.A. qui diebus præteritis de Menſe Octobris huius anni habitu Regulari dimiſſo, & aſſumpto habitu ſeculari talis coloris, Monaſterium egreſſus eſt per talem Monaſterÿ ianuam prout probare intendit: & accuſationem hanc vſque ad finem proſequi volens, nè delicta remaneant impunita, inſtat, & petit, vt informatio capiatur at ea fiant, quæ de iure ſunt faciēda, ad hoc, vt reus prædictus iuridicè condigna*

*digna pœna puniatur per ſententiam diffinitiuam, nè in poſterum ſimilia contra commune bonum Religionis facere audeat. Et examinari poſſunt teſtes D.F. D.G. & D.I. qui de prædictis ſunt informati.*

*Ego D.B. manu propria me ſubſcripſi,* ſi autem ſcribere neſciat dicat: *Ego B. ſcribere neſciens, manu aliena me ſubſcripſi, & ſignum Crucis manu propria appoſui* †.

30 Qua accuſatione facta, & à Iudice acceptata, notetur ab Actuario in principio ipſius libelli, & ſcias, quòd in hoc poſteriori caſu, ſcilicet, quando quis accuſauit pro publico bono, & de publico crimine, accuſator ab accuſatione deſiſtere non valet, quia ad publicam vtilitatem maximè pertinet illud puniri, vt in l. 1. & ſeq. ff de publi. iudic. & deſiſtens abſq; abolitione petita, & obtenta, incidit in pœnã Senatuſconſulti Turpiliani, vt in l. 1. ff. ad Turpilian. infamiam enim contrahit, & extraordinariè arbitrio Iudicis eſt puniendus, vt in l. 2. in fi. C. eod. & hoc procedit non ſolùm quãdo quis accuſare debet, ſed etiam quando accuſatio eſt illi permiſſa, vt in l. ſi femina C. eod. Quam abolitionem concedere Iudex non debet, niſi partibus præſentibus, & cauſa cognita, vt in l. 2. & ibi Bald. C. de abolit. Concedereq; illam tãtùm poteſt accuſanti per errorem, vel per temeritatem, vel calore iracundiæ, aut proſequenti ſuam, vel ſuorum iniuriam, vt in l. 2. C. de abolit. non autem calumnianti, ſeù fusè accuſanti, vt in l. 3. C. eod. nec ei, qui ſincera mente accuſationem inſtituit, quando accuſatus carceres ſubſtinuit, vel tormenta, vel verbera, vel catenas, niſi ille, qui hæc paſſus eſt, ſuum conſenſum præſtet, vt in

d.l.

d.l. 3. habetur: *Quando autem reus nihil tale paſſus eſt, poſt quam fuerit officij cuſtodiæ traditus intra dies triginta accuſatori petenti, etiam inuito reo dari permittitur*, vt ſubiungitur à tex. in d. l. 3. ſed ſi fortè Iudex aduertat, Partes pro crimine abolendo colludere, ipſe ſupplere debet, & per viam inquiſitionis procedere, ſi ea concurrunt, quæ neceſſaria ſunt, per viã inquiſitionis procedere poſſit, vt poſt Cynum aduertit Bald. in d. l. 2. num. 1.

31 Accuſatione autem, prout ſupra facta, vel verbaliter, & ab Actuario in ſcriptis redacta, accuſatore præſente, & accuſationem, prout ſupra ſubſcribente, ad vlteriora procedendum eſt, iuxta ea, quæ dicẽda ſunt infra in c. 11. num. 26. mutatis mutandis; ita tamẽ vt poſt accuſationen examinentur teſtes, citato illo, qui accuſatus eſt, ad videndum iuramenta teſtium, ſi præſens eſt, & non timetur eius fuga, de qua ſi timetur, carceribus mancipari poteſt, capta priùs ſummaria infomatione de delicto, de quo eſt accuſatus: nam ad capturam perſonæ in criminalibus deueniri nõ poteſt ſine cauſæ cognitione, vt poſt Io. Andr. in c. ſi Clericus de ſentent. excom. in 6. Butr. in c. 1. de iudic. & Aret. ibidem in col. 7. verſ. iſta concluſio, dicit Diaz in pract. crim. Canon. c. 123. nu. 1.

32 Nec ad carcerationem clericorũ ſine grauiſſima cauſa perueniendum eſt; quia carcer infamat, & irreparabile damnum Clericis affert, ſecũdùm Bal. in l. ſi Clericus C. de Epiſcop. & Cler. & dixi in mea Reſol. 138. num. 11. Et quando Clericus non eſt ſuſpectus de fuga ante carcerationem debet conſtare de corpore delicti, vt dixi vbi ſupra in nu. 12. poſt Geminia. in cap. ſi Cleri-

Clericos, de ſent. excommun. in 6. per quem tex. excommunicatur Epiſcopus iniuſtè carcerans Clericum. Eſſeq; carcerationem iniuſtam ratione ordinis non ſeruati, quando quis pro delicto in carceribus vincitur, priuſquam cõſtet de corpore delicti, dixit Marſ. in pract. crim. in prin. nu. 4. & in conſil. 18. num. 34. Boſſ. in tit. de delict. num. 53. Monticell. in reg. 13. num. 1. & poſt Bonacoſ. in 2. par. comm. opinion. in ver. Captura, vt valeat, teſtatur de communi Farin. in 1. par. q. 2. num. 2. vbi dicit, hoc præſertim procedere in carcerationem Clericorum; debet etiam præcedere ſuſpitio aliqua contra carcerandum, vt infra in num. 34.

33 Supradictam autem in num. 31. ſummariam informationẽ ita eſſe faciendam dicit Diaz ſupra in nu. 3. vt à teſtibus omnia ſciſcitentur, & ſcribi faciãt per Notarium, ſeu Actuariũ, fieriq; hoc poſſe, Parte nõ citata, affirmat: dũmodò poſtea teſtes repetantur Parte citata, vt dictum eſt ſupra in c. 4. nu. 7. & 8. Si autem abſens eſt, & in loco, in quo citari non poteſt perſonaliter, citandus eſt per edictum, iuxta formam poſitam ſupra in d. c. 4. num. 22. in fi. & poſt contumaciam examinentur teſtes iurati, ac alia fiant vſq; ad ſententiam incluſiuè, quæ dicta ſunt ſupra in c. 4. nu. 22. & 23. facienda eſſe ad condemnandum reum conſtitutum in contumacia. Si autem præſens eſt, & carceratus vocetur ad videndũ iuramentum omnium teſtiũ, etſi teſtes de delicto teſtimonium ferant, ita vt ſaltèm ſemiplenè probẽt, ipſe reus conſtituatur, & cum iuramento de veritate dicenda examinetur, & per talem conſtitutionem, & examinationẽ lis conteſtata intelligitur, vt ſupra

ſupra dictum eſt. Quando verò ſint teſtes examinandi, & ipſe reus conſtituendus, dicẽdum eſt ſuo loco infra, & ſic de reliquis vſq;ad ſententiam.

34 Sed aduertendum eſt, vt poſt litis conteſtationem, ſeù rei examinationem præſtetur accuſatori iuramẽtum de calumnia, vt ordo iudiciarius ſeruetur, iuxta glo. fi. in l. prolatam C. de ſenten. & interloc. omn. iudic. Secundò, aduertendũ eſt, vt in carcerem nõ detrudatur accuſatus, etiam de crimine enormi, niſi ex ſummaria informatione, prout ſupra capta, ſuſpitio cõtra eum oriatur, vt per Salyce. in l. nullus nu. 1. C. de accuſationibus; illa autem præ habita de maleficio, & maleſactore, ſine alia citatione verbali pręcedenti, praxis eſt, vt mittat Iudex ad capiendum reũ, ſi crimen eſt enorme, nè de crimine conſcius fugam arripiat, quam praxim approbat Salyc. per illũ tex. in l. nullus nu. 4. not. 5. C. de exiben. reis.

35 Quia autem carcer pro cuſtodia tũc datur, in carcere poſitus manicis, vel vinculis ferreis, vel alio modo conuincendus nõ eſt, niſi ſit conuictus, vt in d. l. nullus, vel niſi criminis qualitas, vel perſonæ vilitas aliud exigat, vt in l. 1. C. de cuſtod. reor. vel niſi in carcere aliquid egerit, vt meritò cõuinculari debeat, vt per Salyc. in d. l. nullus num. 1.

36 Eſt inſuper aduertendum, vt ſi reus exceptiones aliquas habeat cõtra accuſãtem, vt illas proponat antè litis conteſtationem, & ſic priuſquam ipſe conſtituatur, & examinetur, vel ſtatim, vel poſteà incontinenti ſine contrario actu, nã alioquin ipſius accuſati nomẽ inter reos recipitur, prout praxis ſeruare ſolet, ipſo reo examinato, & ſufficienter indiciato, & poſt hoc circa

talem

talem exceptionem non auditur, vt docet Azo in sũma S. qualiter in accuſ. verſ. oblato libello, vbi inuenies, quid poſt hęc facienda ſint ad terminãdam cauſam, & ego dicam infra in c. 12.

## De Denunciatione, ſeu Denunciatore, & de modo procedendi per viam denunciationis.

## Cap. XI.

*SVMMARIVM.*

1 *Denunciatio iuridica ſubrogatur loco accuſationis ad inquirendum iuridicè de delictis.*

2 *Denunciatio iuridica quid.*

3 *Denunciare eſt deferre reum alicuius criminis.*

4 *Per denunciationem attenditur emendatio peccatoris per medicinalem pœnam.*
*Denunciationis iuridicæ, & euangelicæ differentia.*

5 *Ad denũciationem ſolemnia accuſationis neceſſaria non ſunt, nec etiam eſſentialia.*
*Libellus ad accuſationis ſolemnitatem pertinet, & inde denunciatione non eſt neceſſarius.*
*Denunciatio ſolo verbo facta de iure ſufficit: & in num. 26. Sed quomodo ſit facienda de conſuetudine, vide infra in num. 15. 16. & 17.*
*Denuncians, de iure ciuili probare obligatur, & denuncians falsè puniri poteſt arbitrio Iudicis vſq; ad pœnam talionis.*

6 *Denuncians, vt probare obligetur vſus non admittit.*

7 *Religioſus denũcians crimina Fratrũ Superioribus ſuis, probare non obligatur.*

8 *Denuncians, admonitione non præmiſſa, repellendus eſt: ſed limita, vt in n. 9. 10. & 11.*

9 *Denunciatio in foro Eccleſiaſtico admittenda non eſt, monitione nõ præmiſſa, niſi in quibuſdam caſibus, quorum Primus eſt hæreſis.*

*Hæreſis nulla præuia monitione ſtatim eſt denuncianda Epiſcopo, vel Inquiſitori.*

10 *Denunciatio iuridica facienda eſt in foro Eccleſiaſtico, nõ præmiſſa monitione, quando peccatum eſt publicè commiſſum, etiam ſi pro certo ſperari poſſit emendatio.*

11 *Denunciatio iuridica in Eccleſiaſtico foro fieri poteſt non præmiſſa monitione, quando non ſperatur emendatio: & maximè quoad peccata Regularium ſpectantia ad fornicationem.*

12 *Denunciatio in foro ſeculari fieri poteſt non præmiſſa monitione, ſiue delicta ſint notoria, ſiue ſecreta.*

*Modus procedendi per viam denunciationis datur etiam in foro ſeculari.*

13 *Denũciatio iuridica, monitione non præmiſſa, de iure nõ fit in ſeculari foro facienda ab eis qui ex officio ad hoc obligantur, niſi in notorijs, tamen conſuetudo legitimè introduxit, vt fiat etiam de occultis; ſed non fit, niſi a Deputatis.*

14 *Denunciatione facta Iudex procedere valet tàm per viam denunciationis, quàm per viã inquiſitionis, quando vtriuſq; via requiſita concurrunt: ſed cautius erit, ſi procedat per viã inquiſitionis, ſi infamia præcedat.*

15 *Denunciatio iudicialis, quæ fit pro communi bono duplex eſt, generalis, & ſpecialis, & vtraq; explicatur.*

*Denunciatio generalis quomodo ſit facienda, & quomodo ſpecialis, in qua quinq; requiruntur.*

*Denunciatio ſpecialis quando non continet nomen denunciantis, cenſetur libellus famoſus, & per illam non eſt procedendum: ſed ſic denuncians eſt puniendus.*

16 *Denunciationem ſine nomine Iudices præſertim Regulares ſine infamia præcedente non admittant ad inquirendum in ſpecie de delinquẽte, in illa nominato;*

*Denũciatione ſine nomine denunciantis ſi nominati in illa ſint teſtes idonei de facto benè informati, procedi poteſt ad inquirendum ab illis in genere de tali delicto, & quando illi aliquem nominãt formari poteſt inquiſitio particularis.*

17 *In denũciatione iuridica, quæ pro publico bono fit ex com-*

mu;

*muni vſu neceſſariò ponenda ſunt nomina teſt:um informatorum, ſi ad notitiam denunciantis d:uenerunt.*

*Forma denũciationis faciẽdæ Iudici pro communi bono.*

18 *Ad denunciationem faciendã etſi de iure ciuili non admittantur niſi Officiales ad hoc deputati, tamen de conſuetudine admittuntur omnes.*

19 *Denunciare non poſſe non valentem accuſare, quomodo ſit intelligendum, explicatur. & in nu. 20. & quid in noſtro Regno.*

21 *Denunciare de iure Canonico qui poſſunt, & qui repelluntur.*

22 *Denunciare officiales deputatos etſi non poſſe, niſi delicta notoria Canoniſtas teneant, tamen de conſuetudine illi denunciant etiam occulta, etiam ex ſtylo Curiarum Eccleſiaſticarum.*

*Denunciare obligantur Officiales deputati delicta etiam non punibilia, & mortes violentas, quæ caſu eueniunt.*

23 *Denunciato occulto delicto quid Iudex facere debeat, explicatur, maximè Regularis.*

*Subrogatum ſapit naturam eius, in cuius loco ſubrogatur.*

24 *Denunciatio ita aperit viam ad inquirendum, ſicut accuſatio, & inquiſitio.*

*Forma intitandi proceſſum à Iudice ſeculari.*

25 *Denunciatio quando non fit ab Officiali, nec coram Iudice ſeculari, ſed Eccleſiaſtico ſub qua forma ſit formanda traditur:*

*Forma denunciationis faciendæ Iudicibus Eccleſiaſticis.*

1 Supra in c. 1. n. 1. dictũ eſt, quòd deficiente accuſatione, loco illus denunciatio ſecundo loco ſubrogatur, ad hoc, vt Iudex de delictis inquirere, & punire illa poſſit, vt in c. qualiter, & quando il 2. de accuſat. determinatum eſt. Cùm autem de modo procedendi per accuſationem in cap. præcedenti iam dictũ ſit, vt doctrinæ ordo ſeruetur, de ipſa denunciatione hic dicẽdum erit, & propirè de illa, quæ iuridica appellatur; dixi enim de alijs latè in meo Prompt. in ver. Denunciatio, vbi totam denunciationis materiam cum ſua diſtinctione explicaui.

2 Eſt autem denunciatio hęc iuridica delatio alicuius criminis, quæ fit Iudici ad ipſius criminis punitionem in emendationem perſonæ peccantis, abſq; libello, & obligatione probandi crimē, ſed præcedente charitatiua monitione, vt in c. qualiter, & quando il ſecondo, in fin. de accuſat. & ibid. Doct. & iuxta doctrinam D. Th. in 2.2.q.68.ar.1.

3 Et ideò dixi, quòd *denunciatio eſt delatio alicuius criminis*; quia denunciare nihil aliud eſt, quàm deferre reum alicuius criminis, vt dicit Angel. de malefic. in rubr. quomodò de malefic. cognoſc. per denunciationem num. 1. per l. ea quidem C. de accuſat. & l. ab accuſatione §. denunciationes ff. ad Turpillian.

4 Ideoq; dixi *quæ fit Iudici ad ipſius criminis punitionem, in emēdationem perſonę peccantis*: quia per denunciationem attenditur emendatio perſonæ peccantis per medicinalē pœnam à Iudice dandam ipſi reo, qui denunciatur, vt ex D. Thoma in 2.2. q. 68. ar. 1. dixi ſupra in cap. 10. nu. 3. Et quamuis Hoſtienſ. in ſumma de Denunciatione nu. 1. & cum illo Iodocus in ſua prax crim. cap. 4. num. 3. dicat *denunciationem eſſe criminis alicuius apud Iudicem, ſine inſcriptione legitimè facta delatio ad pœnitentiam peragendam, vel aliam legitimam pœnam imponendam, vel ad vtrumq.* Ego autem vtrumque poſui ad diſtinguendam hanc denunciationē iudiciariam ab euangelica, prout illam diſtinxi in meo Prompt. in verb. Denunciatio nu. 1. Euangelica enim eſt illa, quæ fit ad pęnitentiā peragendā, & correctionem fratris, & fit Prælato, non vt Iudici, ſed vt Patri, non ad proceſſum formādum, ſed ob ſolam fratris emendationem. At iudiciaria,

de

de qua nos loquimur, ſit ſuperiori tanquam Iudici ad proceſſum formãdum, & puniendum delinquentem pro ſua emendatione. Et ita diſtinxit Suar. to.4. de Relig.lib.10. de regim.ſociet.cap.8.vbi de hoc latè, ac Thomas à Ieſu in tract.de Viſit. Regul. tra.1.cap.4. nu.4.& Lezana in ſumma qq. Regular. to.1.c.27.n.1. in fine.

5 Dixi, *abſq; libello, & obligatione probandi crimen*: namq; ad denũciationem ſolemnia accuſationis neceſſaria non ſunt, vt habetur in l. ea quidem, & ibi glo. in verſ.circa ſolemnia C. de accuſat. Imò nec eſſentialia eius requirit, cùm ex fine diuerſa ſint, vt patet ex dictis: libellus autem ad accuſationis ſolemnitatem pertinet, vt in l. ſi quis C. de accuſat. ideoq; in denunciatione neceſſarius non eſt, ſed ſufficit ſi fiat ſolo verbo, vt ab ipſa accuſatione, & in hoc diſtinguatur, vt eſt tex. clarus in cap.ſuper de accuſat. & notat Thomas à Ieſu in d.tract.1. de viſit. cap.4.nu.2.ſed malè citat prædictum textum. Quomodò autem ſit facienda denunciatio ex conſuetudine, dicam infra in num. 15.16. & 17. Nec habet denonciator obligationẽ probandi crimen ab ipſo denunciatum; nàm & ſi oporteat denunciationẽ eſſe veram, alioquin denunciator ſcienter falsè accuſans tenetur ad omnium damnorum reparationem in foro conſcientiæ, ac etiam in foro exteriori ad illa damnari poſſet, ſi de falſitate conſtaret; vt per Salyc. in l.ea quidem num.28.C.de accuſat.& Ludouic. à Paramo infra citandum, quem citat, & ſequitur Farinac. infra citandus, ac etiam puniri poteſt arbitrio Iudicis, vt dicit Coriolan.in tract.de caſib. reſeruat.p. 2.caſu 5.tit.de denunciat. num.26.& vſq.ad pœnam

ta-

talionis, vt dicit Iodocus in d.ſua praxi crim. cap.6. nu. 8. & quamuis de iure ciuili debeant denunciatores ſuam denunciationem probare, & aſſiſtere, vt eſt text. in l. ab accuſatione, & ibi gloſ. in verb. nunciatores, & in verſ. aſſiſtere ff.ad Turpillianum, & ſentiant grauiſſimi authores, de quorum numero eſt Nauar.in man.c. 17.num. 124. & in repet. cap. inter verba 11. qu.3. concluſ. 6. quatenus ait, non teneri ad denunciationem qui probare non poteſt, ac alij, quos in eodem ſenſu citat, & ſequitur Reginal. in ſua praxi pœnit. tom.2.lib.24. cap. 3.num.50. vbi dicit, quòd quando Iudex intendens punitionem delinquētis, iubet denunciationem, non tenetur denunciare ille, qui id, ꝙ denunciandum eſt, probare non poteſt per idoneos teſtes:

6 Dicit tamen Salyc.in d.l.ea quidem n.23. quòd vſus hoc non admittit, ſcil. vt denuncians probare obligetur, & de hac praxi teſtatur poſt Pegn. in director. Inquiſitor. commentario 16. ver. his peractis, & Angel. Salyc. & Socin. à Pegn. citatis, & idem tenet Farinac. de hæreſ. q.185.num.71. nec diſſentire dicit Sigiſmund. Scacc. de iudic. cap.72.n. 4. & Ludouic. à Paramo de Orig. Sanctæ Inquiſit. lib. 3. q.8. nu.21. & 22. & hanc ſententiam tenet D. Thom. in 2. 2. q.68.art.2. ad 3. vbi ſic ait, *Denunciator non obligat ſe ad probãdum: vndè nec punitur, ſi probare nequiuerit* (intellige, niſi conſtet cum dolo falsè denunciaſſe) Et propter hoc in denunciatione non eſt neceſſaria ſcriptura; ſed ſufficit, ſi aliquis verbo denunciet Eccleſiæ, quæ ex officio ſuo procedit ad fratris emendationem. Et hanc ſententiam eſſe ſecundùm omnes dicit Coriolan. qui illam

illam ſequitur in d.tract. de caſib. reſeruat. part.2. caſu 5. tit. de denunc.nu. 25. Eſſequè communem ſententiam Thomiſtarum in d.q.68. dicit Thomas à Ieſu in tract. 1. de Viſitat. cap.15.nu.5. quam ipſe ſequitur poſt Sot Bann. Salon.Leſſ.Tolet.Valent. Rodriq. Clarum, & alios, quos citat ibidem à nu.5. vſq.ad 8. & in nu.9. dicit, hanc ſententiam in praxi eſſe certiorem,& ſecuriorem.

7 Tenetq; illam expreſsè quòad Religioſos denunciantes ſuis Superioribus Lezana in ſuis qq.Regularib.c.27.n.20. vbi dicit, & ſi non teneatur quis denunciare delictū, quod probare nō valet, tamen, ſi vult, hoc facere poteſt, & illud probare non obligatur: nam alioquin inter Religioſos plura crimina remanerent impunita; quia nullus auderet denunciare ob timorem punitionis, ſi probare non poſſet.

8 Dixi etiam in deſcriptione denunciationis poſita ſupra in nu.2.charitatiuam monitionem præcedere debere ipſam denunciationem; *nàm nè fortè per leue compendium ad graue diſpēdium veniatur, ſicut accuſationem legitima debet prçcedere inſcriptio: ſic & denunciationem charitatiua monitio*, vt dicit text. in cap. qualiter, & quando il ſecondo §. ad corrigendos, de accuſat. Qui autem, admonitione non præmiſſa,crimen denunciat, à denunciatione repellitur,vt in cap.2.& in cap. cùm dilectus, & ibi gloſ.in verb.præmonitum de accuſat. & in cap. licèt Heiy de ſimon.

9 Sed circà hoc eſt aduertendum, prout dixi in d.meo Prompt. verb. denunciatio nu.7.quòd aut denūnciatio fit in foro Eccleſiaſtico, aut in foro ſeculari; ſi denunciatio fit in foro Eccleſiaſtico, & tunc per citata Iura

re-

regula cõſtituenda eſt, nõ eſſe recipiendam denuntionem, niſi præmiſſa charitatiua monitione, à qua regula excipiendus Primò eſt caſus hæreſis, & ſuſpectorum de illa; nàm cùm peccatum hoc contagioſum ſit, & ordinariè ſolet ſemper communitatem peſtilenter inficere, licitum eſt, imò & neceſſarium, vt ſtatim iudicialiter denuncietur ſuperiori legitimo, ſcilicet Epiſcopo, vel Inquiſitori, nulla præuia monitione, iuxtà rectiſſimam, & ſaluberrimam ſanctiſſimæ Inquiſitionis legem, & conſuetudinem, vt poſt Sot. in relect. de tegen. & det. ſecret. membr. 2. q. 4. Caſtr. lib. 2. de iuſta hæreticor. punit. cap. 25. Bãn. in 2. 2. q. 33. ar. 8. dub. 2. ad 4. tenet Valent. in 2. 2. diſput. 3. pun. 5. §. 1. in 4. caſu, & dixi in d. ver. Denunciatio nu. 7.

Nec obſtare dicit Valentia doctrinam D. Tho. in d. art. 7. aſſerentis indiſtinctè denunciationem faciendam nõ eſſe *quando aliquis firmiter exiſtimaret, quòd ſtatim per ſecretam admonitionem admonitionem poſſet huiuſmodi mala impedire*: Nàm hoc non habere locum, dicit, in peccato hæreſis, in quo nunquàm, aut rariſsimè ſperatur emendatio.

10 Secundò à prædicta regula eſt excipiendum peccatum cõmiſſum publicè, & cum ſcandalo, in quo caſu nulla præmiſſa monitione ſtatim denunciandus eſt ille, qui illud commiſit: nàm & ſi in poſterum ſperari poſsit, & firmiter credatur emẽdatio delinquentis, attamen quia cum publico ſcandalo commiſſum eſt peccatum, ſine publica punitione omitti non poteſt; quia, vt habetur in cap. 1. de pęnit. & remiſsion. manifeſta peccata non ſunt occulta correctione purganda.

ganda. Et ab hac ſententia non diſceſſit, nec diſcedere, per d. tex. potuit Coriolan. in d. tit. de denunciat. nu. 5. vbi, etſi cum Corduba dicat, & in tali caſu præmittendam eſſe denunciationem, quando pro certo tenetur, quòd talis peccator ſi corripiatur publicè, aut ſecretè, faciet pœnitentiam, & emẽdabitur, tamen ex Petro Nauar. ſubdit, hoc ita limitandum eſſe, vt tantũ procedat, quando peccatum fit coram tribus, aut quatuor teſtibus; non autem quando fit coram populo; quia tunc, ratione ſcãdali dati, ſtatim denunciãdum eſſe affirmat. Quando autẽ delictũ dicatur fieri coram populo, vide ſupra in c. 4. num. 3.

11 Tertiò, à prædicta Regula eſt excipiendũ omne peccatum, de quo ſi præmonitio fiat, non ſperaretur emendatio, quia ceſſat tunc finis, ob quem monitio eſt præmittenda, vt probaui in meo Prompt. ver. Correctio fraterna num. 7. vbi ex Conin. dixi hanc communem, & receptam ab omnibus eſſe ſententiam. Poſſeq; tunc denunciatorem ab illa præmittẽda ceſſare, patet ex dictis per Riccard. in 4. diſt. 14. a. 2. q. 1. Duran. ibid. q. 3. a. 3. teſtaturq. de communi ſententia Doctor. Valen. in 2. 2. diſput. 3. q. 10. pun. 2. circunſt. 3. Multòq; magis hoc procedere dixi in d. ver. Correctio fraterna nu. 7. in fi. ex D. Tho. in 2. 2. q. 93. ar. 6. quando quis probabiliter credit, aut timet, quòd ille fiat deterior. & ita tenere omnes dicit Valẽt. in d. circũſt. 4. Prędictaq; maximè procedere dicit Coriolanus in d. tit. de denunciat. nu. 8. quòad peccata Regularium ſpectantia ad fornicationem: quia ex tali peccato oriri poteſt magnum ſcandalum in Religione.

12 Si verò denunciatio

fiat in foro ſeculari, tunc charitatiua monitio præmittenda neceſſariò non eſt, ſiue delicta ſint notoria, ſiue ſecreta; & ſiue denunciatio fiat ob cauſam publicam, ideſt ob publicum bonum: ſiue ob cauſam priuatam, ſcilicet quæ competit læſo ob ſuum intereſſe, vt per Speculat. in tit. de Denunc. §. 2. num. 10. vbi de publica, pro qua indiſtinctè dicit, quòd non requiritur monitio, ſi competat fieri ex officio. Et in nu. 12. dicit de priuata, quòd non requiritur monitio ad illam faciendam in foro ciuili. Datur enim iſte modus procedendi de perſe per viam denunciationis, etiā in foro ſeculari laicorum, vt tradit Bald. in d. l. ea quidem num. 48. ibi iuxta hoc quero C. de accuſat. Hancq; eſſe communem opinionem teſtatur Boſſ. in ſua prax. crimin. tit. de denunciat. num. 1. in fi. & poſt illum Sigiſmun. Scac. lib. 1. de iudic. c. 55. nu. 1. in fi. & probatur ex l. ab accuſatore §. nunciato res ff. ad Turpilia. vbi tex. generaliter de omnibus denunciationibus loquitur.

Dariq; de plano in foro ciuili etiam ſi monitio nō præceſſerit, tradit Salycet. in d. l. ea quidem num. 8. C. de accuſat.

13. Et quamuis Salycet. in d. num. 8. propè finem in ver. ſecunda ſpecies, cenſeat in foro ſeculari denunciationem iudiciariā, quæ fit ob publicam cauſam, & quæ competit ex officio mero eis, qui deputati ſunt, vt maleficia denuncient, non eſſe faciendam, monitione non præmiſſa, niſi tantùm in notorijs. Et ratio eſt, quia textus ciuiles, qui de hac denunciatione facienda, non præmiſſa monitione, loquuntur, vt in l. Diuus Andrianus ff. de cuſtod. & exhib. reor. & in d. l. ea quidem C. de accuſat. loquuntur de denūcatione cri-

criminum notoriorum, vt aduertit Abb. in c. nouit num. 48. de iudic. tamen Sigiſm. Scaccia idem credit eſſe dicendum, etiam quando crimen non eſt notorium in d. c. 55. nu. 2. & ita praxim ſeruare affirmat. Quæ quidem praxis quotidie experitur, & videmus Syndicos, & Iuratos etiam occulta delicta denunciare, nulla præmiſſa monitione. Et cùm ſit rationabilis, nè multa delicta remaneant impunita, ab illa recedendũ non eſt; quia quidquid eſt rationabiliter inductũ per leges quòad delicta notoria, induci poteſt rationabiliter per conſuetudinem quòad occulta; maximè quia raró delicta notoriè committuntur, & ſepè occultè; & expedit Reipublicæ huic malo cõſulere per forum ciuile, & per denunciationem aperire viam Iudici ad inquirendum. Maximè aũt, quia in foro ciuili, ſeu ſeculari huiuſmodi denunciationes fieri non permittuntur, niſi Officialibus ad hoc deputatis, vt poſt Pract. Papienſem in pract. formandi inquiſit. num. 38. dicit Scacc. in d. c. 55. num. 1.

14 Facta autem ab Officiali denũciatione, habet Iudex facultatem eligendi modum, quo procedere vult, ſcilicet, an per viam denunciationis, an per viã inquiſitionis, vt poſt Bart. in d. l. diuus Andrianus n. 10. Salyc. in d. l. ea quidẽ nu. 26. q. 13. & Angel. de malefic. in ver. nec nõ ad denunc. nu. 6. & 21. tradit Scaccia in d. c. 55. num. 3. Et cautiùs eſſe dicunt, ſi procedat per viam inquiſitionis, non autem per viam denunciationis; quia tunc talis denũciator examinari poteſt, vt teſtis, qui faciat inditium ad inquirendum. Quam doctrinã tunc habere locum dicas, quando Iudex per talem denunciationẽ cognoſcit

vtranq; viam apertam habere, nempè quia ea concurrunt, quę ſunt neceſſaria ad procedendum per viam denũciationis, iuxta dicta, & dicẽda in hoc capite, ac ea, quæ ſunt neceſſaria ad procedendum per viã inquiſitionis, iuxta dicenda in cap. ſequenti. Et cautè loquitur in hoc Salyc. in d. nu. 26. dicens, quòd ſi Iudex vult procedere per viã inquiſitionis, debet inquirere quidem propter denunciationem, ac etiam propter famam, eius aures reuerberãtem, quæ neceſſaria eſt ad procedendum per viã inquiſitionis, iuxta dicenda in cap. ſequenti; quia ipſa eſt tũc, quæ loco accuſatoris ſuccedit, vt in cap. qualiter, & quando il 2. de accuſat. & alioquin ſuper occultis criminibus, nec de iure ciuili, nec de iure Canonico inquiri poteſt, vt latè per Socin. in d. c. qualiter, & quando il 2. de accuſat. q. 2. & 3. à n. 369. vſq; ad num. 400. Et in c. inquiſitionis §. tertiæ de accuſat. ita determinatum eſt; *nullum eſſe pro crimine, ſuper quo aliqua nõ laborat infamia, ſeu clamoroſa inſinuatio nõ præceſſit propter dicta huiuſmodi puniendũ: quinimò ſuper hoc deponẽs contra eũ, recipi non debere: cùm inquiſitio fieri debeat ſolumodò ſuper illis, de quibus clamores aliqui præceſſerunt.*

15 Iudicialis denunciatio, quæ fit pro publica cauſa, hoc eſt pro cõmuni bono, nè delicta remaneant impunita, duplex eſt: vna generalis, alia ſpecialis. Generalis eſt illa, in qua nullus certus nominatur delinquens, ſed in generali denunciatur delictum aliquod fuiſſe commiſſum. Specialis verò eſt illa, in qua nominatur certus delinquens. Generalis denũciatio, quia per illam tantùm aperitur via ad inquirendum de tali delicto in ſpecie, & de delinquente

in genere, abſq; præiudicio alicuius particularis, nullum certum, & neceſſarium requiſitum habet, ſed fieri poteſt ſine nomine denunciantis, ſine die, ſine ãno, ſine ſcriptura, & extraiudicialiter, vt poſt Farin.lib.1. qq.crim. q.1. num.49.in ver. Aduertas quintò, dicit Scaccia de iudic.c.71.num. 2.in ver. Et quoniam. Additq; debere Notariũ, ſeu Actuarium, cui denunciatio talis porrigitur, quò deligẽtius poteſt, ſe informare de delicti illius qualitatibus, & circunſtantijs ad rem facientibus, ac de loco, & tempore, eaq; omnia in ſcriptis redigere, nè è memoria labantur.

Specialis verò denunciatio quatuor de iure habere debet requiſita, & quintũ illi additur ab vſu communi, vt dicit Scac. in d.c.71.num.2.in ver.in ſpeciali verò. Primum eſt, vt ſit ſcripta per manum denunciantis, aut per manum Notarij, vel Actuarij apud acta, vt per Clar. in §. fi. q.7. verſ. Vlteriùs quęro, in nu.11. vbi dicit, quòd ex conſuetudine non tenetur denunciator ſe ſubſcribere ad pœnam talionis. Secundò requiritur, vt in ea ſpecialiter exprimatur delictũ, quod defertur, cum ſuis qualitatibus; quia expreſſio delicti in genere nullam poteſt aperire viã ad inquirẽdum. Tertiò requiritur, vt exprimatur delinquens per nomen proprium, vel per alia ſigna ęquipollentia, quæ delinquẽtem indicent, quando denuncians delinquẽtis nomen ignorat. Quartò, vt exprimatur nomen denunciantis, alioquin dicendus eſſet denuncians potiùs porrigere libellum infamatorium, quàm denunciationem facere, & non eſt procedendum ad inquiſitionem ſuper criminibus ibidem contentis, vt patet ex notabili tex. in

cap.

cap.inquiſitionis §.tertię, de accuſat. vbi ita determinatur: *nec ad petitionem eorum, qui libellum infamationis porrigunt in occulto, procedendū eſt ad inquiſitionem ſuper contentis ibidem criminibus faciendum*: vbi gloſ. in ver. *occulto*, dicit, *quòd immò tales ſunt puniendi*. 5. q. 1. c. quidam; Per quem tex. & gloſ. cōtinere debere denunciationem nomen denunciatoris, tenet Scac. in d. c. 71. num. 2, in ver. *quartò requiritur*. Meritòq; ibidem repellit ſententiam Boſſ. qui in ſuo tract. crim. tit. de denunc. n. 19. dixit, de iure admittēdam eſſe denunciationem ſine nomine; ex eo quòd Iudex in tali caſu poteſt procedere ex mero officio, cū ex citato textu conſtet, illū procedere non poſſe.

Nec dicat aliquis, pro Boſſ. facere tex. in cap. ſuper his de accuſat. vbi dicitur, *Quòd quando crimen in modum denunciationis opponitur, nō eſt inſcriptio neceſſaria: ſed cùm in modū accuſationis oportet inſcribi*: Nam reſpondetur, non eſſe neceſſariam inſcriptionem ad pęnam talionis, prout de iure faciendum eſt in accuſatione, ex eò quòd hæc ad punitionem tendit, illa ad correctionem: ſed non negat tex. hic notificandum eſſe nomen denūciatoris, nè occulta denunciatio ſit libellus infamationis, contra tex. in d. c. inquiſitionis §. tertiæ.

16 Et quibus infertur, Iudices Regulares præſertim, nullo modo debere admittere huiuſmodi denunciationes ſine nomine denūciantis, neć in tali cauſa ꝓcedere, niſi infamia præcedat, iux. dicēda in cap. ſeq. nam alioquin ſuper occultis criminib⁹ inquirerent, ſuper quibus inquiri non poteſt, vt dixi ſup. in nu. 14. in fi. Quæ intelligere debes, vt non admittant ad inquiren-

quirendum in ſpecie de linquéte ibi nominato; ſed ſi in tali denũciatione ſine nomine denũciantis facta, nominati ſint teſtes (ſcilicet idonei) de facto benè informati, tunc debet Iudex ex officio procedere ad inquiſitionem generalem, & interrogare teſtes, an ſciant, tale delictum fuiſſe commiſſum, & reſpondentes affirmatiuè, & aliquem nominãtes, formari contra illum poteſt inquiſitio particularis, per dicenda infra in cap. ſeq. nu. 18. Et ita ſeruare totum Mundum, dicit Farin. in 1. par. tit. de inquiſit. q. 1. num. 49. ex Innoc. in c. bonæ il 1. nu. 5. de elect. relato à Baldo in l. edita num. 30. C. de eden. & in l. ea quidem num. 42. C. de accuſat.

17 Quintum requiſitum pro denunciatione iuridica à communi vſu additũ, eſt; vt in denunciatione ponãtur nomina teſtium, qui de crimine, quod denunciatur, sũt informati, & ita praxim ſeruare dicit Angel. de Malefic. in verſ. Necnon ad denunciationem nu. 20. & ita tenet Boſſ. vbi ſupra in nu. 14. & idem tenet, & poſt Angel. vbi ſupra teſtatur de vſu Clar. in d. §. fi. q. 7. nu. 10. & Scac. in d. cap. 71. num. 2. in fi. vbi adeò hoc eſſe verum addit, vt ſi denunciator nomina teſtiũ ignoret, ſoleat Iudex, recepta denunciatione, illi præcipere, vt infra triduũ redeat melius informatus. Sed quę dicta ſunt de explicãdis nominibus delinquentis, & teſtibus in denunciatione, dicas procedere, quãdo ad notitiam denunciantis peruenerunt: nam alioquin ſufficit explicare nomina eorum, à quibus intellexit, vt per Clar. in d. q. 7. num. 10. in fi. fieriq; iuxta prædicta, denunciatio in hac forma poteſt.

Forma

Forma denunciationis faciendæ Iudici pro communi bono, nè delicta impunita remaneant.

*In nomine Domini Amen.*

*Die* 12.*mẽſis Nouembris* 1637.*Ego P.Syndicus,ſiue Iuratus talis villæ,ſeu talis terræ,notifico tali Iudici,& apud acta eius,quòd diebus elapſis huius menſis,& anni fuit commiſſum furtum magni valoris in tali loco eiuſdem Villæ B.talis Terræ. Et teſtes de hoc informati ſunt A.B.C.* Si autem non eſt Officialis proprium nomen tantùm proferat.

*Ego P.N. qui ſupra, ſcripſi manu propria.*

Si autem ipſe denũciator ſcribere neſciat, vel ſi ſciat, & ſcribere non vult prędicto modo, apud acta deponat, & Notarius, ſiue Actuarius in actis denunciationem eiuſdem tenoris in tertia perſona ſcribat, vt per Clar.in d. q. 7. num. 10.

18 Ad denunciationem faciendam de iure ciuili non admittuntur niſi Officiales ad hoc munere deputati, cuiuſmodi eſſe ſolẽt, Syndici, Iurati, Maſſarij, aut conſimiles, quocunq; nomine nũcupentur, vt dicit Iodoc. in ſua prax. crim. c.6. tit. de denunc. num. 1. ſed Clar. in d.q.7.nu.7.verſ.dixi ſupra teſtatur, de conſuetudine paſſim ſeruari, vt quilibet accedat ad Iudicem, & denunciet iniuriam ſibi, vel alteri factam, & Iudices de facili procedere, vt per Alber.in l. ea quidem nu. 9. C. de accuſat. ſumptis prius debitis indicijs, eſſeq; bonam praxim, dicit, nè delicta remaneant impunita. De qua communi praxi teſtatur Angel. de malefic. in verſ. nec nõ ad denunciationem nu. 4. & Socin. in cap. qualiter, & quando il 2. num. 81. de accuſationibus.

19 Et quãuis Bar. in l. Diuus nũ.7.ff. de cuſt. reor. dicat, prohibitum accuſare, eſſe etiam prohibitum denunciare,

ciare, tamen Clar. in d.q. 7. num. 2. diſtinguit, quòd aut agitur de delicto, ſuper quo poteſt Iudex ex offi. cio per viam inquiſitionis procedere, ſiue de iure, ſiue de conſuetudine, & tunc dicit, quòd quilibet admittitur ad denunciandum, ſiue hoc faciat ex motu proprio, ſiue ex neceſſitate officij: & in hoc caſu procedere dicit ſupra relatam conſuetudinem. Additq; talem denūciationem modici eſſe momenti: quia nihil aliud operatur, niſi quòd aperit Iudici viam ad inquirendum: nec ex illa poteſt Iudex ad citationem, vel capturam procedere, niſi habitis priùs contra denunciatum legitimis indicijs, iuxta ea, quę ipſe dicit in q. 28. num. 2.

20 Aut agitur de delicto, ſuper quo ex conſuetudine, vel ſtatuto aliquo procedi non poteſt, niſi ad inſtantiam Partis, & tunc rectè procedere, dicit Clarus, ſentētiam Bartoli vbi ſupra, vt qui nō poteſt accuſare, nec poſſit denūciare: nam alioquin fieret fraus legi, ſi admitteretur ad denunciandum qui accuſare non valet.

Quia autem in noſtro Regno per Ritus Magnę Curiæ 191. & 192. nullus admittitur ad accuſandū tāquam vnus de populo, niſi ſuam, ſuorumq; iniuriam proſequatur, nec eſt admittendus ad denunciandum, ob prædicta.

21 Sed de iure Canonico ad denunciandum admittuntur omnes, non ſolū quando aliquod intereſſe habent, ſed etiam ſi ſine illo denunciationem facere velint, vt in c. illa, & ibi gloſ. Panorm. & alij de accuſat. Dummodò denunciare volentes, viles perſonæ non ſint: namq; hi à denunciatione repelluntur, vt dicit gloſ. in c. 1. de accuſat. & eſt tex. in c. cùm in tua de ſpōſ. lib. vbi hoc notat gloſ. ex illo

Cc textu

textu, dicens, quòd denũcians eſſe debet honeſta perſona, & grauis, aliàs repellitur; & ead. gloſ. in ver. perſonam ex eodem textu ſumit argumentum, criminoſos ad criminis denunciationem nõ eſſe admittendos; quod etiam affirmat ead. gloſ. in d. c. 1. de accuſ. & notat in cap. cùm dilectus eod. tit. nec admittendi ſunt conſpiratores in eum, cuius crimẽ denũciant, vt in d. c. cùm dilectus. Repelluntur etiã à denunciatione faciẽda infames iuris, & facti, ac etiam iuris tantùm, vt per Iodoc. in ſua praxi crim. c. 6. nu. 3. poſt Abbatem, & alios Scribentes in d. c. 1. de accuſat. item & illi repelluntur, qui monitione non præmiſſa denunciant, vt in c. 2. & c. cùm dilectus, & ibi gloſ. in ver. præmonitũ de accuſat. & in c. licèt Hely de ſimon.

22 Scias autẽ quòad Officiales deputatos, ſeu qui ex officio tenentur ad denuncianda delicta, Canoniſtas communiter tenere, illos denunciare non poſſe, niſi delicta, quæ sũt notoria; vt teſtatur Soci. in d. c. qualiter, & quãdo, il 2. poſt num. 179. de accuſat. ſed Clar. in d. q. 7. n. 5. dicit, quòd quidquid ſit de iure, de conſuetudine ita ſeruatur, vt denunciẽt delicta etiam occulta, vt ſi illa nõ denuncient puniantur pœna ſtatuti contra Officiales non denunciantes expreſsè, & hoc admittere etiam ſtylum Curiarum Eccleſiaſticarum, dicit ex Diaz in praxi crim. Canon. c. 6. niſi delictum illud adeò eſſet occultum, vt Officialis non denuncians à dolo, & lata culpa excuſari poſſit. Tenenturq; Officiales prædicti denunciare etiã delicta non punibilia, vt quia quis bannitum occidit, vel alium ob defenſionem propriæ vitę: nam ad ipſos non pertinet iudicare, an delictum punibile

bile ſit; vel non, vt dicit Bart.in l.ſi quæ in graui §. ſi meritus ff. ad Syllan. communemq; hanc eſſe ſententiam ex Arimin. ad Angel. de malefic. in ver. nec non ad denunciationem num.7.dicit Clar.in d.q.7. num. 6.vbi etiam ita praxim ſeruare affirmat, non ſolùm quòad delicta, ſed etiam quòad mortes violentas, quę caſu eueniunt.

23 Denunciatione iam facta priuſquam Iudex proceſſum formare incipiat, procurare debet ex coniecturis cognoſcere quando occultum delictũ fuit denũciatum, an quis ex calumnia ad denunciationem faciendam deuenerit,nè alicui iniuſtam, odioſamq;moleſtiã faciat. Hancq; diligentiam maximè adhibere debent Iudices Regularium, conſiderando diligenter tàm perſonam denũciantem, quàm denũciatam. Nam ſi denunciator eſſet malæ famæ, vel pacis perturbator, vel alio modo diſcolus in Religione exiſtimatus, vel murmurator, qui aliorum famam facilè denigrare ſolet; Denũciatus autem vir eſſet probatę vitæ, & per plures annos in Religione laudabiliter ſit conuerſatus, talis denunciatio acceptanda nõ eſt,per ea,quę dicunt Rodoriq. in qq. regular.tomo 2.q.6.a.8. & Thomas à Ieſu in ſuo tract. de Regular.viſit. tract.1.c.17.n. 1.2.& 3.& Lezana tomo 1.qq.Regul. c.27.nu.21. niſi fortè, vt ipſi dicunt, denũcians munus accuſatoris ſubire velit, obligans ſe ad pœnã talionis. Et hoc ſeruãdum eſſe dicit Thomas à Ieſu in d. c. 17. nu. 1. etiam ſi denuncians ſit vir eminens, & probatæ vitæ,quando denunciatus eiuſdẽ eſt qualitatis, quia ſepè Angelus tenebrarum in Angelum lucis ſe trãsformare ſolet, & viri aliàs pijſſimi aliquã

paſſione ducti ſe præcipites dant in proximorum depreſſionem. Et dicit Lezana in d.cap.27.n.21. poſt Thomam à Ieſu in d.c.17.n.5.& 6.regulariter admittendam inter Regulares non eſſe denũciationem iuridicam, ſi emenda fratris alio remedio ſeparari non poteſt. Idemq; dicit Lezana, ſeruandum eſſe, quando delictum non eſt publicum, neq; delinquens infamia laborat, ſed vel occultè puniendum eſſe dicit, ſi emendationem promittat, vel dimittendum eſſe, ſi culpã neget; & ita refert tenere Sot. de tegen. mẽbr. 2.q.4. concluſ. 15. & Suar. in 4.tom. de Relig. lib.10.cap.12.n.37.& 38. qua diligentia adhibita, ſi caſus talis eſt, vt denunciatio omninò ſit admittenda, Iudex proceſſum incipere poteſt, & diligẽter teſtes examinare ad inquirendam veritatem, iuxtà ea, quæ facienda eſſe dixi ſupra in cap. 10. n. 30. & 31. quando proceditur per viam accuſationis: nam cùm fũgatur denunciatio vice accuſationis, eodem modo, quo proceditur ad inquirendum per viam accuſationis, procedi debet per viã denũciationis, cùm loco accuſationis ſubrogetur, vt patet ex d. c. qualiter, & quando il ſecondo, de accuſat. & ſubrogatum ſapit naturam eius, in cuius loco ſubrogatur, l. ſi eum, §. ſi iniuriarum. ff. ſi quis caution. l. quod debitori, & ibi Dyn. ff. de donat. cauſ. mort.

24 Et cùm denunciatio ſit ſecundus modus, per quem, ſicut per accuſationem, aperitur via Iudici ad inquirendum, quãdo ſcilicet denunciatio fit apud acta, quòd aliquis delictum aliquod commiſerit (iuxta ea, quæ ſupra dicta ſunt) ſitq; modus hic ordinarius procedẽdi, ſicut eſt accuſatio, & inqui-

ſi-

ſitio, vt dicit Boſſ. in ſua praxi tit. de denunc. nu. 1. & communem hanc eſſe Doctorum ſententiam dicit, eodem modo aperitur per illam via ad inquirendum, ſicut aperitur per accuſationem, & inquiſitionem, ita vt nihil aliud operetur, niſi vt ſuccedat loco accuſationis, & poſsit Iudex de denunciato delicto inquirere, quod facere non poſſet non præcedente diffamatione, vel quærela, ſiue accuſatione, vt dixi ſupra in c. 1. & tradit hæc Clar. in d. q. 7. n. 1. Ideòq. facta denunciatione, Iudex ſuper ea aſſumit informationes, & indicia, illiſq; aſsūptis, format inquiſitionē, in principio cuius narrare debet, quatènus propter denunciationem datam per talē Officialem, quando ab Officiali data eſt, vel per talem perſonam quando ab alio, qui denunciare non prohibetur, data eſt. Et quando data eſt ab Officiali debet dicere, quòd ideò ipſe intendit ex officio procedere, prout facere ſolere communem Iudicum obſeruātiam, teſtatur Clar. in d. num. 1. ex praxi Pap. in for. inquiſ. in ver. Hæc eſt quædam inquiſitio, poſt num. 38. & Boſſ. vbi ſupra in num. 2. Et idem fieri poſſe dicit ipſe Clar. in fin. d. num. 1. quando denunciatio facta eſt ab eo, qui non ex neceſsitate officij, ſed ſponte denunciat. Fieriq. hoc poteſt in hac forma.

Forma initiandi Proceſſum à Iudice ſæculari quando procedit ob denunciationem Officialis, vel alterius, qui denunciare non prohibetur.

*Die 15. Menſis Nouembris anni Domini 1637. Dominus N. Iudex talis loci, cum facta illi fuiſſet denunciatio ab N. officiali eiuſdem loci, ſeu territorij talis villæ, ſub die 12 eiuſdem menſis, & anni de furto magni valoris, in tali loco cō-*

*miſſo à B. talis terræ, prout in d. denunciatione talis teno-ris*, v3. Et hic ponenda eſt forma denunciationis factæ, prout ſupra in num. 17. & poſtea addatur; *nè delicta remaneant impunita ex officio procedere intendens contra B. prout ſupra denunciatum, præcipit, vt citentur A. C. & B. teſtes in dicta denunciatione nominati; vt tali die compareant coram illo ſub tali pœna ad teſtificandum, prout in actis ſuæ Curiæ*. Si autem denuncians non eſt officialis, omittatur in initio prædicto ly *officialis*, &c. Et exprimatur tantùm nomen denunciantis.

Citandiq. ſunt teſtes perſonaliter, vel ab ipſo Iudice oretènus, vt in l. ſancimus in fin. de iudic. ſcribēdo in actis, ita factū fuiſſe, vel per literas etiā in actis regiſtratas, in quibus præcipiatur, prout ſupra in hac forma dictum eſt, & iuxta morem mittātur literæ prædictæ ꝑ Nūcium, q̄ eos citare debet perſonaliter, vel in domo propriæ habitationis, in quo caſu relinquere debet domi copiam citationis, & relationem faciat apud acta de citatione facta, & de modo, quo illam fecit, vt deducitur ex cap. fin. de dolo, & contumac. & ex Soci. in tract. de cit. art. 24 num. 3.

Adueniente autem die pręfinita in dicta citatione, & teſtibus comparentib. examinādi ſunt, iuxtà ea, quæ dicam infra in cap. 13.

25 At quando denunciatio non fit ab officiali, nec coram Iudice ſeculari, ſed coram Iudice Eccleſiaſtico, denunciatio ipſa, vt fit ſecundùm Canones, & dicta Canoniſtarum in hac, vel conſimili forma erit facienda.

For-

**Forma denunciationis faciendæ Iudicibus Eccleſiaſticis.**

*In Nomine Domini. Amen.*

*Die 15. menſis Nouembris anni 1637. Ego N. habitator talis viciniæ deſero, & denuncio tibi D. Vicario talis Reuerendiſſ. Epiſcopi, quòd ſepè vidi D. P. in eadem vicinia intrare domum, in qua habitat, quadam femina ſoluta ab omni vinculo matrimoniali, & ſuſpectæ conuerſationis (Et cùm illum admonuerim, vt à tali conuerſatione deſiſtat, ex eo quòd hoc ſciens, feminam illam ſuam concubinam eſſe credunt, à tali conuerſatione, & domus frequentia non abſtinuit, ſed in illa continuè perſeuerat) hoc vobis denuncio non animo maligno contra ipſum, ſed bono Zelo motus, vt tu, qui es Iudex eius prouideas ſaluti animæ ipſius, & remedium adhibeas huic malo, omni modo meliori, & forma quibus tibi benè viſum fuerit, ne alij ſimile quid cõmittere audiant. Examinariq; ſuper hæc poſſunt A. B. & D. qui ſepè prædictum ingreſſum viderunt, & ſuſpectam cõuerſationem dictæ mulieris cognoſcunt.* Quando autem delictum eſt publicum, ita vt præmonitionem non requirat, iuxta dicta ſupra in num. 9. 10. & 11. omittenda ſunt in d. forma verba illa, quę parenteſi incluſa ſunt: ſed ſtatim poſt verba, *& ſuſpectæ cõuerſationis*, addat: *& hoc tibi denuncio non animo, &c. Ego N. quia ſupra manu propria.*

Forma denunciationis faciendę Superiori, ſiuè Iudici Regulari.

*In Nomine Domini Amen.*

*Die 15. menſis Nouembris 1637. comparet corã te R. P. D. N. Abbati, Præpoſito, vel Priori Monaſterij,* vel alterius D. G. *Et denunciat vobis qualiter D. H. noſtræ Religionis profeſſus, ſingulis menſibus exigit à Banco Mõtis Pietatis huius Ciuitatis Neap. ſub nomine Procuratoris perpetui Domi-*

ni

*ni R. non obſtante, quòd ille mortuus ſit, iam multi ſunt menſes, cum maximo periculo ſcandali in caſu, quo à miniſtris illius Banci, vel ab alio detegeretur falſitas, & cum peiori periculo animę eiuſdem H. ob vitium proprietatis, & cũ à D.F. monitus fuerit, vt deſiſtat à dicta exactione, ad meliorem frugem non eſt conuerſus, ideòq; illum tibi denuncio non animo malignandi contra ipſum, ſed bono Zelo, ad hoc, vt tu, qui es noſter Prælatus, & Iudex, prouideas ſaluti animę eius omni modo meliori, via, & forma, quibus tibi melius viſum fuerit; & ad hanc veritatem cognoſcendam mitti poſſunt aliqui ex noſtris fide digni, vt videant partitas prædicti Banci, & ſolutiones iam factas.* vel dicat. *Et ad hanc veritatẽ cognoſcendam examinari poſſunt. D. F.B. & D. qui de prædictis benè ſunt informati.*

Forma initiandi Proceſſum à Iudicibus Eccleſiaſticis, tàm ſæcularibus, quàm Regularibus procedentibus per viam Denunciationis.

*Die 15. menſis Nouembri 1637. R. D. H. Vicarius Generalis Epiſcopi Reuerẽdiſſ. Ciuitatis* C. vel R. D. N. Abbas, *Præpoſitus, vel Prior SS. Simonis, & Iudæ P cũ facta illi fuiſſet denũciatio à D.F. talis terræ, vel eiuſdem Religionis talis tenoris v3.* Ponatur hic tenor denunciationis, & finito tenore Denunciationis addatur. *Ideòq; ne delicta remaneant impunita, idem R. D. Vicarius præcipit, vt citentur A.B. & C. in dicta denũciatione teſtes nominati, vt tali die compareant coram illo ſub pœna excomunicationis*, vel ſuſpenſionis ſi ſint in ſacris; *ad teſtificandum, prout in actis ſuæ Curiæ*: faciendaq; eſt teſtium citatio; prout dictum eſt ſupra in num. 24. in fi.

Sed apud nos Regulares eſt in vſu ſola citatio verbalis, quæ fieri ſolet, vocando teſtes ad examen, & in actis

Digitized by Google

actis ſcribitur, *talis teſtis vocatus, & præſtito illi iuramento &c.*

Quapropter in proceſſu Regularium poſt tenorem citationis, addatur. *Idei q. D.R.P. Abbas, vel Præpoſ. vel Prior,* (vel dicti RR. PP. ſi ſunt plures, qui iudicare debent.) *ne delicta remaneant impunita exiſtimauit* (vel exiſtimarũt, ſi ſunt plures) *procedendum eſſe ad examinationem teſtium pro dignoſcenda veritate contentorum in d. denunciatione, & prouidendum, prout de iure erit faciendum; vocatoq; A. H. & præſtito illi iuramento de veritate dicenda, &c.* & capiatur ſummaria informatio, ſeruando ea, quæ dicta ſunt ſupra in c. 10. nu. 31. in verſ. ita tamen.

## De Inquiſitione, & modo procedendi per viam inquiſitionis. Cap. XII.

*SVMMARIVM.*

1 *Inquiſitionis via etſi de iure ciuili procedi non poſſit, tamen tali via ſeculares Iudices regulariter procedũt ex conſuetudine in omnibus caſibus.*

2 *Inquirẽdi de quolibet maleficio regulã facere ſibi poſſunt ſeculares Iudices.*

*Fiſcus de cõſuetudine aſſumit partes accuſatoris.*

*Inquiſitionis via contra delinquentes quibuſdam in locis, & etiam in noſtro Regno, facta eſt ordinaria, & accuſationis extraordinaria.*

*Inquiſitionis, & accuſationis via etſi de iure cumulari non poſſint pro eodem delicto, de cõſuetudine tamen cumulantur etiam cum denunciatione.*

3 *Inquiſitionis via de iure Canonico proceditur quòad omnia crimina.*

*Inquiſitio quando ſimul concurrit cum accuſatione in foro Eccleſiaſtico (ceſſante conſuetudine) accuſatio ceſſare facit inquiſitionem.*

*Inquiſitio facienda non eſt ſuper occultis, nec de iure ciuili, nec de iure Canonico.*

4 *Inquiſitionis via in omni fo-*

**Forma denunciationis faciendæ Iudici pro communi bono, nè delicta impunita remaneant.**

*In nomine Domini Amen.*

*Die 12. mẽſis Nouembris 1637. Ego P. Syndicus, ſiue Iuratus talis villæ, ſeu talis terræ, notifico tali Iudici, & apud acta eius, quòd diebus elapſis huius menſis, & anni fuit commiſſum furtum magni valoris in tali loco eiuſdem Villæ B. talis Terræ. Et teſtes de hoc informati ſunt A. B. C.* Si autem non eſt Officialis proprium nomen tantùm proferat.

*Ego P. N. qui ſupra, ſcripſi manu propria.*

Si autem ipſe denũciator ſcribere neſciat, vel ſi ſciat, & ſcribere non vult prędicto modo, apud acta deponat, & Notarius, ſiue Actuarius in actis denunciationem eiuſdem tenoris in tertia perſona ſcribat, vt per Clar. in d. q. 7. num. 10.

18 Ad denunciationem faciendam de iure ciuili non admittuntur niſi Officiales ad hoc munere deputati, cuiuſmodi eſſe ſolẽt, Syndici, Iurati, Maſſarij, aut conſimiles, quocunq; nomine nũcupentur, vt dicit Iodoc. in ſua prax. crim. c. 6. tit. de denunc. num. 1. ſed Clar. in d. q. 7. nu. 7. verſ. dixi ſupra teſtatur, de conſuetudine paſſim ſeruari, vt quilibet accedat ad Iudicem, & denunciet iniuriam ſibi, vel alteri factam, & Iudices de facili procedere, vt per Alber. in l. ea quidem nu. 9. C. de accuſat. ſumptis prius debitis indicijs, eſſeq; bonam praxim, dicit, nè delicta remaneant impunita. De qua communi praxi teſtatur Angel. de malefic. in verſ. nec nõ ad denunciationem nu. 4. & Socin. in cap. qualiter, & quando il 2. num. 81. de accuſationibus.

19 Et quãuis Bar. in l. Diuus nu. 7. ff. de cuſt. reor. dicat, prohibitum accuſare, eſſe etiam prohibitum denunciare,

ciare, tamen Clar.in d.q. 7.num.2. diſtinguit, quòd aut agitur de delicto, ſuper quo poteſt Iudex ex officio per viam inquiſitionis procedere, ſiue de iure, ſiue de conſuetudine, & tunc dicit, quòd quilibet admittitur ad denunciandum, ſiue hoc faciat ex motu proprio, ſiue ex neceſſitate officij: & in hoc caſu procedere dicit ſupra relatam conſuetudinem. Additq; talem denũciationem modici eſſe momenti: quia nihil aliud operatur, niſi quòd aperit Iudici viam ad inquirendum: nec ex illa poteſt Iudex ad citationem, vel capturam procedere, niſi habitis priùs contra denunciatum legitimis indicijs, iuxta ea, quę ipſe dicit in q.28. num. 2.

20 Aut agitur de delicto, ſuper quo ex conſuetudine, vel ſtatuto aliquo procedi non poteſt, niſi ad inſtantiam Partis, & tunc rectè procedere, dicit Clarus, ſentẽtiam Bartoli vbi ſupra, vt qui nõ poteſt accuſare, nec poſſit denũciare: nam alioquin fieret fraus legi, ſi admitteretur ad denunciandum qui accuſare non valet.

Quia autem in noſtro Regno per Ritus Magnę Curiæ 191.& 192. nullus admittitur ad accuſandũ tãquam vnus de populo, niſi ſuam, ſuorumq; iniũriam proſequatur, nec eſt admittendus ad denunciandum, ob prædicta.

21 Sed de iure Canonico ad denunciandum admittuntur omnes, non ſolũ quando aliquod intereſſe habent, ſed etiam ſi ſine illo denunciationem facere velint, vt in c. illa, & ibi gloſ. Panorm. & alij de accuſat. Dummodò denunciare volentes, viles perſonæ non ſint: namq; hi à denunciatione repelluntur, vt dicit gloſ. in c. 1. de accuſat. & eſt tex. in c. cùm in tua de ſpõſ. lib. vbi hoc notat gloſ. ex illo

textu, dicens, quòd denũcians eſſe debet honeſta perſona, & grauis, aliàs repellitur; & ead. gloſ. in ver. perſonam ex eodem textu ſumit argumentum, criminoſos ad criminis denunciationem nõ eſſe admittendos; quod etiam affirmat ead. gloſ. in d. c. 1. de accuſ. & notat in cap. cùm dilectus eod. tit. nec admittendi ſunt conſpiratores in eum, cuius crimẽ denũciant, vt in d. c. cùm dilectus. Repelluntur etiã à denunciatione faciẽda infames iuris, & facti, ac etiam iuris tantùm, vt per Iodoc. in ſua praxi crim. c. 6. nu. 3. poſt Abbatem, & alios Scribentes in d. c. 1. de accuſat. item & illi repelluntur, qui monitione non præmiſſa denunciant, vt in c. 2. & c. cùm dilectus, & ibi gloſ. in ver. præmonitũ de accuſat. & in c. licèt Hely de ſimon.

22 Scias autẽ quòad Officiales deputatos, ſeu qui ex officio tenentur ad denuncianda delicta, Canoniſtas communiter tenere, illos denunciare non poſſe, niſi delicta, quæ sũt notoria; vt teſtatur Soci. in d. c. qualiter, & quãdo, il 2. poſt num. 179. de accuſat. ſed Clar. in d. q. 7. n. 5. dicit, quòd quidquid ſit de iure, de conſuetudine ita ſeruatur, vt denun ciẽt delicta etiam occulta, vt ſi illa nõ denuncient puniantur pœna ſtatuti contra Officiales non denunciantes expreſsè, & hoc admittere etiam ſtylum Curiarum Eccleſiaſticarum, dicit ex Diaz in praxi crim. Canon. c. 6. niſi delictum illud adeò eſſet occultum, vt Officialis non denuncians à dolo, & lata culpa excuſari poſſit. Teneturq; Officiales prædicti denunciare etiã delicta non punibilia, vt quia quis bannitum occidit, vel alium ob defenſionem propriæ vitę: nam ad ipſos non pertinet iudicare, an delictum punibile

bile ſit, vel non, vt dicit Bart.in l.ſi quæ in graui §. ſi meritus ff. ad Syllan. communemq; hanc eſſe ſententiam ex Arimin. ad Angel. de malefic. in ver. nec non ad denunciationem num.7.dicit Clar.in d.q.7. num. 6.vbi etiam ita praxim ſeruare affirmat, non ſolùm quòad delicta, ſed etiam quòad mortes violentas, quç caſu eueniunt.

23 Denunciatione iam facta priuſquam Iudex proceſſum formare incipiat, procurare debet ex conicturis cognoſcere quando occultum delictũ fuit denũciatum, an quis ex calumnia ad denunciationem faciendam deuenerit, nè alicui iniuſtam, odioſamq;moleſtiã faciat. Hancq; diligentiam maximè adhibere debent Iudices Regularium, conſiderando diligenter tàm perſonam denũciantem, quàm denũciatam. Nam ſi denunciator eſſet malæ famæ, vel pacis perturbator, vel alio modo diſcolus in Religione exiſtimatus, vel murmurator, qui aliorum famam facilè denigrare ſolet; Denũciatus autem vir eſſet probatç vitæ, & per plures annos in Religione laudabiliter ſit conuerſatus, talis denunciatio acceptanda nõ eſt,per ea,quç dicunt Rodoriq. in qq. regular.tomo 2.q.6.a.8. & Thomas à Ieſu in ſuo tract. de Regular.viſit. tract.1,c.17.n. 1.2.& 3.& Lezana tomo 1.qq.Regul. c.27.nu.21. niſi fortè, vt ipſi dicunt, denũcians munus accuſatoris ſubire velit, obligans ſe ad pœnã talionis. Et hoc ſeruãdum eſſe dicit Thomas à Ieſu in d. c. 17. nu. 1. etiam ſi denuncians ſit vir eminens, & probatæ vitæ,quando denunciatus eiuſdẽ eſt qualitatis, quia ſepè Angelus tenebrarum in Angelum lucis ſe trãsfomare ſolet, & viri aliàs pijſſimi aliqua

paſſione ducti ſe præcipites dant in proximorum depreſſionem. Et dicit Lezana in d.cap.27.n.21. poſt Thomam à Ieſu in d.c.17.n.5.& 6.regulariter admittendam inter Regulares non eſſe denũciationem iuridicam, ſi emenda fratris alio remedio ſeparari non poteſt. Idemq; dicit Lezana,ſeruandum eſſe,quando delictum non eſt publicum, neq;delinquens infamia laborat, ſed vel occultè puniendum eſſe dicit,ſi emendationem promittat, vel dimittendum eſſe, ſi culpā neget;& ita refert tenere Sot.de tegen.mẽbr.2.q.4.concluſ.15. & Suar.in 4.tom. de Relig. lib.10.cap.12.n.37.& 38. qua diligentia adhibita, ſi caſus talis eſt, vt denunciatio omninò ſit admittenda, Iudex proceſſum incipere poteſt,& diligẽter teſtes examinare ad inquirendam veritatem, iuxtà ea,quæ facienda eſſe dixi ſupra in cap. 10. n. 30.& 31. quando proceditur per viam accuſationis: nam cùm fũgatur denunciatio vice accuſationis, eodem modo, quo proceditur ad inquirendum per viam accuſationis,procedi debet per viā denũciationis, cùm loco accuſationis ſubrogetur, vt patet ex d. c. qualiter, & quando il ſecondo, de accuſat. & ſubrogatum ſapit naturam eius, in cuius loco ſubrogatur, l. ſi eum, §.ſi iniuriarum. ff. ſi quis caution. l. quod debitori,& ibi Dyn. ff. de donat.cauſ.mort.

24 Et cùm denunciatio ſit ſecundus modus, per quem, ſicut per accuſationem,aperitur via Iudici ad inquirendum, quādo ſcilicet denunciatio ſit apud acta, quòd aliquis delictum aliquod commiſerit(iuxta ea, quæ ſupra dicta ſunt)ſitq;modus hic ordinarius procedēdi, ſicut eſt accuſatio, & inquiſi-

ſitio, vt dicit Boſſ. in ſua praxi tit. de denunc. nu. 1. & communem hanc eſſe Doctorum ſententiam dicit, eodem modo aperitur per illam via ad inquirendum, ſicut aperitur per accuſationem, & inquiſitionem, ita vt nihil aliud operetur, niſi vt ſuccedat loco accuſationis, & posſit Iudex de denunciato delicto inquirere, quod facere non poſſet non precedente diffamatione, vel quærela, ſiue accuſatione, vt dixi ſupra in c. 1. & tradit hæc Clar. in d. q. 7. n. 1. Ideòq. facta denunciatione, Iudex ſuper ea aſſumit informationes, & indicia, illiſq; aſſūptis, format inquiſitionē, in principio cuius narrare debet, quatènus propter denunciationem datam per talē Officialem, quando ab Officiali data eſt, vel per talem perſonam quando ab alio, qui denunciare non prohibetur, data eſt. Et quando data eſt ab Officiali debet dicere, quòd ideò ipſe intendit ex officio procedere, prout facere ſolere communem Iudicum obſeruātiam, teſtatur Clar. in d. num. 1. ex praxi Pap. in for. inquiſ. in ver. Hæc eſt quædam inquiſitio, poſt num. 38. & Boſſ. vbi ſupra in num. 2. Et idem fieri poſſe dicit ipſe Clar. in fin. d. num. 1. quando denunciatio facta eſt ab eo, qui non ex neceſsitate officij, ſed ſpontè denunciat. Fieriq. hoc poteſt in hac forma.

Forma initiandi Proceſſum à Iudice ſæculari quando procedit ob denunciationem Officialis, vel alterius, qui denunciare non prohibetur.

*Die 15. Menſis Nouembris anni Domini 1637. Dominus N. Iudex talis loci, cum facta illi fuiſſet denunciatio ab N. officiali eiuſdem loci, ſeu territorij talis villæ, ſub die 12 eiuſdem menſis, & anni de furto magni valoris, in tali loco cō-*

*miſſo à B. talis terræ, prout in d. denunciatione talis teno-ris, v3.* Et hic ponenda eſt forma denunciationis factæ, prout ſupra in num. 17. & poſtea addatur; *nè delicta remaneant impunita ex officio procedere intendens contra B. prout ſupra denunciatum, præcipit, vt citentur A C. & B. teſtes in dicta denunciatione nominati; vt tali die compareant coram illo ſub tali pœna ad teſtificandum, prout in actis ſuæ Curiæ.* Si autem denuncians non eſt officialis, omittatur in initio prædicto ly *officialis*, &c. Et exprimatur tantùm nomen denunciantis.

Citandiq. ſunt teſtes perſonaliter, vel ab ipſo Iudice oretènus, vt in l. ſancimus in fin. de iudic. ſcribēdo in actis, ita factū fuiſſe, vel per literas etiā in actis regiſtratas, in quibus præcipiatur, prout ſupra in hac forma dictum eſt, & iuxta morem mittātur literæ prædictæ p̄ Nūcium, q̄ eos citare debet perſonaliter, vel in domo propriæ habitationis, in quo caſu relinquere debet domi copiam citationis, & relationem faciat apud acta de citatione facta, & de modo, quo illam fecit, vt deducitur ex cap. fin. de dolo, & contumac. & ex Soci. in tract. de cit. art. 24 num. 3.

Adueniente autem die præfinita in dicta citatione, & teſtibus comparentib. examinādi ſunt, iuxtà ea, quæ dicam infra in cap. 13.

25 At quando denunciatio non fit ab officiali, nec coram Iudice ſeculari, ſed coram Iudice Eccleſiaſtico, denunciatio ipſa, vt ſit ſecundùm Canones, & dicta Canoniſtarum in hac, vel conſimili forma erit facienda.

For-

**Forma denunciationis faciendæ Iudicibus Eccleſiaſticis.**

*In Nomine Domini. Amen.*

*Die 15. menſis Nouembris anni 1637. Ego N. habitator talis viciniæ deſero, & denuncio tibi D. Vicario talis Reuerendiſſ. Epiſcopi, quòd ſepè vidi D.P. in eadem vicinia intrare domum, in qua habitat, quadam femina ſoluta ab omni vinculo matrimoniali, & ſuſpectæ conuerſationis (Et cùm illum admonuerim, vt à tali conuerſatiòne deſiſtat, ex eo quòd hoc ſciens, feminam illam ſuam concubinam eſſe credunt, à tali conuerſatione, & domus frequentia non abſtinuit, ſed in illa continuè perſeuerat) hoc vobis denuncio non animo maligno contra ipſum, ſed bono Zelo motus, vt tu, qui es Iudex eius prouideas ſaluti animæ ipſius, & remedium adhibeas huic malo, omni modo meliori, & forma quibus tibi benè viſum fuerit, ne alij ſimile quid cõmittere audiant. Examinariq; ſuper hæc poſſunt A. B. & D. qui ſepè prædictum ingreſſum viderunt, & ſuſpectam cõuerſationem dictæ mulieris cognoſcunt.* Quando autem delictum eſt publicum, ita vt præmonitionem non requirat, iuxta dicta ſupra in num. 9. 10. & 11. omittenda ſunt in d. forma verba illa, quę parenteſi incluſa ſunt: ſed ſtatim poſt verba, *& ſuſpectæ cõuerſationis*, addat: *& hoc tibi denuncio non animo, &c. Ego N. quia ſupra manu propria.*

Forma denunciationis faciendę Superiori, ſiuè Iudici Regulari.

*In Nomine Domini Amen.*

*Die 15. menſis Nouembris 1637. comparet corã te R.P.D.N. Abbati, Præpoſito, vel Priori Monaſterij,* vel alterius D.G. *Et denunciat vobis qualiter D.H. noſtræ Religionis profeſſus, ſingulis menſibus exigit à Banco Mõtis Pietatis huius Ciuitatis Neap. ſub nomine Procuratoris perpetui Domi-*

actis ſcribitur, *talis teſtis vocatus, & præſtito illi iuramento &c.*

Quapropter in proceſſu Regularium poſt tenorem citationis, addatur. *Ideo q. D.R.P. Abbas, vel Præpoſ. vel Prior,* ( vel dicti RR. PP. ſi ſunt plures, qui iudicare debent. ) *ne delicta remaneant impunita exiſtimauit* ( vel exiſtimarũt, ſi ſunt plures) *procedendum eſſe ad examinationem teſtium pro dignoſcenda veritate contentorum in d. denunciatione, & prouidendum, prout de iure erit faciendum; vocatoq; A. H. & præſtito illi iuramento de veritate dicenda, &c.* & capiatur ſummaria informatio, ſeruando ea, quæ dicta ſunt ſupra in c. 10. nu. 31. in verſ. ita tamen.

## De Inquiſitione, & modo procedendi per viam inquiſitionis. Cap. XII.

### *SVMMARIVM.*

1 *Inquiſitionis via etſi de iure ciuili procedi non poſſit, tamen tali via ſeculares Iudices regulariter procedũt ex conſuetudine in omnibus caſibus.*

2 *Inquirẽdi de quolibet maleficio regulã facere ſibi poſſunt ſeculares Iudices.*

*Fiſcus de cõſuetudine aſſumit partes accuſatoris.*

*Inquiſitionis via contra delinquentes quibuſdam in locis, & etiam in noſtro Regno, facta eſt ordinaria, & accuſationis extraordinaria.*

*Inquiſitionis, & accuſationis via etſi de iure cumulari non poſſint pro eodem delicto, de cõſuetudine tamen cumulantur etiam cum denunciatione.*

3 *Inquiſitionis via de iure Canonico proceditur quòad omnia crimina.*

*Inquiſitio quando ſimul concurrit cum accuſatione in foro Eccleſiaſtico (ceſſante conſuetudine) accuſatio ceſſare facit inquiſitionem.*

*Inquiſitio facienda non eſt ſuper occultis, nec de iure ciuili, nec de iure Canonico.*

4 *Inquiſitionis via in omni fo-*

no ſeruanda eſt ob ſolam publicam vtilitatem.

Actionibus congruis in iudicio pro priuato commodo procedendum eſt, & ſic ad inſtantiã Partis, non autem ex officio Iudicis.

Iudicis officiũ à Parte implorandum eſt.

Inquirere ob priuatum commodum Iudex non poteſt, etſi hoc fallat in quibuſdã cauſis ciuilibus, non tamen in criminalibus.

5 Inquiſitionis modus duplex, generalis, & particularis; & generalis ſubdiſtinguitur in ordinarium, & extraordinarium, & explicatur modus ordinarius.

6 Inquiſitionis faciẽdæ extraordinarius modus eſt ille, qui fit à Iudice delegato.

Inquiſitionem extraordinario modo faciunt Viſitatores Regularium.

Iudiciaria correctio ſubditorum primo loco ſpectat ad Superiorem.

7 Inquirẽdi delicta ſpecialis modus alius eſt ordinarius, alius extraordinarus, & vterq; modus explicatur.

Viſitatores noſtræ Religionis inquirentes præueniẽdo Præpoſitum, inquirunt iuriſdictione ordinaria.

8 Inquiſitio generalis eſt in vſu, & præcepta apud Eccleſiaſticos: faciendaq; eſt frequẽter à Regularibus, & de biennio in biennium à Prælatis ſecularibus.

Inquiſitio generalis nemini eſt iniurioſa, ſed valdè vtilis publico bono, & nõ prærequirit infamiam, aut clamoroſam inſinuationem, nec accuſationem, vel denunciationem.

9 Inquiſitionem generalem facere Prælati poſſunt tanquã Patres, vel tanquam Iudices: ſed de illa ſola, quam faciunt tanquam Iudices hic tractatur.

In inquiſitione generali ſunt tantùm inquirenda, & manifeſtanda delicta, quæ publica ſunt, aut quæ per teſtes probari poſſunt, & de illis aliqua præcedit infamia, vel clamoroſa inſinuatio.

Infamia non laborans, nulla pœna eſt afficiendus, etiam ſi duo teſtes iurati affirment, illum vidiſſe committere delictum.

10 In inquiſitione generali non tenentur Superiores monere ſubditos nè reuelent peccata omninò occulta, cùm talis reuelatio iure naturæ ſit vetita.

11 In-

11 *Inquiſitio generalis fit quò- ad delicta, & perſonas delinquentes.*
*Inquiſitionis generalis deſcriptio.*
12 *Inquiſitionem generalem facere poſſunt omnes habentes Imperium, & iuriſdictionem.*
*Prælatus Eccleſiaſticus ſolus inquirere non poteſt, ſed facere hoc debet cum ſenioribus Eccleſiæ.*
*P. Generalis noſtræ Religionis quãdo inquirere ſolus poteſt.*
*Inquiſitio generalis appellatur præparatoria ad inquirendum in ſpecie.*
*Poſt inquiſitionem generalem quãdo in ſpecie inquiri poteſt.*
*Pœnitentia non tollit vindictam publicam.*
*Si ex inquiſitione generali reperitur aliquem deliquiſſe, ad inquiſitionem ſpecialem contra illum procedi poteſt.*
13 *In inquiſitione generali, ſi teſtes generaliter interrogati, nominant aliquem, aperitur via ad inquirendum contra illum etiam nulla præcedente fama.*
*Ex inquiſitione generali ſi reſultet ſufficiens iudicium contra aliquem, ille citari, & capi poteſt abſq; ſpeciali inquiſitione.*
14 *Inquiſitionis ſpecialis deſcriptio.*
*Inquiſitio ſpecialis, vt iuſtè, validèq; fiat, faciẽda eſt coram Iudice competenti: crimen eſſe non debet leue: & præcedere debet clamoroſa inſinuatio.*
15 *Ad inquiſitionem faciendam vt fama ſufficiat, procedere debet à fide dignis, qui à duobus teſtibus iuratis in actis sũt nominandi in ipſo principio inquiſitionis.*
16 *Inquiſitionem præcedere infamia debet.*
*Infamia quid.*
*Inquiſitionem ſi faciat Iudex infamia non præcedente, tenetur ad damna; & inquiſitus dicere poteſt de nullitate talis inquiſitionis ante litis conteſtationem.*
*Infamia recens orta, aut poſt capturã, vel poſt quam proceſſus formari cœpit, nõ infamat.*
17 *Infamia non eſt probata ſi duo teſtes iurati affirment, ſe à pluribus audiuiſſe.*
*Dictio* Plures *non verificatur in duobus, quando agitur de probanda infamia: ſed ad illã probandam clamores aliqui præcedere debent, & quid ad hoc teſtes probare debeant.*
*Teſtis dicens audiuiſſe aliquid publicè probat famam, ſi interrogatus nominet eos, à quibus audiuit.*
18 *Ad famam probandam duo*

teſtes ſufficiunt.
Teſtes probantes famam ſcire debent quid ſit fama; & explicatur quomodo ſit hoc intelligendum.
Fama quid ſit, ſecundùm Gādinum.
Vulgatus modus loquendi ſēper eſt præferendus in explicatione cuiuſcunq; ſermonis.
Iudex non tenetur interrogare teſtes, an ſciāt quid ſit fama.
19 Ad inquirēdum contra Prælatos quæ infamia præcedere debet, & quæ contra ſubditos.
20 Ad inquirendum ſpecialiter, deficiente infamia, ſufficiunt indicia ſecundùm praxim receptam, & explicatur quomodo ſit hoc practicandum.
21 Indicium ſufficiens ad formādam inquiſitionem ſpecialem debet eſſe graue, id eſt proximum, non remotum, & per duos teſtes probatum.
22 Indicium graue, ſeu proximum ſufficiens ad inquirendum, ſpecialiter eſt illud, quod frequenter, & facilè contingit adeſſe; & ponitur exemplum. Et quod eſt leue, & remotum in nu. 23.
23 Indicia remota quando ſunt plura ad inquirendum ſufficiunt.
24 Indicia proxima ſi indubitata ſunt, ſufficiunt etiā ad condemnandum.

Indicia indubitata ſunt illa, quæ à lege ſunt approbata.
25 Indiciorum ſufficientium ſecundùm aliquos ad condemnandum pœna ordinaria exēpla ponuntur.
Ob indicia indubitata imponēda non eſt pœna ordinaria, ſed alia minor Iudicis arbitrio.
Ioa. Franc. de Ponte olim Regens Cancellariæ huius Regni, poſtea Clericus Regularis.
26 Pœna etiam corporalis, ſi ordinaria ſit minor, imponi poteſt, quando indicia ſunt indubitata, & præſumptiones vehementiſſimæ ſecūdùm aliquos.
27 Pœna nec corporali, nec pecuniaria puniri quis pōt ob indicia indubitata, & præſumptiones vehementiſſimæ ſecundùm veram Innoc. ſententiam.
28 Inditium indubitatum quid ſit.
Cautè legēdus Thomas à Ieſu, quatènus ait, quòd ex grauiſſimis indicijs deueniri poteſt ad pœnam criminis ordinariam.
Ob indicia indubitata an reus condemnandus aliqua pœna ſit, vel torquēdus, arbitrio Iudicis eſt relictum.
29 Ex indubitatis indicijs etiam violentiſſimis reum condēnandum non eſſe ordinaria pœna, tenet

*tenet ex Theologis Leſſius, & probat, ad extraordinariam pœnam minorem dãnandum eſſe in num. 30.*

31 *Inditium indubitatum non inducit moralem certitudinẽ, fuiſſe delictum cum ſcelere commiſſum.*

32 *Infamatus deficiens in purgatione canonica etſi puniri poſſit, tamen non eſt puniẽdus pœna corporis afflictiua.*

33 *Pœna ordinaria puniri quis poteſt ex ſolis indicijs, in quatuor caſibus, qui referuntur.*

34 *Inquiſitio ſpecialis, deficiente infamia, ſine indicijs formata, eſt nulla, etiam ſi fiat ex officio, vel mãdato Principis; niſi Princeps hoc faciat ex motu proprio, ſecundùm aliquos.*

*Principis mandatum ad inquirendum ſpecialiter de aliquo delinquente proprio motu factum, ſupplet defectũ inditiorum, ſi expreſsè aſſerat, illum deliquiſſe, ſecundùm aliquos.*

*Principis nomine quòad mandandam inquiſitionem de ſpeciali delinquente, venit nõ ſolùm Papa, ſed Epiſcopi, & Generales Religionum.*

*Inquiſitio ſpecialis fieri non poteſt, deficiente infamia, & deficientibus inditijs, nec ex mãdato Principis proprio motu facto ſecundùm veriorem ſententiam.*

*In inquiſitione ſpeciali eſt reo manifeſtandum, adeſſe contra illũ inditia, vel infamiam, vt teneatur delictum propalare.*

*Forma incipiendi inquiſitionẽ generalem.*

35 *Inquiſitionis nullitas, ex eo, quòd facta ſit ſine indicijs, vel ſine infamia, ſi à reo ſcienter non opponatur debito tempore, opponi amplius non poteſt.*

*Ignorans, & errans non conſentit.*

36 *Ad inquirendum in crimine hæreſis, & Apoſtaſiæ à fide diffamatio non eſt neceſſaria nec in crimine læſæ Maieſtatis humanæ. Nec quando inquiſitio fit ad vitandum futurum aliquod graue malum in nu. 37.*

38 *Inquiſitio ſpecialis, deficiente fama, & deficientibus indicijs, fieri poteſt præcedente ſemiplena probatione.*

*Semiplenam probationem facit vnus teſtis omni exceptione maior: & explicatur quis ille ſit.*

39 *Inquiſitio, quæ fit, nulla infamia præcedente quando ſemiplena probatio præcedit, nõ eſt contra iura, ſi fiat iuxta dicta ſupra in nu. 20. & ſic ſaluatur doctrina Caietani, & Soti ab impugnatione Nauarri.*

*Semiplena probatio ſufficit ad in-*

Digitized by Google

*inquirendum ſpecialiter, etiam contra Regularem.*
*Semiplena probatio inducit reum in publicã notitiã, ſicut indicia probata, aut infamia.*
*Semiplena probatio, quam facit vnus teſtis omni exceptione maior, ſufficit ad capiendum, inquerẽdum, & ad torturam.*
40 *Semiplenam probationem facit vnus teſtis omni exceptione maior tàm in ciuilibus, quã in criminalibus contra Cynũ, & alios.*
41 *Inquiſitio generalis eſt ab Epiſcopo incipienda præmiſſo edicto.*
*Forma edicti pro incipienda inquiſitione generali.*
*Inquiſitionem generalem Prælati, & Viſitatores Regulares quomodo incipere debeant.*
42 *In inquiſitione generali quæ ſunt generaliter interrogãda.*
43 *Forma procedendi per viam inquiſitionis ſpecialis, quando ex inquiſitione generali reſultat cognitio ſpecialis contra aliquem.*
44 *Ex inquiſitione generali, ſi non infamia, ſed indicia reſultent, quomodo ſit procedẽdum.*
*Et quõ quando nec infamia, nec indicia reſultant, ſed tantũ ſemiplena probatio, in nu. 45.*
46 *Inquiſitio quomodo ſit formanda ſpecialiter, quando cum infamia præcedit clamoroſa inſinuatio.*
*Forma incipiendi proceſſum per viam inquiſitionis quando cum infamia clamoroſa inſinuatio præcedit.*
47 *Inquirere Iudex poteſt de annexis, connexis, emergentibus, & dependentijs, etſi quòad illos, inquiſitus infamia non laboret.*
48 *Infamatus de vno delicto ſi aliud delictum cum illo connexum fateatur, de quo infamatus non eſt, etiam de illo inquiri poteſt, & puniri.*
*Notorium iuris efficitur peccatum per confeſſionem rei, in iudicio factam, & notorietas illa dicitur fictus accuſator.*
*Delictum in iudicio incidẽter confeſſum, ſi contingat delictũ principale, in eodem iudicio puniri poteſt: ſed quando illud non contingit, faciendus eſt nouus proceſſus.*
*Forma incipiendi nouum proceſſum quando incidenter cõtra reum detegitur aliud delictum à priori ſeparatum.*
49 *Inquirere, & poſtea punire vt poſſit Iudex delictum, à reo incidenter in iudicio confeſſum, ſufficit vt iudicialiter talis confeſſio facta ſit, vt notoria iuris dicatur.*
50 *Inquiſitio fieri poteſt nulla*

*præ-*

*praecedente accuſatione, denunciatione, aut infamia, quando quis captus eſt in flagranti crimine à teſtantibus de viſu.*

*In flagrãti crimine repertum omnes capere poſſunt, etiam ſi ille ſit clericus, dummodò intra ſpatium 20. horarum proprio Iudici praeſentent.*

51 *In flagranti crimine captus quomodo ſit expediendus.*

52 *Inquiſitionem facere valet Iudex nulla praecedente accuſationẽ, denunciatione, aut infamia, quando videt aliquem delinquere.*

1 TErtium modum procedendi in cauſis criminalibus ſupra in c. 1. nu. 1. diximus, eſſe per viã inquiſitionis, prout habetur in c. qualiter, & quãdo il 2. de accuſat. iuxta quẽ modum etſi de iure ciuili non poſſit Iudex regulariter contra aliquem procedere, quia ſecundùm gloſ. communiter receptã in l. 2. §. ſi publico in verſ. ſine accuſatore ff. de adulter. vt teſtatur Angel. ibid. in nu. 2. & ex illo Clar. in §. fi. q. 5. num. 2. Addens, quòd ſecundùm ius commune nullam hoc habet difficultatem: tamen ex conſuetudine, dicit, poſſe Iudicem ſecularem regulariter procedere per viã inquiſitionis in omnibus caſibus; eſſeq; hanc conſuetudinẽ generalem teſtatur Gandin. de malefic. in tit. quomodo cognoſcatur de maleficijs per inquiſitionem poſt n. 6. in verſ. ſed hodie, relatus a Baldo in l. ea quidem in nu. 44. C. de accuſat. Ioan. Andr. in addit. à Speculator. in titulo de inquiſitione, verſ. quando autem, in princ.

2 Iudices itaq; ſeculares fori ex conſuetudine facere ſibi poſſunt regulam inquirẽdi de quolibet maleficio, prout refert Clar. qui prędictos, & alios multos de hac conſuetudine teſtantes citat in d. §. fi. q. 3. num. 6. ver. ſed certè; & rationẽ reddit Clar. ibid. quia hodie Fiſcus de conſuetudine in quocũq; cri-

mine

mine efficitur accuſator, & Aduocati, & Syndici fiſcalis aſſumunt partes accuſatoris, etiam ſi pars nõ querelet, & ita praxim ſeruare affirmat, additq; in aliquibus locis remedium inquiſitionis factum eſſe ordinarium, & accuſationis extraordinarium, prout eſſe, dicit, in noſtro Regno Neapolitano, in quo nullus admittitur ad accuſandum, niſi ſuam, vel ſuorum iniuriã proſequatur, vt dixi ſupra in c. 10. num. 24. Hinc autem infert ipſe Clarus in d. q. 3. nu. 7. quòd etſi de iure accuſatio, & inquiſitio ſimul cumulari nõ poſſint ita ſcilicet, vt eodem tẽpore procedi poſſit vtraq; via contra eundem delinquẽtem pro eodem delicto, teſte Romano in l. edita in nu. 138. C. de eden. ſed accuſatio facit ceſſare inquiſitionem. Attamen de conſuetudine eodem tẽpore vtraq; via procedi poſſe, ipſe Clarus ibid. affirmat, ſiue accuſatio, ſiue inquiſitio præceſſerit; & cũ illis etiam denunciationis viã concurrere poſſe affirmat in eodẽ proceſſu; & ſuper omnibus vnicam ſententiam ferendam eſſe dicit poſt Doct. quos citat.

3 De iure etiam Canonico indifferẽter ſuper omnibus criminibus procedi per inquiſitionem poſſe ob publicam vtilitatẽ, dicit Socin. in d. c. qualiter, & quando il 2. n. 398. de accuſat. eſſeq; hanc cõmunem Doctorum concluſionem teſtatur, & illã tenere dicit Archid. in c. Felicis §. fi. de pœn. lib. 6. ſed quamuis inquiri poſſit cenſeo tamẽ, quòd in foro Eccleſiaſtico, etiam Regularium, ſi ſimul concurrat cum inquiſitione accuſatio, per vtramq; viam ſimul procedi non poteſt, ceſſante in illo conſuetudine hoc faciendi (quam adeſſe videtur ſentire Baiard. ad Clar. in d. q. 3. nu. 5.) nam illa ceſſante, ſtandum

dũ eſt diſpoſitioni iuris, vt accuſatio ceſſare faciat inquiſitionẽ, iuxta ſupradictam ſentẽtiam Romani in d.l. edita num. 138. Imò ſi inquiſitio formetur per vnum Iudicem, & accuſatio formetur corã alio Iudice, tunc etiam vbi viget prędicta cõſuetudo, inquiſitio ſilere debet; quia electio Iudicis, ad actorem pertinet, per tradita ab Angel. de Vbaldis in l. ſi vacantia num. 321. C. de bon. vacant. lib. 10. & inquiſitionem faciendam non eſſe ſuper occultis criminibus, nec de iure ciuili, nec de iure Canonico dicit Socin. ſupra in num. 339. ſed ſolummodò ſuper famoſis faciendam eſſe dicit ibi. in num. 440.

4 Priuſquam autem procedam ad explicandum hunc modũ procedendi, aduerte, quòd non ſolùm de iure Canonico ob ſolam publicam vtilitatem hac via procedẽdum eſt, ſed etiam de iure ciuili, & in omni foro: nam regulariter Iudex ob priuatũ commodum inquirere non poteſt; quia pro priuato commodo congruis actionibus eſt procedendum, vt in c. 1. de libelli oblat. Et omnia, quæ ob priuatam vtilitatem in iudicio aguntur, ad poſtulationem Partis agitari debent, nõ autem ex officio Iudicis. l. 2. C. vt quæ deſ. aduoc. part. l. ad peremptorium ff. de iudic. Auth. qui ſemel C. quomodò, & quan. Iudex, l. Sãcimus C. ad Trebell. Ac etiam Iudicis officium à Parte implorandum eſt, ſecundùm Ioa. Andr. & Doctores in c. fi. de foro cõpet. lib. 6. & ſecundùm Innoc. & Doctores in c. ad noſtram il 2. de iureiur. Et hanc ſententiam tenet Socin. in d. c. qualiter, & quando il 2. de accuſat. in num. 349. vbi regulam negatiuam ponit, quòd Iudex non poteſt inqui-

rere ob priuatum commodum, & ibidem, ac in num. 350. & ſequentibus nonnullas fallentias ponit, quę ad cauſas ciuiles, non autem ad criminales pertinent.

5 Modus hic procedendi per viam inquiſitionis ad inquirenda delicta, duplex eſt, alius generalis; alius ſpecialis, ſeu particularis. Generalis modus inquirendi delicta ſubdiſtinguitur in ordinarium, & extraordinarium. Ordinarius modus generalis inquirendi delicta eſt ille, qui fit à Iudice ordinario, vtputà, ab Archiepiſcopo viſitante Prouinciam, ab Epiſcopo viſitante Diœceſim ſibi ſubditam, & à Generali Religionis viſitante ſuam Religionem; de quo modo eſt tex. in c. 1. §. ſanè, & §. hanc autē de cenſibus lib. 6. & c. placuit 10. q. 1. & tradit Speculat. in tit. de inquiſitione §. quando. De quo inquirendi modo ita loquitur tex. in d. §. ſanè: *Sanè huiuſmodi impēſurus officium, propoſito verbo Dei, querat de vita, & conuerſatione miniſtrantium in Eccleſijs, & locis alijs, diuino cultui deputatis, ac ceteris, qua ad officium ipſum ſpectāt, abſq; coactione, & exactione qualibet iuramenti ad ipſorum emendationem per ſalubria monita, nunc leuia, nūc aſpera, iuxta datā ſibi à Deo prudentiam, diligenter intendens. Quòd ſi de aliquibus orta fuerit infamia contra eos, Ordinarijs ipſorum (vt ſuper his ſolemniter inquirant) denunciet, ſi viderit expedire. Notoria verò crimina, quę examinatione non egeant (cùm ſuper his meritò notari poſſit Ordinariorum negligentia eorundem) liberè corrigat: pœnā pro illis debitam infligēdo.*

6 Extraordinarius modus generalis inquirendi delicta eſt ille, qui fit à Iudice delegato, ſecundùm gloſ. in c. quoniam contra in-

in verſ. extraordinario de probat. & Innoc. ibid. & Soci. in c. qualiter, & quãdo il 2. num. 65. in ver. extraordinaria, de accuſat. prout etiam quòad Regulares ſunt Viſitatores deputati ad viſitandam Prouinciam, vel Religionem, per ea, quæ poſt gloſ. in c. in ſingulis verſ. vice noſtra, dicit Ioa. de Anan. ibid. in nu. 7. de ſtat. Monachor. De quo inquirẽdi modo à Viſitatoribus Regularium faciendo ita loquitur tex. in c. ea quæ, de ſtatu Monachor. *Porrò cũ Viſitatores ſecundùm ſtatutum generalis Concilij ordinati à Generali Abbatum Capitulo proceſſerint ad viſitationis officium exequẽdum, de ſtatu Monachorũ, & obſeruantijs regularibus diligenter inquirãt, & tàm in ſpiritualibus, quàm in temporalibus corrigant, & reformẽt, quæ viderint corrigenda: ita tamen quòd Monachos delinquẽtes per Abbatem loci corrigi faciant, eiſq; iniungi pœnitentiã ſalutarem.* Quæ quidèm pœnitẽtia ideò ab Abbate, & ſic ab alijs ſuperioribus Monaſteriorum eſt iniungenda, quia, vt dicit ibidem gloſ. in verſ. per Abb. correctio iudiciaria ſubditorum primo loco ſpectat ad ſuperiorem, vt in d. c. quanto de offic. ordinar. & in ſolo caſu negligentię poteſtas deuoluitur ad ſuperiorem, vt in cap. quãto de offic. ordin. & dixi in d. meo Prompt. ver. crimen nu. 10. propè finem.

7 Specialis autẽ modus, ſeu particularis inquirendi delicta, & ipſe diſtingui poteſt in ordinarium, & extraordinarium. Ordinarius modus eſt quando Epiſcopus, Abbas, Prępoſitus, vel Superior, quiſquis ille ſit, iuriſdictionem habens ſpecialiter inquirit contra aliquem de delicto, ab illo commiſſo, & de hoc ſpeciali, & ordinario modo inquirendi

loquitur eleganter tex. in cap. qualiter, & quando, il 2. de accuſat. Extraordinarius verò modus ſpecialis inquirendi delicta eſt, quando Viſitatores Religionum Viſitationis tempore, vel alij Iudices delegati de delicto ab aliquo commiſſo ſpecialiter inquirunt. Dixi: *Viſitationis tempore*, ad excludendum ab hoc extraordinario modo inquiſitionem ſpecialem, quam virtute noſtrorum decretorum in 3 par. cap. 9. num. 8. faciunt Viſitatores noſtræ Religionis, præueniendo Præpoſitum extra tempus Viſitationis, in quo caſu vt Iudices ordinarij, non autẽ vt delegati procedunt, cùm non habeãt tunc iuriſdictionem ab homine, prout illam habent tempore Viſitationis, vt dictum eſt ſupra, & vt probatur ex cap. in ſingulis, & ibi gloſſ. in verſ. vice noſtra de ſtat. Monach. ſed illam habent à iure noſtrorum decretorum; vt in d. cap. 9. nũm. 8.

8 Quibus ſic diſtinctis, explicabo in priori loco modum procedendi per viã inquiſitionis generalis, & in poſteriori módum procedendi per viam inquiſitionis ſpecialis, ſiuè ordinariè, ſiuè extraordinariè procedatur.

Inquiſitio generalis maximè eſt in vſu, imò & pręcepta apud Eccleſiaſticos, vt in Concil. Triden. ſeſſ. 24. cap. 3. 9. & 10. vbi eſt ſermo de Prælatis ſæcularibus, qui etiam ad hoc obligantur ex antiquo ſacrorum Canonum præſcripto, prout etiam Prælati Regulares obligantur, & hodiè maximè ob decretum d. Concil. Trident. in ſeſſ. 25. cap. 8. de Regular.

Quæ quidèm generalis inquiſitio, cùm in illa nihil in particulari circa ſingulares perſonas inquiratur, nemini eſt iniurioſa, ſed valdè vtilis publico bono, ideòq; ad illã faciendam, neceſſarium non

nõ eſt, vt infamia aliqua, vel clamoroſa inſinuatio præcedat, ſed frequenter à SuperioribusRegulariũ eſt facienda, vt in d. c. 8. habetur, & de biennio in bienninm à Prælatis ſæcularibus, vt in d.c.3.ad proſpiciendum bono cõmuni, vt diœceſes, & monaſteria à criminoſis purgentur; & cùm ex officio tunc Superiores procedant, nulla tunc requiritur, vt procedat, vel accuſatio, vel denunciatio, aut infamia, vt aduertit Tho. à Ieſu in tract. 1. de viſit. Regular. cap.1.num.3.& 4.& Lezana in 1.tom.qq. Regul.cap.27.num.2.Faciendaq; eſt de iure communi abſq; coactione aliqua, atq; exactione iuramenti, vt patet ex d.c.1. §. ſanè, de cenſib. libr.6. nãmq; perfectum iudiciũ non eſt, ſed præparatoria ad inquiſitionem ſpecialem, quæ perfectũ iudiciũ eſt, vt dicit Lezana in d. cap. 27. num.2. ex Graff. in 2.part.deciſ.lib.3.c.28. num. 5. & Alderete in tract.de Relig. diſcipl.lib. 1.cap.7.num.4.

9 Sed ſciendũ eſt, quòd ad hanc inquiſitionem generalem faciendam duobus modis Prælati, quicunq; illi ſint, ac Viſitatores procedere poſſunt, ſcilicet, tanquam Patres, & tanquam Iudices: nos autem omiſſo hic modo procedendi tanquam Patres, de quo vide Prompt. in verb.Inquiſitio, de ſolo modo procedendi tanquam Iudices, ſermo erit, ne materias cõfundamus.

Hoc autem ſuppoſito in hac generali inquiſitione, illa tantùm delicta ſunt in genere inquirenda, & manifeſtanda, quæ publica ſunt, aut quæ per teſtes probari poſſunt, ſi occulta ſunt; & de illis aliqua præcedit infamia, ſiuè clamoroſa inſinuatio, etiam ſi ſub iuramento interrogentur, vt poſt Suar.in 4. tom. de Relig. lib.

lib. 10. de reg. Socie. c. 11. num. 7. dicit Lezan. in d. cap. 27. num. 2. & idem tenet Thomas à Ieſù in d. tract. 1. cap. num. 4. in fin. & teſtatur de communi ſententia Doctorum, de qua teſtatur etiam, & illam ſequitur, & probat Aretin. in ſua praxi crim. cap. 12. dict. 1. neq; de hoc dubitandum eſt, cùm determinatum à iure ſit in c. inquiſitionis, §. tertiæ, de accuſat. per hæc verba; *Tertia dubitationis articulus continebat: utrũ cùm duo, uel plures Iurati affirmant, aliquem crimen aliquod eiſdem uidentibus commiſiſſe, de quo aliqua infamia non laborat, aliquam illi pœnam infligere debeatis*: Ad quod dubiũ ibidem paulò inferius ita reſpondetur. *Ad hæc reſpondemus, nullum eſſe pro crimine, ſuper quo aliqua non laborat infamia, ſeù clamoroſa inſinuatio non præceſſit propter dicta huiuſmodi puniendum: quinimò ſuper hoc depoſitiones contra eum recipi non debere; cùm inquiſitio fieri debeat ſolummodo ſuper illis, de quibus clamores aliqui præceſſerunt.*

10 Et quàmuis Nauar. in cap. inter verba, 11. q. 3. corollar. 47. num. 179. cenſeat teneri Prælatos in huiuſmodi inquiſitione generali monere ſubditos, ne reuelent peccata omninò occulta, de quibus non procedit infamia, & hoc præcedere cenſeat Lezana in d. cap. 27. num. 2. quando ſubditi ſunt indocti, aut non poſſunt Doctores conſulere: tamen Thomas à Ieſu poſt Caiet. quem citat, cenſet, Prælatos ad hoc non teneri; quia Superiorum mandata intelligenda ſunt nihil contra ius naturale, aut diuinũ præcipere, & ideò eſſe præſumendum non præcepere, vt manifeſtentur occulta illa, quorum nulla præcedit infamia, cùm talis reue-

uelatio iure naturæ prohibeatur.

11 Fitq;talis generalis inquiſitio quòad delicta, & quòad perſonas delinquentes; inquiritur enim in genere, an in diœceſi, vel in Monaſterio ſit aliquis criminoſus, & ſic etiã generaliter inquiritur, an crimen aliquod cõmiſſum ſit, vt patet ex c. 1. de offic. ordinar. vbi dicitur: *Habere Epiſcopos in ſua Diæceſi liberam poteſtatem adulteria, & ſcelera inquirere, & vlciſci.* Si igitur inquirerẽ, & vlciſci illa poſſunt; ergo delicta, & delinquentem inquirere valent. Quam generalem inquiſitionem quòad delicta, & perſonas delinquentiũ, ita deſcribi poteſt ex Angel. in l. ſi vacantia C. de bonis vacãt. lib. 10. eſt ius procedendi ex officio ad inueſtigandum homines ex facinore pœna dignos in iuriſdictione inquirentis: quam deſcriptionem refert, & comprobat Socin. in d. c. qualiter, & quando num. 72. & ſeqq. de accuſat. Et faciendam eſſe ob publicam, nõ autem ob priuatam vtilitatem, & ſuper famoſis, non autem ſuper occultis criminibus, dixi ſupra in nu. 3. & 4. Neceſſariumq; non eſſe, vt illam infamia præcedat; vt dixi ſupra in n. 8. ſed illam eſſe faciendam quando ex illa reſultat ſcientia ſpecialis delicti: vide infra in num. 20. & in num. 29.

12 Quam inquiſitionem generalem quòad perſonas, & quòad delicta facere poteſt quilibet dominus, tàm in temporalibus, quàm in ſpiritualibus; dũmodo imperium, & iuriſdictionem habeat, vt traditur in c. 1. de officio ordinar. & in l. 3. ac in l. congruit ff. de offic. Præſid. & docet Socin. in d. c. qualiter, & quando il 2. nu. 102. de accuſat. & hoc procedere dicas etiam quòad Prelatos Regulariũ quòad ſua Monaſteria, cùm illis

com

commiſſa ſit cura totius Monaſterij, tàm quòad ſpiritualia, quàm quòad temporalia, vt patet ex c. nulla 18.q.2.habeantq;iuriſdictionem in ſubditos etiam in cauſis criminalibus, cap. ea quæ de ſtat. Monachor.& cap.quanto de offic. ordinar. Non poteſt tamen Prelatus Eccleſiaſticus ſolus inquirere, ſed facere hoc debet vnà cum ſenioribus Eccleſiæ, vt ex illo text. aduertit Soci. in d.c. qualiter, & quando nu.95. & nu.104. de accuſat. Pater autem Generalis noſtrę Religionis, ſi tempore viſitationis inquirere vult, & poſt calores æſtiuos vnà cum Viſitatoribus facere hoc debet, *Sin autem alio tempore, integrum erit ei, velit nè aliò quolibet aſcito Socio, an ipſe ſolus rem omnem exequi*, vt habetur in 3. par.noſtrar. conſtitut. c.8. in fi. Si autẽ ex hac inquiſitione generali, quæ preparatoria à Doctoribus appellatur, ex eo quòd per illã paratur via ad inquirendum in ſpecie, aliqua inſurgant, vt puta quia infamia contra aliquẽ in illa probata ſit de aliquo crimine, deueniri ex illa poteſt ad inquiſitionem faciendam in ſpecie, iuxta ea quę in ſequẽtibus dicenda ſunt; etiam ſi delinquens ſit emendatus, quia pęnitentia nõ tollit vindictam publicam. Et ita tenet Soc. in d.c. qualiter, & quando il 2. num. 253. de accuſat. Et vbicunq; Iudex ex generali inquiſitione reperit aliquem deliquiſſe, in eodẽ caſu poteſt ad inquiſitionem ſpecialem procedere, vt illum condemnet, vt dicit Soc. ſupra in num. 374. poſt Nicol. de Matarel. quem citat ibid. in nu. 372.

13 Imò quando teſtes generaliter interrogati in inquiſitione generali nominant in ſpecie aliquem delinquẽtem, ſtatim aperitur

ritur Iudici via ad inquirendum contra illum ſpecialiter, etiam nulla præcedente fama, ita vt cõtra eum alias informationes Iudex ſumere poſſit; nam vbicunq; ex informationibus aſſumptis ſuper inquiſitione generali oritur aliquod indicium de crimine cõtra aliquem, illud indicium, etſi receptum ſit, Parte non citata, tamẽ inducit contra eũ pręſumptionem, quæ ſufficiens eſt ad inquirendum ſpecialiter contra ipſum, vt poſt Bart. in l. 2. §. ſi publico n. 9 ff. de adulter. dicit Clar. in §. fi. q. 5. circa fin. & teſtatur eſſe cõmunem concluſionem poſt Aretin. in c. cũ oportet nu. 44. in fi. de accuſat. de qua etiam teſtatur, & illam ſequitur Farinac. in 1. par. tit. de inquiſ. q. 9. num. 19. in fi. Et addit Clar. vbi ſupra, ꝙ ſi ex dictis teſtiũ receptorũ in inquiſitione generali reſultaret ſufficiens indicium contra aliquem, poteſt ille capi, vel citari abſque aliqua ſpeciali inquiſitione.

14 Diſtinximus ſupra inquiſitionem in generalẽ, & ſpecialem, & cum de generali ſufficienter iam dictum ſit: ſupereſt, vt de ſpeciali dicamus, quæ eſt illa, quam facit Iudex detecto crimine ab aliqua perſona cõmiſſo, clamoroſa inſinuatione præcedẽte, iuxta tex. in d. c. qualiter, & quãdo il 2. §. ad corrigendos in fin. de accuſat.

Circa quem modum procedendi, aduertẽdum eſt, quòd vt iuſtè, & validè fiat plura concurrere debent; & Primum eſt, vt fiat à Iudice competenti, ideſt ab illo, qui habet iuriſdictionem in delinquẽtem, ſaltem ratione delicti, vt in l. 1. & in Auth. qua in Prouincia C. vbi de crim. agi oport. alioquin inquiſitio nulla eſſet, l. 1. & tot. tit. C. ſi à non compet. iudic. Secundum eſt, vt crimen, de quo inquiritur, leue non ſit, quia de leui-

bus,ac diſſimilãdis criminibus numquàm inquiritur,l.leuia ff.de accuſat.& probatur ex c. inquiſitionis de accuſat. Tertium neceſſarium eſt,vt præcedat clamoroſa inſinuatio, quia,vt dicit tex.in c. qualiter,& quando il 2.in d.§. ad corrigendos: *Sicut accuſationem legitima præcedere debet inſcriptio, ſic & denunciationem charitatiua monitio, & inquiſitionẽ clamoroſa inſinuatio præuenire*. Et in c.inquiſitionis §.tertiæ, dicitur: *Cùm inquiſitio fieri debeat ſolummodo ſuper illis, de quibus clamores aliqui præceſſerũt*. Et in c. cùm oporteat eod.tit.habetur: *Diſcretioni veſtræ mandamus, quòd niſi ſuper prædictis famam ipſius læſam eſſe noueritis: vos ad inquiſitionem illorũ non ſubitò procedatis*.

15 Et vt infamia ad hanc ſpecialem inquiſitionem faciendam ſufficiat,neceſſariò requiritur, vt non à diſcolis,& maleuolis, ſed à fide dignis emanauerit, vt patet ex d.c.cùm oporteat,& ex d.c.qualiter, & quando il 2.de accuſat.& dixi in mea 2.2.lib.3. c. 1. nu.13.illamq; eſſe debere probatam per duos teſtes iurãtes ſe audiuiſſe à pluribus perſonis fide dignis, vt ibidem addidi,& adnotant Doct. in d. cap. qualiter, & quando il 2. & in d.c.inquiſitionis de accuſat. Suntq; famæ auctores à teſtibus nominandi, vt ſciatur, quæ perſonæ ſint, & an poſſint reprobari, vt dicit Iod.in ſua prax.crim. c.9.n.10.arg.tex.in l.ſi.q̧s decurio in fin. C. ad leg. Cornel. de falſ. ibi: *ſi reus popoſcerit per ipſum, debet probari auctorem*; De qua infamia in ipſo principio inquiſitionis in actis conſtare debet, non autem ex poſt facto,ſecundùm Innoc. in d. c.inquiſitionis nu.1.arg.c.cùm oporteat de accuſat. Et tradidi in d.num.13. dicit enim præd. tex. *niſi ſuper prædictis*

*ctis famã ipſius læſam eſſe noueritis: vos ad inquiſitionem illorum non ſubitò procedatis.*

16 Præcedereq; debere infamiã tradit Naua. in rub. de iudic. n. 56. ac Farinac. in 1. par. tit. de inquiſit. q. 9. n. 10. (eſt autẽ infamia cõmunis opinio de aliquo malo voce manifeſtata, ex ſuſpitione proueniens, vt patet ex Bar. in l. de minore §. tormenta ff. de quæſtion.) vbi poſt Doctores quos citat, dicit, quòd ſi Iudex procedat ad inquiſitionem, fama nõ præcedente, tenetur ad damna, expẽſas, & intereſſe; & in n. 12. ex c. 2. de accuſ. in 6. poſt Doctores quos citat, aſſerit, aliàs inquiſitionem nullã eſſe, ſi tamen inquiſitus de nullitate opponat: ſed Parte nõ opponẽte, illam valere dicit; & idẽ tenet Clar. in d. §. fi. q. 6. n. 9. & teſtatur de cõmuni opinione poſt Aret. & Foller. quos citat, aſſeritq; talẽ oppoſitionẽ facere Partem non poſſe, niſi ante litem cõteſtatam, iuxta dicẽda infra in nu. 25. Nec fama nũc recẽs, aut poſt capturam orta, & potiſſimum ſi orta eſt, poſt quàm informatio celebrari cæpit, ipſũ reum diffamat, vt dicit Iodoc. in d. c. 9. n. 6. ex Bar. in l. maritus, & in d. l. de minore §. tormenta, in ver. quæro ex quo tempore ff. de quæſtion. & Bald. ac Imol. in l. Is poteſt ff. de acquir. poſſeſſ. & probatur ex proximè citatis verbis d. c. cum oporteat.

17 Nec exiſtimandũ eſt à Iudice probatã eſſe infamiã, vt poſſit ad vlteriora procedere, ſi duo teſtes iurati affirmẽt ſimpliciter ſe à pluribus audiuiſſe, vt dixi in d. mea 2. 2. lib. 3. c. 1. n. 14. quia, vt ibid. addidi, dictio *Plures* in materia, de qua agimus, nõ eſt ita ſtrictè accipiẽda, vt verificetur in duobus, iuxta tex. in l. vbi numerus ff. de teſtib. ſed neceſſariò requiritur, vt clamores

aliqui præceſſerint, veluti expreſsè dicitur in d.c.in quiſitionis in prin.de accuſat. Et vt teſtes deponant, aliàs non probant, quòd per Ciuitatē, vel Viciniam, vel per Monaſterium, quòad Regulares, ſepè vociferatur ferè cōmuniter à maiori part Popoli, ſeu Monaſterij, delictum à tali perſona fuiſſe cōmiſſum: *Hoc enim clamor innuit, & diffamatio manifeſtat*, vt habetur in d.c.qualiter,& quando il 2.de accuſat.(Dumodo à prouidis,& honeſtis, non aūt à diſcolis, aut maleuolis huiuſmodi clamor proceſſerit, vt dictum eſt) cōmuniterq; Doctores ita tenere affirmat Imola in l. heredes palàm in prin. n.1.ff.de teſtib.relatus ab Alex. & ab alijs, quos citat Clar.in d q. 6. & fuiſſe refert ſentētiā Bar.in l.de more §.plurimū n. 22. ff. de quęſt. At ipſe Clar.vbi ſupra ex Bald. in c.literas nu.2.de præſumpt.tenet, quòd teſtis, qui dicit ſe audiuiſſe aliquid dici publicè, probat famā, quia intelligitur publicè, ideſt publica voce à populo, teſtaturq; quòd in praxi ſeruatur opinio Bald.eſſeq; cōmunem obſeruantiā dicit etiā in Curia Romana; & ideò ab illa nō eſſe recedendū. Et addit Clar. vbi ſupra in n.16. quòd teſtes deponentes ſuper fama, ſi fuerint interrogati, debēt nominare eos, à quibus publicè audierunt id, de quo deponūt eſſe publicā vocem, & famā, aliàs non probāt; eſſeq; hanc magis cōmunem opinionem,& in praxi ſeruatā dicit poſt Aret.in c.cum oportet n. 58.ver.cōmuniter tamē, de accuſat.

18 Duoſq; teſtes ad hos clamores, ſeu hanc famā probādā ſufficere expreſsè patet ex c.in omni,& c. licet vniuerſi de teſtib. & in hoc omnes cōcordare dicit Clar.in §.fi.q.6.n.12. ex Alber.in l. ea quidē n.

24. C. de accuſ.Intellige, dũmodo teſtes ſint nulla exceptione maiores, hoc eſt tales,vt nihil illis oppo ni poſſit;tũc enim dignitas eorum numerum ſupplet, quãdo ad minus duo sũt, iuxta tex.& ibi glo.in ver. dignitas, in l.3.§.eiuſdem ff.de teſtib. & l.iuſiurandi C.eod.vbi decernitur, vt dictum vnius teſtis non audiatur,*etiam ſi prædicta Curia honore præfulgeat*.

Hos autẽ teſtes ſuper fama deponentes ſcire debere, quid ſit fama, dicit Clar. in dict.§. fin.q. 6. num.18.Et ſi interrogentur,quid ſit fama? reſpondeant, ſe neſcire, illos nihil probare dicit,& communem hanc eſſe opinionem teſtatur poſt Marſil. quem citat:addens eſſe ex prædictis conijciendum, quàm ſit difficile probare famam, & vix ad illam rectè probandam ſufficere Iuriſperitos : & verum dicit, ſi dicta communis opinio eſſet ita intelligenda, vt teneantur teſtes ſcire definitionem famæ,prout traditur à Iuriſperitis, & deſumitur ex l.cognitionem, §.æſtimatio ff. de var. & extraord. cognit.ita, vt dicamus cũ Gandino in tract. de malefic. ſub rubr. quomodò de malefic. cognoſc.quãdo crim. eſt not.ſub nu. 2. famam eſſe publicam, & communem proclamationem ex ſola ſuſpitione ab incerto Authore procedentem. Sed ſufficit illos ſcire quid ſit publica vox,& fama, prout ſumitur à vulgato modo loquendi, ſcilicet, quòd eſt cõmunis viciniæ, vel monaſterij proclamatio, ſeu dictum, prout ſumitur ab eod. Gand.ſub rubr.de rumore occulto,& manif. nu. 2.Vulgatus enim modus loquendi ſemper eſt præferendus in explicatione cuiuſcunq; ſermonis, cap. ex literis, de ſponſal. l. Labeo ff. de ſupell. leg. l. librorum §.

quod

quod tamen Caſſius ff. de leg.3.Non tenetur tamen Iudex de hoc teſtes interrogare; Communis enim opinio hoc non dicit,ſed ſufficit,ſi ex eorum dictis non appareat, illos nõ intelligere quid ſit fama.

19 Et quamuis ad inquirendum contra Prælatos ſimplex infamia non ſufficiat, ſed eſſe debet vehemens,hoc eſt ita,vt clamoroſa inſinuatio famam ipſam ad aures Iudicis ſępè detulerit; & talis quòd ſcandalum generet, niſi Iudex inquireret, vt colligitur ex d.cap.qualiter,& quando il 2.de accuſat.& affirmant Doctores citati à Farinac. in q. 9. num.5. Attamen cõtra ſubditum ſimplex fama præcedens ſufficit, etiam ſi non ſit ſcandaloſa,& periculoſa, prout tenet Abb.in d. c. qualiter, & quando nu.9. & dixi in mea 2. 2. libr. 3. cap.1.nu. 15. Eſſeq; hanc communem ſententiam Doctorum teſtatur poſt Cardin.Alex.in cap. de accuſat.col. 28. de accuſ. Clar. in d.q. 6.num.21.& Farin.in d.q.9.nu.5.in fi.

20 Deficiente autem infamia, ſufficientia indicia ad ſpecialiter inquirendũ ſufficere,eſſeq; ad hoc fortiora dicit Farinac. in d.q. 9.num.20. poſt Angel.de malefic.in ver.quòd fama publica col.2. ver. & tenementi n.3.& ibid. Auguſt. in addit. Bart. in l. congruit ff. de offic. Præſid. Paris de Puteo in tract. de ſind.in verſ. inquiſitio cap.1.nu.9.& alios, quos citat, inter quos eſt Clar. in d.q.6.nu.10.& 11.qui, etſi impugnetur à Rolan. in conſ. 57. nu. 26.& ſeq. volum. 4. Optimè tamen defenditur, & explicatur ab ipſo Farinac. in d. q.9. num. 21. oſtendente doctrinam,& praxim,de qua teſtatur Clar.eſſe conformem iuri communi,& cõmuni traditioni Doctorũ aſſerentium, quòd fama

de-

debet inquiſitionem prę. cedere. Iuſtiſſima eſt .n. talis doctrina, & praxis; namq; deficiente fama, praxis prædicta non obſeruat, vt ex indicio aliquo procedat Iudex ad inquirendum in ſpecie, an indiciatus ille non diffamatus commiſerit tale delictum: eſſet enim hoc contra iura citata ſupra in nu. 14. ſed quando ad aures Iudicis puenit, delictum aliquod fuiſſe cõmiſſum, cõſtito illi de corpore delicti, iuxtà ea, quæ dixi ſupra in cap. 2. examinare incipit teſtes (citatione eorum præmiſſa) quos veriſimiliter credit poſſe de illo aliquam informationem habere, & illis interrogatis in genere, an ſciant tale delictum commiſſum fuiſſe, & affirmatiuè reſpondentes, illos interrogat, an ſciant delinquentem, & reſpondẽtes ſe neſcire, eos interrogat, an ſciant aliquem de tali delicto eſſe infamatum; quam generalem inquiſitionem de iure licitam eſſe, imò & neceſſariã, patet ex dictis ſupra in num. 11. & ſi teſtes aliquem in ſpecie nominãt, vel indicia ſufficientia cõtra aliquem manifeſtant, poteſt Iudex etiam non prçcedente infamia in ſpecie cõtra illum inquirere, vt patet ex dictis ſupra in nu. 12. & 13. & ad capturam procedere, & ſi capi non poteſt, monetur, & citatur ad comparẽdum, & ſe excuſandum de delicto, de quo imputatur, & illo non comparente, in cõtumacia bannitur, & condemnatur, Hancq; praxim etiam Romanam Curiam ſeruare tradit Farinac. in d. q. 9. n. 21. circa finem. & vide infra in num. 35.

21 Ad hoc, vt indicium reſultãs ex inquiſitione generali facta, prout dictum eſt in num. præced. ſit ſufficiens ad formandam inquiſitionem ſpecialem con-

cõtra aliquem, debet eſſe graue, non autem leue, ſeu debet eſſe proximum, non autem remotum, vt poſt Doctores, quos citat dicit Farinac. in d. nu. 20. in ver. ſed quæ erunt: nam etſi Iudicis arbitrio remittendum ſit, quæ indicia ſint ad hoc ſufficientia, per ea, quæ dicit idem Farinac. in d. 1. par. q. 1. num. 45. in verſic. propterea crederem: tamen quia eius arbitrium regulatum eſſe debet; vt idẽ Farinac. addit in num. 46. Ad hoc autem, vt ſit regulatũ, etſi ad generalem inquiſitionem, ſicut etiã ad capturam indicia leuia ſufficiãt, modò aliquem colorem habeant, tamen ad formãdam inquiſitionem ſpecialem, & ad tranſmittendum inquiſitionis libellũ, qui eſt trãſmittendus reo, quando citatur, vt in iudicio compareat, vrgentiora, & grauia indicia ſunt neceſſaria, quia tunc agitur de grauiſſimo præiudicio inquiſiti, vt per Farinac. in d. q. 1. nu. 48. poſt Doctores, quos ibid. citat; qui etiam dicunt, quolibet indicium debere eſſe probatũ per duos teſtes, & ita tenet Salyc. in l. fi. n. 8. C. de quęſtionib. arg. l. vbi numerus ff. de teſtib. & eſt tex. in c. nouit de iudic.

22 Illa autem indicia grauia eſſe dicas, ſeu proxima, & ad inquirendum ſpecialiter ſufficientia, ſecundũ Farinac. in d. 1. par. d. tit. de indic. & tortu. q. 36. n. 55. quę frequenter, & facilè contingunt adeſſe, vt per Bald. in d. l. non hoc, in fi. C. vnde cogn. Cyn. in l. metum C. de dol. cũ alijs relatis à Blanco de indic. ad l. fi. ff. de quęſtion. num. 10. quem ſequitur Carrer. in pract. crim. in 2. tract. de indic. & tort. §. ſed an vnum indicium num. 5. Et dixi in mea 2. 2. lib. 3. c. 1. nu. 17. & in num. 19. exemplum poſui, ſi v.g. gladio occiſus ſit

ſit homo in aliqua domo, & cõtra te probatum fuerit eodem tempore egreſſum te fuiſſe de domo illa, habentem ſimul gladium, & veſtem ſanguine madentes, vel ſi inuentus ſit homo gladio interemptus, & contra te probatũ ſit, quòd gladiũ cruentum è corpore eduxiſti, graue indiciũ hoc erit in vtroq; caſu (quod indicium proximum appellat Menoch. de arb. iudic. caſu 270. nu. 18.) frequẽter enim, & facilè contingit abeſſe, vt ſcilicet, ille, contra quem tale indicium probatur, delictum illud cõmiſerit. Indicia autẽ contra furem tradit Salyc. in l. fi. num. 6. C. de quęſtionib.

23 Illa verò indicia eſſe leuia dicas, ſeù remota, & ad inquirendum ſpecialiter non ſufficientia, ſecũdùm Farinac. vbi ſupra in num. 54. quæ frequenter, & facilè cõtingunt abeſſe, prout dixi in d. c. 1. nu. 17. & exemplum poſui in num. 18. ſi v. g. furto commiſſo, probatum ſit, te vnum domi fuiſſe, quãdo res ſubtracta fuit, vel ſi in domo aliqua homo occiſus inueniatur, indicium inſurgit fuiſſe homicidiũ perpetratum ab eis, qui in domo illa commorantur: ſed leue indicium hoc eſſe, ac remotũ in vtroq; caſu dixit Menoch. in d. caſu 270. nu. 20. frequenter enim, & facilè contingit abeſſe, vt ſcilicet ille, contra quem tale indiciũ inſurgit, delictum non perpetrauerit. Sed quòad hęc aduertere omninò debet Iudex, ſiue Aſſeſſor perſonarũ, & delicti qualitatem: nam, vt dicit Farinac. in d. q. 1. n. 49. contra homines rixoſos, & malæ famæ, vel in delictis atrociſſimis, aut occultis, leuiora ſufficiunt indicia, quàm in alijs, prout etiam idem Farin. d. q. 1. nu. 44. idemq; ſeruandum eſſe dicit quòad torturam in tit. de indic. & tortu. q. 47.

Gg Et

Et aduertere etiam Iudex debet, quòd prędicta indicia remota quando ſunt plura ad inquirẽdum ſufficiunt; Namq; illa ſufficere ad torturam communiter, & abſq; difficultate receptũ eſſe dicit Farinac. in tit. de indic. & tort. q. 37. nu. 11. ergo multò magis dicendum eſt, valere ad inquiſitionem, quę minus eſt.

24 Item aduertere Iudex debet, quòd quando indicia proxima indubitata ſunt, ſufficiunt etiam ad condemnãdum taliter indiciatum, vt probat tex. in l. fi. C. de probat. per quẽ tex. & ibi gloſ. hanc ſentẽtiam tenet Angel. de malefic. in verſ. *comparuerunt dicti inquiſiti*, num. 5. poſt Bald. in l. milites C. de quæſtion. dicitq; ad hoc facere text. & glo. & ibi Bald. in l. excipitur ff. ad Syllanian. Indicia autem indubitata ex Bald. & Salyc. in d. l. fi. dicit eſſe illa, quæ à lege ſunt approbata, ita vt lex dicat, quòd vult, vt ſuper illa indicia fiat condemnatio, & exẽplum ponit ex tex. in l. ſi qui adulterij C. ad leg. Iul. de adulter. vbi accuſati de adulterio, ideò accuſationem repulerunt, quia per commemorationem neceſſitudinis dixerũt, quòd nõ eſſet accuſationi fides adhibenda: ſed cùm poſtea matrimonium ſimul contraxiſſent (ſcilicet nulla prius impetrata diſpenſatione) facinus illud, in quo fuerunt accuſati, manifeſta fide, atq; indicijs euidentibus publicatur. In quo caſu ita præcipit Imperator in d. l. ſi qui adulterij; *Vnde ſi qui eiuſmodi reperti fuerint, iuſſimus in eoſdem ſeueriſſimè vindicari, & veluti conuictum facinus, confeſſumq; puniri*.

25 Indicia etiam indubitata ſufficientia ad condemnandum pœna ordinaria, idem Angel. vbi ſupra in num. 6. dicit eſſe, ſi viſus

eſt

eſt Titius intrare domum Sempronij,& ſtatim auditus eſt Sempronius acclamare, & poſtea viſus eſt Titius exire domum, in qua erat Sempronius cũ gladio ſanguinolento, & Sempronius reperitur in facie vulneratus, & cùm hęc ſigna ſimul concurrant, ex eis Titius poteſt, ſecundùm ipſum Angel. condẽnari de vulnere; & refert, ꝙ ita videtur determinaſſe Bart. in ſimilibus exemplis in l. 2. in prin.ff.de furt. Prædictaq; ꝓcedere addit Angelus, quando teſtes ad mandatum,& Iudicis monitionẽ veniunt ad teſtificandum.

Sed quamuis ferè ſimilis ſit caſus relatus à Grãmat.in deciſ.42. & in illo concurrant violentiſſimæ præſumptiones,&indicia, in quo caſu omninò habet locum condemnatio, vt dicit ipſe Grammatic. ibidem in nu. 3. poſt Doctores, quos citat, tamen ipſe in num.14.concludit poſt Doctores quos ibi citat, quòd in ſimilibus caſibus numquã imponi poteſt pœna ordinaria, & vt dicit in nu. 15. etiam ſi indicia ſint indubitata,&prę ſumptiones vehementiſſimæ;ſed alia minori Iudicis arbitrio; ꝙ etiam affirmat Ioa. Franciſcus de Ponte olim Regens Cancell.huius Regni,&poſtea Clericus Regularis in Apoſtilla manu ſcripta in d.l.fi.C.de probat.qui codex apoſtillatus ſeruatur in hac Bibliot.SS.Apoſtolor. Ciuitatis Neap. Et ita iudicatũ fuiſſe in Magna Curia,cum voto omnium Iudicum, refert Gramm. in fi.dictæ deciſ.& ita paſſim ſeruare Senatum Mediolanenſem refert Clar. in §.fi.q.20.num.6. in fin.

26 Et aduertendum eſt ex citatis DD. quòd tunc imponi poteſt etiam pœna corporalis,ſi minor pœna ordinaria ſit,tamen faciẽdum hoc eſſe DD.dicunt, tunc tãtùm,quando indi-

cia ſunt indubitata,& prę ſumptiones vehementiſſimæ.Idemq; patet ex Farinac.in tom.1.2.par.q.86 n.67.& ſeqq. & in n.110. dicit,quòd quando Iudex ex præſumptionib. quantumçunq; violentis, & indubitatis indicijs aliquem condemnat, debet multũ ſuam ſententiam temperare,& quòd imponere non debet pœnam vltimi ſupplicij,nec aliam delicti ordinariam, ſed minorem iuxta ſententiam Innoc. qui originaliter pro hac ſentẽtia allegatur in cap. quia veriſimile nu.2.verſ. non tamen de prob. & in n.112.dixit Farinac. hanc eſſe magis communem,& receptam ſententiam, & in praxi magis ſeruatam.

27 Sententia autem Innoc. in d c.quia veriſimile n.2. de præſumpt.eſt,vt quando ex præſumptionib. ad condemnationem proceditur: *Multum debeat Iudex ſuam temperare ſententiam, & maximè nè condemnet,niſi rarò,& modicè ad pœnam, nec pecuniariam,nec corporalem*: hæc ſunt verba Innocentij fideliter trãſcripta,& à Doctoribus malè relata, vt dicit Clar.in d.q.20.nu.6. in princ,quam Innoc.ſententiam dicit eſſe communem Marſ.in l.1. §.Diuus Adrianus nu.25.ff.ad leg. Corn.de ſicar. & alij cit.à Claro vbi ſupra. Ideòq. ab illa,nec iudicando,nec conſulendo cenſeo eſſe recedendum.Et quamuis Magna Curia ad triremes damnauerit illum, de quo ponit caſum Gram. in d. ſua deciſ.hoc ideò factum eſſe,idem Gramm. vbi ſupra teſtatur, quia caſus erat talis,quòd prætenſus reus, iterum torqueri poterat.

28 Quia autem Doctores communiter ad prædicta indubitatum indicium eſſe neceſſariũ docent,ſcias omnes communiter probare, vt teſtatur Farinac. in d.q.86.in fi.non dici indiciũ

dicium indubitatum, niſi quando poſſibile non eſt rem aliter ſe habere, quã ex indicio illo reſultat. Et caueant Iudices Regulares, qui tantùm libros Regularium, non autem criminaliſtarum iudicando legunt, ne decipiantur ex his, quæ dicit Thomas à Ieſu in tract. de viſit. Regular. trac. 2. c. 7. num. 13. circa finem, vbi affirmat ſimpliciter: *Quòd in grauiſſimis indicijs iuris præſũptio inuenitur, ex qua ad criminalem punitionem, & pœnam ordinariã crimini imponendã deueniri poteſt*: & ita docere refert Farinac. in q. 52. nu. 54. *niſi*, vt ipſe Thomas addit, *ex parte rei aliqua excuſatio, vel exceptio opponatur; nã tunc pœna extraordinaria Iudicis arbitrio puniri debet*. Farinacius enim in d. num. 54. non dicit, quòd deueniri poteſt ex prædictis indicijs ad pęnam ordinariã, ſed quòd ex prædictis indicijs deueniri poteſt non ſolũ ad torturam, ſed etiam ad condemnationem; qua autem pœna ſit tunc reus condemnãdus, ibi non explicat, nec etiam in illa quæſt. nec in numeris ſequentib. ſed in num. 67. ſe quòad hoc remittit ad ea, quæ dicturus eſt in titulo de reo cõfeſſo, & cõuicto, vbi in q. 86. expreſsè tenet, nõ eſſe imponendam pœnam ordinariam, prout ſupra retuli. Et aduertẽdum eſt etiam id, quod dicit in d. q. 52. n. 68. vbi docet, quòd etſi ex dictis indicijs indubitatis poſſit Iudex reum condemnare, (ſcilicet aliqua pęna extraordinaria) tamen ſi vult, poteſt, omiſſa condemnatione, reum torquere; eſſeq; hoc totũ eius arbitrio relictum dicit poſt Clar. & Bonacoſium, quos citat.

29 Quod autem ex indubitatis indicijs, etſi violẽtiſſima inde capiatur præſumptio, ſeu ſuſpitio, non poſſit reus cõdemnari ad

ordi-

ordinariam criminis pœnam tenet ex Theologis Leſſ.in lib.2.de iuſt.& iure lib.2.c.29 dubit.17.num. 169. cùm in criminalibus probationes luce clariores eſſe debeant, vt quis ordinaria pęna puniri poſſit, ſed condemnari poſſe ad pœnam extraordinariam minorem, & ipſe aſfirmat cum Clar. in §.fi.q. 21.nu.40.cum quo & ipſe Leſſ.aſſentit, eſſe reũ tunc arbitrio Iudicis, vel grauiter torquendum,vel extraordinaria pœna condẽnandum, iuxta praxim, quam refert, ita ſemper fuiſſe ſeruatam. Refert etiã ipſe Clar.ibid.Angel. in l.quãuis in fi. ff.de furt. expreſsè tenentem,huiuſmodi indicia nõ ſufficere ad condemnandum, ſed tantùm ad torturam, & dicẽtem, quòd ita practicatur. Illaq; non ſufficere ad condemnandum quantumcunq;fortia ſint:tenet etiam Iodoc. in ſua praxi crim.c.10.num. 16. & 17. per iura,quæ ipſe adducit.

30 Probat autem Leſſ. vbi ſupra, prędictam ſententiam,ſcilicet,quòd ex prędictis indicijs indubitatis poſſit quis ad extraordinariam pœnam minorem cõdemnari tribus medijs. Primò, quia iure naturæ ad puniendum reum non requiritur niſi certitudo moralis publica;ſed ex indicijs indubitatis haberi poteſt certitudo moralis publica; ergo poterit tũc reus aliqua pœna puniri; etſi non ordinaria, eò quòd deſit illa probatio, quamuis poſitiuũ ad pœnam ordinariam requirit.

Secundò, probat Leſſ. prędictam ſentenitam, quia quãdo quis infamia criminis laborat,&deſunt aliæ probationes, & propter ſcandalum inquirere contra illum non expedit, poteſt ei indici purgatio canonica,vt in tit. de purgat. canon. qui, ſi per illã plenè ſe purgare non põt, puniri poteſt aliqua pęna

ex-

extraordinaria Iudicis arbitrio, dũmodò ſit minor quàm ordinaria, iuxta doctrinam Panor. in c. accedens 23. nu. 5. de accuſat. ſed indè nõ habetur maior certitudo, quã ex vehementiſſimis indicijs; ergo ſicut puniri quis poteſt minori pœna, quãdo pręcedit infamia, ita & quãdo procedunt apertiſſima indicia.

Tertiò, quia ſepè ipſa indicia culpa ſecum trahunt, quia non ſolùm ab omni malo, ſed ab omni ſpecie mali abſtinendum eſt: ergo, vt ipſe Leſſius ait, vel ob culpam huiuſmodi indiciorum, pœna aliqua poterit irrogari.

31 . Sed ad primum reſpõdetur negando minorem, nam quãtumuis indubitata ſint indicia, quòd quis homicidium, v.g. commiſerit, nempè quia, vt in exemplo Leſſij, viſus eſt aliquis pallida facie, & gladio cruento egredi è domo, in qua fuit commiſſum homicidium; nõ ideò habetur moralis certitudo, homicidium ab illo fuiſſe cõmiſſum culpabiliter; quod eſt neceſſarium, vt puniri poſſit, quia accidere potuit cauſa defenſionis, vel fortè percuſſit, & nõ exanimauit, vel potuit eſſe de auxiliantibus, vt dicit Angel. in d. l. quãuis in fi. ff. de furt. & vt ipſe ibid. addit, probatio ad cõdemnandum debet eſſe neceſſariò concludens, vt in cap. in præſentia de probat. maximè in capitalibus, l. ſciant C. de probat. illa autem, quæ oritur ex indicijs quãtumuis indubitatis, ob prędicta, nũquam poteſt eſſe concludens. Vnde meritò ipſe Angel. ibid. concludit, ſic indiciatum torquendum eſſe, non autem condemnandum.

32 . Ad ſecundum reſpondetur, quòd ideò puniri poteſt infamatus in purgatione deficiens, quia, cum datum ſit illi remedium

diũ purgationis, & in ipſa purgatione deficiat, remanet adhuc infamatus, & ob infamiam non purgatam punitur, ſed non quidem pœna corporis afflictiua, etiam ſi ſit infamatus de ſuſpicione hæreſis, vt patet ex cap. inter ſollicitudines in fi. de purgat. canon. vbi deficiẽs in purgatione ob prædictam cauſam detruditur in Monaſterium, ab officio, & beneficio depoſitus, quę quidem pœna corporis afflictiua non eſt, vt experientia docet. Sed quando condemnatur quis ob delictum, quod ex vehemẽtibus ſuſpitionibus cõmiſiſſe præſumitur, nõ deficit in purgatione, cũ nulla ſit ei indicta purgatio; ergo puniri non debet, & ceſſat paritas argumenti, quæ, vt procedat danda eſſet purgatio torturæ, iuxta prædictam Angeli ſententiam, in qua ſi deficeret committendo delictum, puniendus eſt pœna ordinaria, ſi autem non deficeret, ſed ſe purgaret, eſt abſoluendus: ſed in caſu, quo nollet Iudex purgationem torturæ indicere, ſtando in prædicta argumenti paritate, non debet eum punire pęna corporis afflictiua, iuxta ſententiam Innocent. relatam ſupra in nu. 25.

Et leui, & nõ corporali pœna eſſe puniẽdum huiuſmodi indiciatum, patet, etiam ex tertio Leſſij argumento, ex quo apparet, punitionem dandam eſſe iuxta qualitatẽ illius culpæ, per quã dedit cauſam, vt poſſit indiciari, quę cùm quãta ſit iudicari vix poſſit, vix poteſt quis ob talẽ culpam iudiciali pęna puniri.

33 Idem Leſſius vbi ſupra in nu. 170. quatuor caſus enumerat, in quibus poteſt quis ex ſolis indicijs pœna ordinaria puniri, quos colligit ex Gomeſ. in lib. variar. reſolut. in tit. de delic. c. 12. num. 15. Et

Primus

Primus eſt, quando quis fuit monitus, nè cũ aliena vxore alloquatur, & poſtea inueniatur cum illa alloqui, vt in nouell. conſt. inſtit. 117. c. 15. prout habetur in Auth. ſi quis ei C. ad l. Iul. de adulter. Secundus, ſi Officialis fugit tempore ſindicatus, quia condemnandus eſt, ac ſi crimen eſſet probatum, vt in l. conſiliarios C. de Aſſeſſorib. Tertius eſt, quòad infamatũ de ſimonia, qui ſe purgare non poteſt. Et quartum, addit de Clerico deficiente in purgatione ob ſuſpitionẽ hęreſis, vt in d. c. inter ſolli citudines de purg. canon. ſed in hoc caſu non punitur pœna ordinaria, ſed extraordinaria, vt patet ex his, quę dixi in meo Promptuar. ver. Hæreſis nu. 14.

34 Sed ſi quis deficiente infamia inquiſitionem ſpecialem cõtra aliquem ſine indicijs formaret, nulliter illam formaret, iuxta communem, & valdè tritã Doctorum omnium concluſionem, vt teſtatur Farinac. in d. q. 1. nu. 40. vbi multos de hac communi, & indubitata ſententia teſtantes citat; & procedere dicit contra Boſſ. in tit. de inquiſ. nu. 21. etiam ſi ex officio Iudex procederet; & vt addit in n. 41. etiam ſi procederet ex mandato Principis, niſi Princeps, non ad poſtulationẽ Partis, ſed ex motu proprio mandet inquiri contra aliquem, quem ipſe expreſsè aſſereret deliquiſſe, & ita ad eius notitiam perueniſſe; quia Principis ſcientia in hoc caſu ſupplet defectum indiciorum, vt poſt Doctores, quos citat, tenet Farinac. in d. q. 1. num. 42. & fuit opinio Innoc. in c. cũ oporteat de accuſat. quẽ citat, & ſequitur gloſ. in c. 2. de accuſat. in 6. quam gloſam communiter eſſe approbatam teſtatur ex Marſilio, Farinac. in d. nu. 42. Et cùm gloſ. prædicta

non ſolùm Papam, ſed etiam Metropolitanos, & Epiſcopos ſub nomine Principis in hoc caſu venire ſentiat, idem dicendũ eſt de Generalibus Religionum, quia in ſuis Religionibus, quoad iuriſdictionem æqualem cum Epiſcopis poteſtatem habent.

Verùm quia Nauar. in rubr. de iudic. nu. 90. contrariam ſententiam tenet, & ex veriſſimis rationibus docet, non poſſe Commiſſarium Principis procedere ad inquiſitionem ſpecialem contra aliquem, non probata infamia, etiã ſi Princeps in commiſſione motu proprio facta dicat, cõſtare illi de fama: Et cùm ad ſubſtantiam iudicij hoc pertinere probauerim ſupra in c. 1. Cẽſeo cum Nauar. vbi ſupra, nõ debere Chriſtianũ Principis Commiſſarium ad inquiſitionem ſpecialem tunc procedere, niſi probata infamia coram ipſo Cõmiſſario, vel niſi habito à Principe modo, quo illi de infamia conſtet; & cognito, an talis modus ſit ſufficiens ad habẽdam infamiam iam probatam; Et talis modus eſt inſerendus in actis, ex quibus reus eſt iudicandus. Et idem eſt dicendum, quã do, ceſſante infamia, per iudicia proceditur, quia in vtroq; caſu eadem militat ratio. Eſtq; talis modus in actis inſerendus, vt dictum eſt, præſertim, vt manifeſtetur reo, & ſciat ſe eſſe in tali articulo cõſtitutum, vt teneatur obedire Iudici præcipienti, & extorquenti veritatem: alioquin ipſe exiſtimare poteſt ſe eſſe occultum; nam cũ infamia prædicta, ſiue prædicta indicia ſint facti, non autem iuris, niſi illi à Commiſſario manifeſtentur, cùm ipſi lateãt, eum excuſabit facti ignorantia, ſecundùm omnes, & docet Caiet. in 2. 2. q. 69. in a. 1. & 2. in verſ. Tertium

tium quod. Et ex eo etiã ſunt reo prædicta manifeſtanda, vt poſſit ſe ab illis purgare, vel illis opponere; quod pertinere dicit ad defenſionem reo debitã iure naturæ; ſed quid ſit quòad hoc dicendum, vide infra in c. 14. num. 5. Quibus autem deficientibus nõ ad inquiſitionem ſpecialem, ſed ad generalem Commiſſarius procedere poteſt, circa quam aduertenda ſunt ea, quæ dicta ſunt ſupra in num. 9. & 10. Et in caſu, quo ex illa oriantur indicia, aut ſemiplena probatio, poteſt tunc ex illis, vel ex illa procedere ad inquiſitionem ſpecialem, iuxta dicta ſupra in n. 11. 12. & 13. & dicenda infra in num. 38. & 39. vbi de ſemiplena probatione erit ſermo. Quam inquiſitionẽ generalem ſecundùm noſtrum propoſitum incipere poteſt iuxta hanc formam.

Forma incipiendi inquiſitionem generalem.

*Die 23. Nouemb. anni 1637. RR. PP. D. N. & N. Viſitatores talis Religionis cupientes, vt è Religione vitia expellantur, & vt delinquentes ſaltem metu pœnæ à committendis criminib. abſtineant, determinarunt hanc generalem inquiſitonẽ facere, & inquirere, an in hoc monaſterio delicta aliqua commiſſa ſint à tali tempore vſq; ad hoc 1 deõq; vocato P. D. B. in tali loco huius Monaſterÿ, & pręſtito ei, &c.*

35 Ad hoc autem, vt nullitas talis inquiſitionis locum habeat, (illius ſcilicet de qua dictum eſt in prin. n. 34.) vt non poſſit Iudex ad vlteriora procedere, neceſſariò requiritur, vt inquiſitus compareat, & de nullitate inquiſitionis prædictæ opponat; nam ſi ſcit, & tacet, & non opponit, cenſetur inquiſitionem approbare, & Iudex poteſt ad vlteriora procedere, vt probat tex. in d. c. 2. de accuſat. in 6.

& poſt Alex.Ruin.Ripam, Angel.&alios,quos citat, tenet Farin.in d. q. 1. nu. 49. verſ. limita. Facereq; debet hāc oppoſitionem, ante litis conteſtationem, ſi illam ſcit; nam ſi tunc ſciat,& tacet,vlteriora impugnare non poteſt, quia cenſetur cedere iuri ſuo, vt probatur ex d. c. 2. ſecus ſi neſciat; nam tunc tempus illi non currit vſq. ad diem ſcientiæ, & interim conſentire non cenſetur, quia ignorans, & errans non conſentit l. ſi quis per errorem ff. de iuriſdict.omn. iudic.

36 Nunquam verò talis nullitas locum habet in crimine hæreſis, & apoſtaſiæ à fide,vt eſt tex.in cap.excommunicamus §. adijcimus de hæretic.&in l. apoſtatarum C. de apoſtat.& in l. nullus C. ad l. Iul. Maie.& tradit Nau.in rubr.de iudic. num.93. in quo crimine nec diffamatio ad inquirendum eſt neceſſaria, vt per Nau.ſupra, & Clar.in.d.§.fi.q.6. num.7.in prin.& Farinac. poſt Doctores, quos citat in d.q.9.nu. 14 per tex. in c.excomunicamus §. adijcimus, & ibid.Cardin.& Ioa.de Anan. de hæretic. nec ad idem,deficiēte diffamatione, requirūtur legitima indicia, ſed in crimine hoc fauore fidei ad inquiſitionem faciendam vehemens ſuſpitio ſufficit, vt dicit Clar.in d.nu.7. in fi.& dixi in meo Prōptuario ver.hæreſis n.12. in fi. & hūc locum citaui, vnde etiam ibidem in num. 14. & 15.vbi de ſuſpitione ad hoc neceſſaria latiùs tractaui.

Idemq;eſt dicendum de crimine læſæ maieſtatis humanæ, iuxta extrauag. ad reprimendum.

37 Poteſt etiam ſine periculo nullitatis, abſq; vllo accuſatore vero, vel ficto Iudex inquirere contra reum, quando agitur de impediendo, vel vitando aliquo imminente graui

malo

malo, præſertim animarū (quod ſcilicet alia via impediri non poteſt) & ad tollendam occaſionem illius, ſecundùm mentem Innoc. in c. 1. de poſtul. Præl. & tradit Nauar. in rubr. de iudic. nu. 92. in hoc enim caſu ſi tenentur etiam priuati, omni meliori modo, quo poſſunt, malum illud impedire, & occaſionem illā vitare, iuxta illud Prouerb. 24. *Erue illos, qui ducūtur ad mortem:* multò magis tenentur Iudices, qui ex officio mala impedire obligantur, quādo alia via, quàm iudiciaria malum illud impedire nō poſſunt, iudicialiter procedere, & contra committentem, vel paratum ad committendum malum illud inquirere ſine vllo accuſatore, etiam ficto. Nec obſtat in hoc caſu lex naturalis, & diuina de non infamādo proximū, cuius ratione inquiri cōtra delinquentes non poteſt, ſi infamia non præcedat, vel indicia, aut alia quæ de iure præcedere debent; nam cùm cōcurrat tunc talis lex cum alia lege naturali, & diuina de liberando à malo graui proximum innocentem, hæc præcedere debet, quia fortior illa eſt, cùm in hac agatur de liberando innocente ab iniquitate volentis nocere, in illa verò de damnādo iuſtè reo pro impediendo malo innocentis.

38 Deficiente fama, vel deficientibus indicijs ad faciendam ſpecialem inquiſitionem contra aliquem, iuxta ea, quæ ſupra dicta ſunt, etiam ſemiplenam probationem præcedere ſufficit, ſecundùm D. Thomas in 2. 2. q. 69. a. 2. in cuius corpore ita ait: *Non enim aliquis tenetur omnem veritatem cōfiteri, ſed illam ſolùm, quam ab eo poteſt, & debet requirere Iudex ſecundùm ordinem iuris, puta, cùm præceſſit infamia ſuper aliquo crimine,*

*ne, vel aliqua expreſſa indicia apparuerint, vel etiã cũ præceſſit probatio ſemiplena:* & idem tenet Caiet. ibidem, cuius verba non ſunt omittenda, nam doctrinam hanc de omnibus his tribus inquirendi modis lucidam redunt, ſic enim ait: *Oportet igitur, vel infamiam, ſeu clamoroſam inſinuationem, vel indicia manifeſta perſonæ, & criminis ſic præcedere, vt vehementer ſuſpectam reddant perſonam, ad hoc, vt teneatur ad præceptum Superioris ſeipſum prodere. Quando autem in tertio ſumus caſu, ſ. quòd præcedit ſemiplena probatio, conſtat etiam, quòd tenetur; ſed aduertendum, quòd cùm plenam probationem efficiant duo teſtes integrarum conditionum, ſemiplenam probationem efficit vnus teſtis omni exceptione maior. Et eſt ſermo de teſte ſecũdùm iura, qui, ſi nõ ſit actor, nec ſecretus depoſitor, ſed verè teſtis eſt iuratus; non particeps criminis, & ad iudiciũ concurrens, vt teſtis. Hoc eſt, quòd vltra accuſatorẽ, vel id, quod tenet accuſatoris locum, vt infamia, & cęt. iſte omni exceptione maior teſtetur directè de viſu commiſſionis criminis ab iſto, putà, quia vidit ipſum occidere illum, vel furari hoc: ſic enim eſt verè teſtis ſemiplenè probans.*

39 Et quamuis Nauar. prædictam Caiet. doctrinam, ac etiam Soti, qui idẽ tenet in tract. de rati. teg. memb. 2. q. 6. dub. 3. circa finem in ver. ſed eſt pręterea, ex eo impugnet in man. c. 18. nu. 38. quòd læditur fama eius, contra quem fit inquiſitio, quando fit nulla infamia præcedente, & datur cauſa inordinatæ læſioni cõtra iura, quæ prohibent ſpecialiter procedi per viam inquiſitionis contra aliquem, quando iuſta infamia non præcedit, vt in cap. ſuper is, & in c. qualiter, & quando il 2. de accuſat.

Digitized by Google

cuſat. & in alijs in nu. 14. ſupra citatis. Attamen intellecta hæc doctrina iuxta ea, quæ dixi ſupra in nu.20. ſcilicet, vt Iudex, occaſione ſumpta ex prædictis indicijs, vel à ſemiplena probatione, interrogare teſtes informatos incipiat ſpecialiter ſuper delicto, quod conſtat eſſe commiſſum, & in genere de delinquente, prout ibidem dictũ eſt, ſine vllo dubio doctrina hæc optima eſt dicenda, & abſq; difficultate ſeruari poteſt, & ſemiplenam probationem ſufficere ad inquirẽdum, ſpecialiter etiam contra Regularem, tenet poſt D.Tho. vbi ſupra, & Thomam à Ieſu de viſit. Regul.tract.2.c.2.Lezana in tomo 1. qq.regul.c.27. num. 6. quam ſententiam tenet etiam Leſſius lib.2. de Iuſt.c.29.dubit.16.nu. 146.& ex eo probat, quòd nõ minus hæc ſemiplena probatio inducit reum in publicam notitiam, quàm indicia probata, aut infamia; cùm fama nõ probet, ſed tãtùm accuſet, & quia ſi Iudices, habita ſemiplena probatione, non poſſent teſtes inquirere, bona pars delictorum maneret impunita, cùm teſtes non ſe ſpontè offerant. Et vnum teſtem omni exceptione maiorem facere ſemiplenam probationẽ, & ſufficere ad inquirendũ, dixi in 1. part. meę inſtit. lib.1.c.5.num.17. Ac ſufficere ad capiendum, inquirendum, & ad tormenta ſubijciendum affirmat Iodoc. in ſua praxi crim.c. 10.num.15.per tex. in l. ſi quis C.ad leg.Iul.Maieſt. vbi gloſ. in verſ.conuictus dicit, quòd vnus teſtis facit ſemiplenam probationem, & ſic concordat in hoc cum D.Thom.Caiet. & Soto, vbi ſupra, & idem tenet Salyc. in d.l. ſi quis num.3.

40 Nec his obſtat doctrina Cyni in l. 1. ad leg.Iul. Maieſt. dicentis, quòd in

cri-

criminalibus vnus teſtis omni exceptione maior nō facit ſemiplenam probationem, ſed in ciuilibus tantùm, quam doctrinam ſequitur Angel. ibid. vt refert, & ſequitur Lanfranc. de Oriano in tract. de teſtib. n.75.nam quidquid ſit de hoc, tamen ipſimet Doctores affirmāt vnum teſtem omni exceptione maiorem ſufficere ad torturam: Ergo ſecundùm ipſos etiam, & ad inquirendum ſufficere dicē. dum eſt,cùm inquiſitio ſit minus prçiudicialis,quàm tortura,ſed quòd vnus teſtis omni exceptione maior faciat ſemiplenā probationem, etiam in criminalibus, ex eo probatur, quòd etiam in criminalibus duo teſtes conteſtes, nulla exceptione maiores, faciunt plenam probationem; ergo etiam in criminalibus vnus teſtis omni exceptione maior facit ſemiplenam probationem. An autem vnus teſtis omni exceptione maior faciat indicium ad torturam,dicam infra.

41 Quando autem per viā inquiſitionis generalis proceditur,prçmiſſo prius verbo Dei, & præmiſſo edicto ſequentis formæ ad inquiſitionem erit procedendum, & non aliter arg. tex.in c. 1. §. ſanè de cenſib.lib.6.

Forma edicti pro incipienda inquiſitione generali à Prçlatis ſecularibus tempore viſitationis, vel alio quocumq; tempore.

*In Nomine Domini Amen.*

*Cùm perueniſſet Reuerendiſſimus N. Epiſcopus Diœceſis A. in Ciuitate,vel in terra,vel in villa V. officium ſuum exequi volens,vt è ſua Diœceſi vitia expurgentur,& delinquentes ſaltem metu pœnarum à criminibus committendis abſtineant,& iam commiſſa ob aliorum exemplum,& iuſtitiā ſeruan-*

*ſeruandam conuenientibus pœnis puniantur, per hoc edictũ ad eiuſdem ciuitatis Eccleſiæ maioris valuas fixum in virtute ſanctæ obedientiæ præcipit, vt omnes, qui de iure poſſũt, & debent, ſeruatis ſeruandis Eccleſiaſticorum delicta manifeſtare illi debeant. Datum in Terra V. in domo ſuæ Reſidentiæ, Die 23 menſis Nouembris 1637.*

Generales autem, & Viſitatores Regularium huiuſmodi edicta, ſeu viſitationis intimationes in ſcriptis facere nõ conſueuerunt, ſed conuocatis in Capitulo Fratribus, vel in Refectorio poſt prandiũ, vel cęnam breui ſermone, non autem longo, ne tedium, vel nauſeam afferat, maximè poſt comeſtionem, illis viſitationẽ manifeſtare debent, exhortando eos, vt Monaſterij ſtatum, & ea, quæ correctione indigẽt liberè aperire velint, vt tàm in ſpiritualibus, quàm in temporalibus ea, quę correctione digna ſunt, corrigere valeant.

42 Quibus peractis ad inquiſitionem generalem faciendam procedant, & Religioſi Viſitatores, ſiue Inquiſitores, ſingulis Religioſis ſingulariter ſecretè conuocatis, ab eis generaliter de ſtatu religioſorum, de diuino cultu, & obſeruantijs regularibus diligenter inquirant; Et Eccleſiaſtici Viſitatores ſeculares ſingulis Eccleſiaſticis ſecretè vocatis, ab eis de diuino cultu, & de ſtatu Eccleſiaſticorum in genere inquirant: generaliter etiam inquirendo, an in Diœceſi, vel Monaſterio ſit aliquis criminoſus, vel crimen aliquod ſit commiſſum, iuxta dicta ſupra in num. 10. Et ſi ſic generaliter interrogando aliquod delictum fuiſſe commiſſum audiant, certiorati de delicto, in genere, quis ſit delinquens interrogare poſſunt, iuxta ea, quæ dicta ſunt ſupra in

num.20. & 39. & reſpondentes ſe neſcire, interrogent eos etiam in genere an ſciant aliquem de tali delicto eſſe infamatum, vt dictum eſt in d. nu. 20. & cognitis infamiæ teſtibus ad inquiſitionē procedant, iuxta ſequentem formam, citatis prius teſtibus abſentibus, iuxta formam ponendam in ſequenti capitulo; & illis vocatis, ſi teſtes ſint præſentes, iuxta dicenda in eod. ſeq. cap. & dicta in meo Prompt. verb. citatio num. 5.

Forma procedendi per viam inquiſitionis ſpecialis quando ex inquiſitione generali reſultat cognitio ſpecialis delicti contra aliquem.

43 *Hac eſt quędam inquiſitio, quę fit, & fieri intēditur per Reuerendiſſimum D. N. Epiſcopum, &c. Nec non per D. N. eius Aſſeſſorem*, ſi autem inquirentes ſunt Regulares dicatur: *Per Reuerendiſſimum Generalem N. necnon per R. P. N. eius Aſſeſſorem*, ſi autem ſunt Viſitatores, vel Præpoſiti, ponendum eſt nomen eorum vnà cum officio, *in eo, de eo, & ſuper eo, quod ad aures eorum peruenit in inquiſitione generali, in qua inquirentes de delictis in genere audierunt, in tali uicinia*, vel in hoc Monaſterio, *tale furtum fuiſſe commiſſum à B. Et uolentes dicti DD. Iudices ad cognitionem ueritatis deuenire, & cognoſcere omnia, & ſingula à tali delicto emergentia, dependentia, contingētia, & illi connexa, ut delinquentem pro aliorum exemplo punire valeant*. Et ſi ſunt Regulares non habentes Notarium addatur: *Elegerunt me F. A. in Actuariū huius cauſę: præſtito mihi iuramento de fideliter ſcribendo, & ſecretè tenendo quidquid à teſtibus in hac cauſa, nec non, & ab ipſo Reo dictum fuerit, vſq; ad publicationem proceſſus de mādato ipſorum Patrum faciendam. Hac die 23. menſis Nouembr.*

*uembris in tali terra, ſeu in tali Monaſterio in Camera reſidentię, ſeu habitationis, &c.*

44 At ſi ex inquiſitione generali, non infamia, ſed indicia reſultarent, in prædicta forma omittantur verba illa: *Et in eadem vicinia, vel in eodem Monaſterio eſſe publicã vocem, & famam tale delictum fuiſſe commiſſum à B.* & loco illorum ponantur verba hęc: *Et de tali delicto ex eadem generali inquiſitione graue indicium reſultat contra A. ex eo, quòd eodem tempore, quo prædictum homicidium fuit perpetratum, in eodem loco fuit viſus A. habens gladiũ euanginatum, & vnà cum veſte ſanguine madefacta.* Et poſtea addatur: *Et volentes, &c.*

45 Si nec infamia, nec iudicia ex generali inquiſitione reſultarẽt, ſed ſemiplena probatio, nempè quia vnus teſtis omni exceptione maior teſtatur propijs oculis vidiſſe B. percutientem gladio eum, qui occiſus fuit, & vidiſſe illũ ob tale vulnus vitam cũ morte commutare, tunc omiſſis prædictis verbis dicatur: *Et de tali homicidio, & de eadem generali inquiſitione oritur ſemiplena probatio contra B. ex eo quòd teſtis vnus, nulla exceptione maior, teſtatur vidiſſe proprijs oculis prædictum B. gladio percutere talem occiſum, & illum vitam cum morte commutare.*

45 Et quia quando infamia præcedit, immediatè per illam aperitur Iudici via ad inquiſitionem contra aliquem ſpecialiter faciendam, ſi ſimul etiam clamoroſa inſinuatio pręcedat, vt in d. cap. qualiter, & quando il 2. de accuſation. & in alijs iuribus citatis ſupra in nu. 14. prout dictum eſt ibid. & in nu. 15. inquiſitionis initium hoc modo erit tunc formandum, v3.

Forma incipiendi proceſſum per viam inquiſitionis, quando contra aliquem infamia, ac clamoroſa inſinuatio præcedit.

*Cùm ad aures R.P. Abbatis S.P. peruenerit fama antecedente, clamoroſaq; inſinuatione præcedente, quòd D.C. bona noſtri Monaſterij dilapidet, vel quòd D.F. conuerſationem cuiuſdam ſuſpectæ mulieris, vel ſuſpecti adoleſcentis frequentat, vt publico bono coſuleret, & officij ſui munere fungatur inquiſitionem ſuper huiuſmodi, ac ſuper annexis, & connexis emergentibus, & dependentibus inſtituere curauit vnà cum R.P.D.I. Aſſeſſore, ad hoc, vt cognita ueritate in aliorum exemplo, & ne delicta remaneant impunita delinquētem punire ualeant. Actaq; hæc incipiunt in d. Monaſterio S.P. Die 24. menſis Nouembris 1637.*

In noſtra autem Religione, ſi (quod abſit) caſus contingat virtute noſtrorum decretorū poſt verba illa: *Et officij ſui munere fungatur.* verba hæc addantur: *Conuocato iam Capitulo domus, in quo per ſecreta ſuffragia cōcluſum fuit, ut circa hæc acta iudiciaria ſint facienda.* Et poſtea addatur: *inquiſitionem ſuper, &c.* Et quia nō habemus Notarium, ſed Actuarius ex noſtris eſt eligendus ante verba: *actaq; hæc*, dicatur: *electus fui ego B. in Actuarium huius cauſæ, praſtitumque fuit mihi iuramentum, tactis Euangelijs, de fideliter ſcribendo, & ſecretè tenendo quidquid à d. teſtibus, & ab ipſo reo in hac cauſa dictum fuerit uſq; ad publicationem proceſſus de mandato dictorum PP. faciendo.*

43 Aduerte autem, me in dictis formis dixiſſe, Iudices non ſolùm inquirere de delicto, ſed etiam ſuper annexis, emergentibus, & dependentibus: quia etiā de illis inquirere Iudex poteſt, licèt inquiſitus, quo

quòad illos infamia non laboret v.g. inquiritur cõtra Petrum de cõcubinatu, de quo laborat infamia; ſed teſtes examinando incidenter cognoſcit Iudex concubinam eſſe conſanguineam, vel monialem, aut nuptam; tunc quia talis circunſtantia delicto illo concubinatus annexa, & connexa eſt, etiam de illa inquirere Iudex poteſt, etſi reus quòad illam infamiá non laboret, vt per Scribẽtes in in d. cap. inquiſitionis, & cap. qualiter, & quando il 2. de accuſat. & per Bart. ſuper extrau. Ad reprimẽdum, & in l. 2. poſt gloſ. in §. ſi publico ff. ad leg. Iul. de adult. & tradit Sot. de tege. memb. 2. q. 6. concl. 3. Et ratio eſt, quia talis circunſtantia tunc ita delicto eſt annexa, vt ſeparari ab illo non poſſit: ita vt inquirere poſſit Iudex de tali concubinatu, & non inquirere de qualitate mulieris cũ qua committitur concubinatus; delictum enim hoc cum hac qualitate hic, & nunc perficitur, & vbi requiritur actus cum aliqua qualitate, ſine illa non ſufficit, vt probatur ex tex. in l. Fulcinius §. cùm hoc ff. quib. ex cauſis in poſſ. eat. & facit tex. in cap. ab eo, & ibi gloſ. in verſ. vel eius qualitas, de elect. in 6.

48 Vel examinatur reus aliquis de adulterio commiſſo, de quo eſt ipſe infamatus, ipſe verò incidenter vnà cum adulterio furtum commiſiſſe fatetur, vt adulterium committere poſſit, de quo furto infamatus non erat: poteſt .n. tunc Iudex, etiam de tali furto contra confitentem inquirere, & illum punire in eadem tela iudicij, vel ſaltem texendo nouum proceſſum, iuxta receptã Doctorum ſententiam in l. 2. §. ſi publico ff. de adulter. per l. quod euitandi C. de condi. ob turp. cauſ. & l. pen. C. ſi aduerſ. libert.

&

& facit cap. cùm ſuper de confeſſ. ſecundùm intellectum Abb. ibid. & tradit Nauar. in rubr. de iudic. poſt nu.86. in verſ. ex quo colligitur. Et ratio eſt, quia, vt dicit Sot. vbi ſupr. propria confeſſio abundè ſufficit pro infamia, & vt per Nauar. ibid. per confeſſionem in iudicio factam, illud peccatum furti efficitur notorium iuris; ea enim, quæ ab ipſo delinquente in iudicio confitentur, efficiuntur notoria iuris, vt in cap. veſtra, & in cap. vlt. de coha. cler. & mulier. & dixi in prima par. meæ inſtit. lib. 1. c. 13. nu.4. & notorietas illa dicitur fictus accuſator, ſecundùm Nauar. vbi ſupra, & docet etiam ibid. quòd tunc puniri poteſt in eodem iudicio delictum ibidem incidēter confeſſum, quando aliquo modo contingit delictum principale: ſed quando illud non contingit, tunc ordinandam eſſe dicit nouam iudicij telam ex Iudicis officio, vt probatur ex proximè citatis iuribus. Et tunc noua tela, ſeù nouus proceſſus in hac forma incipiendus erit.

Forma incipiendi inquiſitionem, quando incidenter contra reum detegitur delictum aliquod omninò ſeparatum à delicto, de quo eſt inquiſitus.

*Cùm ex proceſſu iudicialiter agitato coràm R.P.D.N. Priore Monaſterij S.A. Ciuitatis B. contra A. inquiſitum, ſiue denunciatum, de crimine ſodomiæ conſtet eidē Iudici eundem A. commiſiſſe homicidium, & ſit munus officij ſui delinquentes punire, ſed quia prius inquirendum eſt de veritate tàm delicti, quàm delinquentis, iuxtà Ciuiles, & Canonicas ſanctiones: Idcircò ob bonum publicum, & vt officio ſuo ſungatur, inquiſitionem banc ſuper tale delictum inſtituere curauit, & ſuper vnumquodq; illi annexum, vel connexum*

*nexum, &c. Hodie in noſtro Monaſterio prædicto S. A. die 24. menſis Nouembris 1637.*

49 Nec eſt neceſſarium ad hoc vt Iudex inquirere, & punire poſtea poſſit delictum, à reo in iudicio incidenter confeſſum, vt talis confeſſio coram pluribus facta ſit, ſed ſufficit ſi in iudicio fiat ad hoc, vt ſit notoria iuris, vt patet ex d. cap. veſtra, & c. fi. de coha. clericor. & mulier. Nec huic dicto obſtat doctrina Soti in d. concl. 3. in caſu 2. vbi dicit, quòd quando quis extra ordinem iuris faſſus eſt proprium crimen, non eſt inquirẽdus iudicialiter, niſi hoc fecerit corã multis, non autem quando quis ſecretè coràm vno, vel duobus, vel etiam coràm Prælato lapſu linguæ, aut alio modo confeſſus eſt proprium crimen: loquitur enim ibi Sot. de confeſſione extraiudicialiter facta, & doctrina noſtra procedit; quãdo talis cõfeſſio iudcialiter facta eſt.

50 Notabilis eſt etiã alius modus, quo aperitur Iudici via ad inquirendum, nulla quærela, denunciatione, aut infamia præcedente, & ideò hic non eſt omittendus: eſtq; quando delinquens à Miniſtris Curiæ, vel ab alijs in flagranti crimine captus eſt, & Iudici præſentatus teſtantes illi in actis de viſu, vt latè per Clar. & Doctores, quos ibidem citat in d. §. fi. q. 8. per totam, & Baiar. ibidem, qui alios citat. Et dicit Foller. in ſua praxi crim. in rubr. Itẽ quòd fuit captus in flagr. crimine nu. 5. quòd capere repertum in flagranti crimine poſſunt omnes, ad quos ſpectat, dummodò ſtatim tunc ad Iudicem deferant, vt in l. raptores C. de Epiſcopis, & Cler. ac etiam illi, ad quos non ſpectat, vt in l. 3. ff. de furt. & in l. defenſor C. de defenſ. Ciuit. ac etiã laici

Cleri-

Clericum, quia tunc quilibet dicitur habere à lege mandatum capiendi malefactorẽ, vt dicit Genuẽſ. in ſua praxi Archiepiſc.Neapol.c.33.nu.10. per d. l. raptores C. de Epiſcop.& Cleric.& l.capite quinto ff. de adulter. & refert Felin.in c.ſi verò de ſent.excom.teſtantem de cõmuni, & latius dixi in mea 3.par.lib.3.c.11. num. 10. vbi circa finem addidi poſt Boer. & alios ibi citatos,ſic captũ Clericum non eſſe detinendum in carcere à laicis vltra ſpatium 20. horarũ, & deducendum eſſe ad Iudicem Eccleſiaſticum ſine ignominia, alioquin non euitatur excomunicatio.

51 Contra eum autẽ, qui captus eſt in flagranti crimine, teſtes idonei ſunt capientes, quando per alios probari non poteſt, & dictis teſtibus aliud nõ obſtat, vt poſt Ilern. & Aflict.in Conſtitu.humanitate,dicit Folle.vbi ſupra in nu.7. addit tamen, quòd in hoc multum verſari debet ſollicitudo Iudicis,qui modis omnibus perquirere veritatem debet.At Clar.in d. q.8.nu. 2.dicit, deprçhenſionem in hoc crimine non facere plenam probationem, ſed tantũmodo operatur, vt Reus torqueri poſſit. Ideòq; ſolere Iudices ſic captos ſtatim eos condẽnare, ſi crimen fateatur, & ſi negant, ſtatim abſq; alio proceſsu ducere eos ad torturam, ſi delictum eſt graue, non autem ſi leue,eſſeq;hanc communem ſententiam fatetur, & Aſſeſſorũ praxim: Sed quia quomodo ſit in hoc procedendum, & procedendi forma latiſſimè traditur à Foller.vbi ſupra in n.12. ad illum te remitto, ne aliorum ſcripta tranſcribam.

52 Et tandem alium adde caſũ,in quo poteſt Iudex inquirere, nulla accuſatione

tione,denunciatione,aut infamia præcedente : caſus autem erit,quando Iudex videt aliquem delinquere . ita Clar. in d. §.fi. q.8.num.5. in verſ. Benè ex eo . Vide etiam infra in c.14.vbi agitur de reo interrogando à nu.7,

## De Teſtibus examinandis,ac de eorum tortura. Cap.XIII.

### *SVMMARIVM.*

1 *Teſtes ad eſſentiam iudicij non pertinent:ſed ſecretè ſunt prius examinandi pro informatione Curiæ.*

*Actore nō probante reus abſoluitur.*

*Teſtes quando, & quomodo examinandi ſunt.*

*Teſtes examinati non citata Parte nihil probant ad reum condemnādum,etſi mille ſint, ſed ſufficiunt ad torturam,& ad conſtituendum reum.*

*Teſtes ſpecialiter interrogari poſſunt de delinquente,quādo proceditur per viam accuſationis,aut denunciationis;non autem quando proceditur per viam inquiſitionis.*

2 *Teſtes ante examinationem citandi ſunt, & ſub aliqua pœna compellendi, vt ad teſtimonium ferendum veniant.*

*Teſtes ſpontè accedentes ſunt ſuſpecti.*

*Teſtes apud Regulares non citātur,ſed oretenùs vocantur.*

*Teſtes citati, & Regulares ad teſtimonium ferendum vocati,ſi non veniunt, compelluntur. Niſi tales ſint, vt cogi nō poſſint:& qui tales ſunt, enumerantur.*

*Teſtes qui cogi non poſſunt ad teſtimonium ferēdum quando aliter veritas haberi nō poteſt, cōpelluntur;& tunc omnes recipiuntur,*

*Teſtes producens non idoneos ex eo,quòd aliter veritas haberi non poteſt, hoc probare obligatur.*

*Teſtimonium ferre coguntur etiam Magiſtratus,quādo publica vtilitas hoc ſuadet,& aliter veritas haberi non poteſt.*

3 *A teſtimonio repelluntur de iure Canon. omnes mulieres, quādo cauſa criminaliter agi-*

*tur, non autem de iure ciuili.*
*Mulier prægnans, & alia quæcunq; teſtificari nõ tenetur perſonaliter cõparendo in iudicio.*
*Monialium teſtimonium inter Religioſos eſt admittendum.*
4 *Inimici à teſtificãdo in criminali cauſa repelluntur, quando inimicitia eſt capitalis.*
*Inimicitia quando dicatur capitalis ſtandum eſt arbitrio Iudicis.*
*Inimici etiam non capitales in cauſa criminali nõ ſunt omni exceptione maiores, & ideo à Parte repelli poſſunt.*
*Inimicorum non capitaliũ teſtimonium tãtum diminuitur quantum patitur qualitas inimicitiæ arbitrio Iudicis.*
*Inimici non capitalis teſtimonium non facit ſemiplenam probationem.*
*Inimicitia procurata, vt quis teſtis eſſe non poſſit, nõ prodeſt.*
5 *Inimicitia quando eſt capitalis, & pro parte inquiſiti inſtatur, vt ideò nõ recipiantur aliqui in teſtes, oſtendens ſeparatim ad hoc probandũ, debet Iudex ſummariè hoc cognoſcere, quo cognito recipere illos non debet.*
6 *Teſtimonium, durãte inimicitia capitali factum, non conualidatur per ſubſequentem reconciliationem.*
*Teſtificatio facta poſt reconciliationem ab eis, qui erant capitaliter inimici valida eſt, niſi reconciliatio eſſet recens.*
7 *Teſtis an, & quãdo ſit repellendus ob recentem inimicitiæ capitalis reconciliationem, arbitrio Iudicis eſt relictum.*
8 *A teſtimonio ferendo contra Clericũ laicus indiſtinctè repellitur in cauſa criminali, etiam ſi ſit Clericus primæ tõſuræ, quando alij teſtes examinari poſſunt.*
9 *Teſtimonium laici contra Clericũ admittitur in criminibus exceptis; niſi laicus patiatur alios defectus.*
10 *Teſtimonium pauperum in cauſa criminali repellitur, niſi ſint pauperes honeſtæ vitæ, & bonæ conditionis.*
*Teſtimonium dicere nõ poteſt pauper, cùm repellatur ab accuſãdo, quod eſt minoris præiudicij.*
*Pauperes qui dicantur, vt repellantur à teſtimonio.*
11 *Infames infamia iuris à teſtimonio repelluntur, ac etiam infames infamia facti, niſi in defectum, & cum tortura.*
*A teſtificando in cauſis criminalibus repellitur cõuictus de crimine, accuſatione præcedẽte etiam ſi ſit emendatus.*
12 *Pupillus teſtis eſſe non poteſt, nec*

*nec in criminalibus, nec in ciuilibus: ſed ſi ſit proximus pubertati, & doli capax facit aliquod indicium, quando Iudex procedit ex officio.*

*Teſtimonium ferre poteſt impubes factus pubes de his, quæ vidit impubes.*

*Impuberes, & infantes quãdo examinari poſſunt.*

13 *Domeſtici vtroq; iure à teſtimonio repellũtur, etiamſi ſint mercennarij, vel in mandatis. Et regulariter idem eſt de ſocijs criminis.*

14 *Ad teſtimonium ferendum admittendi ſunt omnes, qui in iure expreſsè prohibiti nõ ſunt.*

16 *A teſtimonio qui repellũtur contra reum, non repelluntur ad eius defenſionem, etſi plenè non probent, ſed eſt hoc exiſtimandum arbitrio Iudicis.*

*Teſtes inhabiles, dummodo nõ ſint inimici, ob immanitatem criminis admittuntur; ac etiã quando veritas aliter haberi non poteſt ad infligendam pœnam extraordinariam.*

*Teſtes omnes inhabiles (exceptis inimicis) inter Regulares ſunt admittendi, & quare.*

16 *Teſtes à Iudice cogi poſſunt ad teſtimonium ferendum, quando examinari poſſunt, tàm à Iudice ordinario, quàm delegato.*

*Teſtium coactionem à monitione incipere debet Iudex Eccleſiaſticus.*

17 *In teſtium coactione cenſura pœna apponenda non eſt, niſi ob defectum, etiam in cauſis criminalib. etiã Regularium*

*Teſtes dicentes non recordari id, quod ipſi dixerunt, aut tractarunt de recenti, ſi per duos teſtes conuincantur, torqueri poſſũt, ſi ex tali dicto deueniri poteſt ad torturam rei; & in n. 20. & quid de conſuetudine in num 21.*

18 *Teſtes quomodo citandi ſunt.*

19 *Teſtis ſuſpectus nè ſe ſubtrahat, vel ſubornetur, non eſt citandus, ſed ſtatim eſt capiẽdus Iudicis arbitrio.*

*Teſtes pro Curia examinati ſunt iterum interrogandi ad petitionem Partis, etiã ex interuallo; etſi fuerint ſibi cõtrarij, repellendi ſunt, vt periuri.*

20 *Teſtes pro inueniẽda veritate carcerari, & torqueri poſſunt.*

21 *Teſtis quando videtur celare veritatem torqueri poteſt.*

22 *Teſtes quando torquentur non eſt eis danda copia proceſſus, aut dilatio ad ſe defendẽdum, ſed de facto ſtatim torquentur.*

23 *Teſtis nõ eſt ita grauiter torquẽdus ſicut reus, ſed eius tor-*

*tura ſemper debet eſſe leuis, ita vt nõ ſit nimis leuis, nec nimis aſpera.*

24 *Teſtes quomodo iuramẽtum præſtare debeant.*

25 *Teſtes iurare debent tactis Euangelijs.*

*Teſtes iurare debẽt de veritate dicenda, & vt veris falſa non admiſceant.*

*Teſtes ſub qua forma iurare debent: & ponuntur ſex requiſita ad hoc neceſſaria.*

26 *Teſtes vt iurent tactis Euangelijs conſuetudo nõ ſeruat, & periculoſum hoc eſt.*

*Iuramentum quando præſtãdũ eſt tangendo ſacra, tangere illa debent etiam Epiſcopi.*

27 *Teſtes quomodo ſint admonẽdi priuſquam examinentur.*

*Ante teſtiũ examinationẽ ſcribendum eſt in actis dies, mẽſis, annus, & locus, in quo examinantur, &c.*

*Forma incipiẽdi examinationẽ teſtis corã Iudice regulari.*

*Forma incipiẽdi examinationem teſtis coram alijs Iudicib.*

28 *Teſtis quomodo ſit prius generaliter interrogandus.*

*Teſtium dicta quomodo ſint in actis ſcribenda.*

*Teſtiũ ſubornatio, vel inſtructio quãdo timetur quid ſit faciendum.*

29 *Teſtes examinãtes, & ſolùm ſcribentes ea, quæ faciunt pro Fiſco grauiter peccant.*

30 *Teſtium dicta etſi cauillare Iudex non debeat, ſed adiuuare, tamen facere aliquo modo poteſt, quando ſuſpectus eſt teſtis, & quomodo.*

31 *Teſtis quæ exprimere in ſuo examine debet.*

*Forma interrogandi teſtes in inquiſitione ſpeciali facienda.*

*Forma concluſionis examinis teſtium.*

*Forma ſubſcriptionis teſtis.*

32 *Teſtes duo conteſtes, & omni exceptione maiores plenam fidem faciunt.*

*Teſtes quando eſt dicendus omni exceptione maior.*

*Teſtes duo ad plenam probationem ſufficiunt etiam cõtra presbyterum. Et ponitur limitatio.*

*Teſtium numerus quando nõ eſt adiectus, duo ſufficiunt.*

*Pluralis locutio duorum numero contenta eſt.*

33 *Teſtes debent eſſe conteſtes, vt plenè probent.*

*Teſtes vt ſint conteſtes in quibus concordare debent.*

*Teſtes dicentes ſe referre verba formalia, non ſunt concordes, quando diſcordant in cortice verborũ, etſi in ſenſu concordent.*

34 *Teſtes concordantes in ſubſtantia*

*ſtantia facti non ſunt diſcordes, quando diuerſis verbis factum enarrant, niſi dicerent referre formalia verba.*

35 *Teſtes deponentes per eadem verba, & in nullo diſcordãtes, an ſint ſuſpecti de ſubornatione, & nihil probent Iudicis arbitrio eſt dijudicandum, & illos nõ probare Omnes docent, exceptis quibuſdam caſibus.*

36 *Teſtium numerus nihil prodeſt ad probandum, quando inter ſe contrarij ita sũt, vt vnus alteri concordari non poſſit.*

*Teſtes quando dicuntur ſingulares.*

*Teſtes ſingulares non probant etiam ſi mille ſint.*

*Teſtes reprobantur quãdo variant in loco, in tempore, & circa perſonam, etiam in criminibus exceptis.*

*Teſtes quomodo, & quãdo ſint concordandi, remiſſiuè.*

37 *Teſtimonio non præiudicatur quando alij teſtes dicunt tempus, & locum, alij verò non recordari affirmant.*

*Teſtes actoris, & rei numero æquales, & diſcordantes ſtandum eſt pro reo.*

*Actore non probante, reus abſoluitur.*

*Iudex facilior eſſe debet ad abſoluendum, quàm ad condẽnandum.*

*Teſtes vacillantes dicentes ſibi contraria omninò excludendi ſunt.*

*Teſtes quando obligantur veritatem manifeſtare, remiſſiuè.*

38 *Vacillare teſtis quando dicitur.*

*Teſtis vacillatio in actis ſcribenda eſt de mandato Iudicis.*

*Vacillatio teſtis ſub qua forma in actis ſcribenda eſt, & quando.*

39 *Teſtis varians in vno capitulo, reddit totum ſuum dictum nullum.*

*Varietas infringit dicta teſtium. Et explicatur quomodo ſit hoc intelligendum.*

*Teſtis contrarietas quando de facili eſt cõcordabilis eſt reducenda ad concordiam, non autem quando cum difficultate. & concordatur in hoc ſententia Loffredi cum communi.*

40 *Teſtis deponens contraria in examinibus diuerſis quãdo eſt enncoedandus, vt fugiat falſitatem, & vt probet.*

*Teſtis incontinẽti varians dicendo, ſe velle prius dicta corrigere, eſt admittenda poſterior eius depoſitio.*

*Incontinenti quando teſtis dicitur ſe corrigere.*

41 *Teſtis deponere debet circa factum iuxta materiam ſenſuum, non autem iudicare, & iudi-*

Digitized by Google

*iudicando redditur ſuſpectus.*
*Teſti non creditur circa ea, quæ percipiuntur ſenſu corporeo, niſi reddat cauſam ſcientiæ per ſenſum corporeum etiã non interrogatus.*

42 *Teſtes negantes etiam minus digni præferuntur affirmãtib. etiam dignioribus in criminalibus, ceteris paribus.*

43 *Teſtem ad condemnandum nemo ſe offerre tenetur in criminalibus, niſi in caſibus, in quib, accuſare quis obligatur.*
*Teſtis qui falſum protulit teſtimonium, ob quod eſt aliquis in periculo perdendi vitam, ſe reuocare obligatur.*
*Teſtis quando eſt dicendus falſus, & quibus pœnis falſus teſtis ſit puniendus, remiſſiuè.*
*Teſtes ſpontè ſe offerentes ſunt torquendi tanquàm ſuſpecti.*

44 *Probari delicta poſſunt non ſolùm teſtibus, ſed etiam coniecturis.*
*Coniectura ſicut præſumptio accipitur pro veritate, donec aliud appareat.*
*Præſumptio, & coniectura à lege approbata facit liquidiſſimam probationem.*
*Coniectura ſufficit ad probandum crimen difficilis probationis, & etiam delictum in genere.*

45 *Teſtes pro informatione Curiæ examinati non citata Parte ſunt neceſſariò repetendi, Parte citata ad videndum eorum iuramentum.*
*Teſtiũ repetitioni reus renunciare non valet, niſi in certo caſu.*
*Teſtis carceratus in vna ciuitate, & reus in alia, quomodo ſit repetendus, remiſſiuè.*

46 *Teſtium repetitio facienda eſt cũ omnibus requiſitis neceſſarijs pro examinatione teſtiũ.*
*Forma decreti pro repetitione teſtium.*
*Forma citationis rei ad vidẽdum iuramenta teſtium.*
*Forma citandi teſtes repetendi in Curia Epiſcopali.*
*In teſtium repetitione Iudex interuenire debet, & ſi reus interrogatoria præſentet, recipienda ſunt, & circa illa ſunt teſtes interrogandi.*
*Forma repetendi teſtes cum interrogatorijs datis à Parte, vel ſine illis.*
*Teſtis in repetitione varians, quid eſt faciendum.*

1 TEſtes, etſi ad eſſentiam iudicij non pertineant, ſed ad illam ſufficiat, ſi detur Reus, & Iudex inteueniat, vt per Suarez de Paz in ſua par

praxi in 3. annot. num. 1. tamen quia Actore non probante, Reus abſoluitur l. actor C. de prob. cũ alijs concord. meritò in c. forus verſ. in omni quoq; negotio, de verbor. ſignific. dicitur, quòd in omni negotio hę perſonę queruntur, Iudex, accuſator, reus, & tres teſtes: vbi gloſa explicat ly *tres teſtes* quomodo ſint intelligendi: nam duo tantùm ſufficiunt, ſi conteſtes ſint, vt in cap. licèt veniuerſitas, de teſtib. & in alijs cõcordantib. Ideòq; cùm conſtiterit Iudici de corpore delicti, ſiue procedat per viam accuſationis, ſiue per viam denunciationis, ſiue per viam inquiſitionis, debent teſtes de delicto benè informati, ac idonei pro informatione Curię ſecretè examinare, quod regulariter fieri ſolet non citata Parte, & de ſecreto, vt poſt Clar. in §. fi. q. 2. verſ. item quęro, dicit Ambroſin. de modo form. proceſſ. inform. lib. 1. c. 2. num. 2. in quo caſu eſt aduetẽdum, quòd, etſi teſtes examinati non citata Parte nihil pobent ad reum cõdemnandum, vt per Salyc. in l. fi. C. de quęſtion. Alex. in conſ. 179. in prin. Marſil. in conſ. 96. nu. 6. Ruin. in conſ. 10. num. 9. in 5. vol. Laderch. in conſ. 181. nu. 6. lib. 1. qui dicit, hoc procedere etiã ſi mille ſint, & Grammat. vot. 3. nu. 7. tamen ſufficiunt ad torturam, ſecundũ Laderch. vbi ſupra in nu. 7. & conſequenter etiam ad conſtituendum reum, cùm ſit hoc minus.

Et quando proceditur per viam accuſationis, vel denunciationis cõtra aliquem ſpecialiter accuſatum, vel denunciatũ, interrogari ſpecialiter poſſunt teſtes, quid ſciunt de tali delicto, de quo talis eſt accuſatus, vel denunciatus. Quando verò proceditur per viã inquiſitio-

ſitionis in caſu, quo tantùm cõſtat delictum fuiſſe commiſſum, non debet tunc Iudex ſpecialiter teſtes de delinquēte interrogare, ſed tantùm generaliter, an ſciant, quis delictum illud commiſerit, vt per Clar. in §. fi. q. 5. num. 5.

2 Sed priuſquam teſtes examinentur, citādi ſunt, & ſub aliqua pœna compellendi, vt ad teſtimonium ferendum veniant, nam ſi ſpontè ſe offerant ſunt ſuſpecti, vt per Boſſ. in tit. de tort. teſt. num. 9. & ita tradunt Doctores multi citati à Maſcar. de probat. concluſ. 1318. nu. 63. & 64. vbi dicit, tales teſtes torquendos eſſe, & ſequitur Carol. de Graſſ. de effect. cleric. effec. 10. n. 9. Sed apud Regulares non ſolùm ex probata conſuetudine, ſed etiam de iure teſtes non citantur, ſed oretenùs vocātur; & hoc ſufficit, vt non dicātur ſpontè venire; ſunt enim apud Regulares teſtes prçſentes, & quando Pars, vel teſtes ſunt præſentes, poteſt, & debet Iudex citationē facere viua voce, vt poſt Bald. in l. poſt edictum ff. de iudic. dixi in meo Prompt. ver. Citatio num. 5. ſi autem citati, aut Regulares vocati venire ad teſtimoniū ferendum recuſant, receptum eſt apud omnes, vt ad hoc faciendum compellantur, vt dicit Tranquill. Ambroſ. in tract. de modo forman. proceſſ. informat. lib. 1. c. 3. nu. 4. niſi tales ſint, vt regulariter cogi non poſſint, vt putà Pater contra filium, & è conuerſo, Gener aduerſus ſocerum, & è contra, Priuignus aduerſus vitricum, & è contra, Agnati aduerſus agnatos, Affines aduerſus affines, collaterales vſq. ad tertiū gradum, vxor contra maritum, & è contra, liberi contra patronos, & eorū liberos, & è conuerſo, vt

per

Digitized by Google

per Foller. in ſua prax. crim.par.2.num.29. & eſt tex.in l. lege Iulia ff. de teſtib. & latè Farinac. in 2.par. vbi de teſtib. q. 54. Qui quidem omnes ſupra enumerati cogi nō poſsūt ad teſtimonium ferēdum, niſi in caſu, quo alioquin veritas occultaretur, & delictū eſſet atrox, ne tale delictum impunitū remaneat, vt per Clar.in §.fi q. 24. nu.19. & communem eſſe ſententiā dicit ex Dec. in conſil.342.nu.8. Et fuit opinio Speculator. in tit. de teſtib. verſ.nūquid frater, vbi etſi Ioa. Andr.in addit.in verſ.ſupra excipiat aliquos, tamē Foller.in ſua praxi crim.par.2.in ver.capiat informationē n.29.dicit communē eſſe ſententiam Canoniſtarū, vt recipiantur omnes, quando aliter veritas haberi non pōt, vt in c.1.& c. cū peruenit de teſtib. cogend. citatq; multos Doctores huius ſentētiæ ſectatores, ipſeq; poſt Abb. in d. cap. ſuper eo de teſtib.cog.& alios, quos citat, dicit quòd ille, qui teſtes producit, probare tenetur, quòd veritas aliter haberi non poteſt: Magiſtratus etiam, etſi ad teſtificandum cogi non poſſint, vt dicit Foller. vbi ſupra in nu. 30. dicit tamen quòd ſi publica vtilitas ſuadet cogendi ſunt, quando veritas aliter haberi non poteſt, per l.vt gradatim §. quoties ff. de munerib.& honorib.

3 Repelluntur etiam à teſtimonio ferēdo in cauſis criminalibus de iure Canonico omnes mulieres, quando cauſa criminaliter agitur, ſecus ſi ciuiliter, vt per Dec. poſt Abb.in c. quoniam nu. 8. de teſtib. prout tenet etiā gloſ.ibid.in verſ.mulieres, & teſtatur de communi ſententia Abb.ibid. in nu. 2.& Dec.in nu.10. & ſeq. Clar.qui alios citat teſtantes de communi in d. §. fi. q.24.num.4. ſed de iure

ciuili non repelluntur, vt per Clar.qui poſt Doctores,quos citat, teſtatur de communi in d.q.24.nu.3. Et quamuis ſecundũ Bal. & Florian. in l. inuiti ff. de teſt.& eund.Bald.in l. Imperator ff. de ſtat. homin. Mulier pręgnans teſtificari non teneatur,tamen ſecundùm Bart. in l. 2. §. ſi verò ff. ſi quis caution. quem citat, & ſequitur Foller.vbi ſupra in nu. 31. ita eſt hoc intelligendum, vt non teneatur comparendo in iudicio perſonaliter,ſed vt Iudex teneatur mittere ad illam Actuariũ, vt iuret, & deponat, per l. ad egregias ff. de iureiur. & idem etiam dicit, ſi non ſit prægnans, vt in c. mulieres de iudic. in 6. Et inter Religioſos admittendum eſſe teſtimonium Monialiũ,maximè pro delictis, quæ in eorum Monaſterio cõmittuntur,dicit Lezana in 1. par. qq. Regular.c.27.n. 15. in fi.poſt Aretin.in ſua praxi c. 1. de ſecun.ſubſt.iudic. Alderete de diſcipl.reg.lib.2.c. 3. & Thom. à Ieſu de viſitat. reg.tract.3.c.11. nu.6. vbi idem dicit de alijs matronibus grauibus.

4 Inimici quoq; à teſtificando in criminali cauſa repelluntur, quãdo inimicitia eſt capitalis,communemq; hanc eſſe opinionẽ teſtatur Clar. poſt Doctores,quos cit.in d. q.24.nu. 5. ſtandumq. eſſe arbitrio Iudicis dicit, quando inimicitia dicatur capitalis; idemq; dicit Farinac. poſt Doctor. quos citat de teſtib.q.53. nu.57.& procedere concluſionẽ affirmat Clar. etiam in caſibus exceptis, putà læſæ Maieſtatis, & huiuſmodi, per tex. (quem Doctores dicunt eſſe ſingularem)in cap.per tuas de ſimon. ſed Farin. in tract.de teſtib.q.53.nu. 53.docet, capitalem inimicitiam eſſe neceſſariam in cauſa ciuili,ſed in criminali,in qua teſtes eſſe debent nulla exceptione maiores,

quam

quamlibet inimĭcitiam ēt leuem ſufficere ad illos repellendos à teſtificando; & in caſu, quo admittātur, illos non eſſe omni exceptione maiores affirmat, ſed vt dicit in nu. 54. tantum de eorum fide diminuitur, quantum patitur qualitas inimicitię Iudicis arbitrio. Et ita tenere refert Alber. de Malet. in tract. de teſtib. p. 1. c. 2. nu. 4. in fi. Petr. Moncada in addit. ad Crotum in tract. de teſtib. par. 3. num. 97. lit. KK. verſ. ſi verò inimicitia, Aufrer. de reprobat. teſt. nu. 56. verſ. ſi ſit leuis, Maſcard. de probat. lib. 1. concl. 462. nu. 34. Decia. in tract. crimin. par. 1. lib. 3. c. 25. num. 26. & alios à citatis Doctoribus, & à Farinac. vbi ſupra relatos, qui numero tanti ſunt, vt dicendum ſit, ſecundùm ipſum Farinac. in n. 55. ita communiter à Doctorib. receptum eſſe, & in num. 56. addit, inimici non capitalis teſtimonium nec facere ſemiplenam probationem, & ita tenere refert Menoch. de arbitr. iudic. lib. 1. q. 28. num. 5. Bertaz. in conſ. 92. num. 7. lib. 1. & conſil. 251. num. 17. lib. 2. Aym. in conſil. 6. num. 32. relatum à Ioa. Maria Mōticel. in repertor. de teſt. fol. 189. vol. 2. verſ. 2. Omnia tamen prædicta intelligenda ſunt, dūmodò inimicitia non ſit procurata ad hoc, vt teſtes eſſe non poſſint, vt per Farinac. poſt Doctor. quos citat in d. q. 53. num. 64.

5 At eſt aduertendum ex Foller. in ſua praxi crim. in tit. capiat informationem, quòd quando inimicitia eſt capitalis, & pro parte inquiſiti inſtatur, vt non recipiātur in teſtes tales, & tales, quia sūt capitales inimici inquiſiti, exponēdo, quòd paratus eſt ad talem inimicitiam verificādam, quòd impeditur examen, & debet ipſe Iudex ſummariè cognoſcere de allegata exceptione ini-

micitiæ, ſecundùm Bar. & Marſil. in l. j. §. ſi quis dicatur ff. de quæſtionib. & per Gram. in deciſ. 34. nu. 47. qua cognita, illos recipere non debet, quia quando inimicitia eſt capitalis, teſtes taliter inimici recipiēdi non ſunt, vt per Franc. Curt. in tract. de teſtib. nu. 101. verſ. & pręmiſſa intelligo, & Anton. Gomeſ. in lib. var. reſol. to. 3. c. 12. in rubr. de probat. deli. num. 14. ante medium, verſ. Intellige tamen quòd inimicus, vbi etiam de cōmuni teſtatur.

6 Teſtes autem recepti, capitali inimicitia non obſtante, etiam ſi à Parte per inſtantiam factam, impediti non fuerint (dūmodò admitti non conſenſerit, vt per Farinac. in d. q. 53. num. 70. in fin. eorum teſtimonium inimicia durāte factum, non conualidatur facta reconciliatione; nam ſi tempore depoſitionis erat quis inimicus, reconciliatio ſubſequens nō validat depoſitionē emanatam tēpore inimicitiæ, vt poſt Ioa: Andr. & Abb. quos citat, tenet Decian. in tract. crimin. par. 1. lib. 3. c. 25. num. 11. in fine, & ſeq. Farinac. in d. q. 53. nu. 58. in fi. Sed ſi teſtes, qui erant capitaliter inimici, examinati ſint poſt factam reconciliationem, teſtificatio valida eſt, quia in hac materia attēditur tempus depoſitionis, vt poſt Roland. in conſil. 24. nu. 31. lib. 1. & alios quos citat teſtantes de communi tenet Farinac. in d. q. 53. nu. 58. Niſi eſſent recōciliati de recenti; nam tunc odium, & nocendi illos retinere præſumitur, vt probat textus, & ibi glo. in cap. accuſatores il 1. 3. q. 5. & ibid. Prępoſ. Turrecrem. & Doctores, & de communi opinione teſtatur Gomeſ. in lib. variar. reſol. to. 3. d. c. 12. rubr. de probat. delict. nu. 14. ver. quod ſubintellige, & Couar. in lib. pract. qq. c. 18. nu. 3. poſt

quem

quem de illa etiam teſtatur Clar. in d. q. 24. num. 6. de qua etiam poſt citatos Doctor. teſtatur Farin. in d. q. 53. n. 59.

7 Et quamuis ſecundùm communem opinionem, de qua teſtatur Sigiſmũd. de Loffredo in conſil. feudal. 46. poſt num. 27. dicatur recens reconciliatio, quãdo poſt illam tres dies elapſi non ſunt, vt videtur probare tex. in d. c. accuſatores il 1. 3. q. 5. tamen Clar. in d. q. 24. num. 6. dicit, hoc arbitrio Iudicis eſſe relinquendum, qui ex circunſtantijs, & qualitate perſonarum, & inimicitiæ æſtimabit, an teſtis ob recentem reconciliationẽ ſit repellendus, vel non, & ſequitur Farinac. qui ita tenendum eſſe dicit in d. q. 53. num. 61. referens idem voluiſſe Campeg. de teſtib. reg. 23. in 3. fallent. & reg. 26. in 3. fallent. & Maſcard. de probat. lib. 2. concluſ. 899. nu. 10 in fin.

8 Laicus etiam indiſtinctè repellitur à teſtimonio ferendo contra clericum, quando eius cauſa criminaliter agitur, ſecundùm communem Doctorum opinionem, de qua teſtatur Couar. in lib. practic. qq. q. 18. poſt nu. 2. & poſt illum Clar. in d. q. 24. nu. 10. referens idem affirmare Viuium in lib. communium opin. ver. teſtificari poſſunt, & Menchiaca in lib. 3. de teſt. §. 22. nu. 73. vbi loquitur etiam in criminibus exceptis: Eſtque hoc maximè aduertendũ à Regularibus, vt contra Clericos, laicos ad teſtificandum non admittant ẽt ſi ſit clericus primæ tonſuræ, vt per Farin. de teſtib. q. 61. nu. 101. & dicit hoc probare tex. in cap. de cetero in ver. Clericum de teſtib. iuncto cap. Clericos, & ibi gloſ. in verſ. pſalmiſtas 21. diſtin. Sed intellige, dumodò ſint alij teſtes q examinari poſſint, nam alioquin in defectũ admittuntur, iuxta dicenda

da infra in num. 15.

9 Quam quidem communem opinionem non habere locum dicas in criminibus exceptis contra Menchiacam vbi ſupra, quia in illis laicus contra clericum ferre teſtimoniũ nõ prohibetur, iuxta gloſ. in cap. cùm P. Mãconella de accuſat. & alios, quos citat, & teſtatur de communi ſententia Doctor. Farinac. in d. tract. de teſtib. q. 61. num. 205. Niſi tũc laicus pateretur alios defectus, vtputà quia eſſet ſocius criminis, inimicus, vel aliàs malæ famæ, eſſeq; & hanc commmunem opinionem teſtatur ibidem ipſe Farinac. poſt Doctores, quos citat in d. nu. 105. & idem refert tenere Diaz in pract. crim. canon. c. 120. verſ. Item fallit, & Maſcard. de probat. lib. 1. concluſ. 462. nu. 14. lib. 2. concl. 962. num. 10. & lib. 3. concluſ. 1359. nu. 58.

10 Pauperes etiam à teſtificando in cauſa criminali repelluntur, quãdo ſimul pauperes ſunt, & perſonę turpes, ſecus autem ſi ſint perſonæ honeſtæ vitæ, & bonę conditionis, & famę ſecundùm Clar. in d. q. 24. num. 11. vbi teſtatur poſt Doctores, quos citat ita communiter omnes Scribentes tenere: quæ quidẽ ſentẽtia, & ſi veriſſima ſit, vt dicit Farinac. in d. tract. de teſtib. q. 57. nu. 19. attamen quia à Doctoribus pauperes in cauſis criminalibus non ſolùm non reputantur integræ fidei, nõ idonei, & omni exceptione maiores, vt volunt Campeg. de teſtib. reg. 113. in 3. fallent. Ruin. in conſil. 159. nu. 27. verſ. & pauperi ſimpliciter lib. 5. & conſil. 149. num. 32. ver. prædicti autem in eod. lib. 5. & per Suarez, qui teſtatur de cõmuni in ſuis cõmun. opinion. lit. T, num. 125. de qua etiam teſtatur Octau. Oſaſch. in conſ. 66. nu. 22. & tradit Farinac. in d.

d.q.57.n.15.ſed reputãtur etiã omninò inhabiles, & nõ admittẽdos, vt probat tex. in l. nonnulli C. de accuſat. vbi pauperes repelluntur ab accuſando; ergo multò magis à teſtificando, vt dicit Farin. in d.q. 57.num.16. quia teſtimonium dicere eſt maioris prę iudicij, quàm accuſare; cùm Iudex prolaturus ſit ſententiam ſecundùm allegata, & probata, non autẽ ſecundùm accuſationem, l. qui accuſare C. de edendo; ideòque dicit Farinac. ſupra in num.19. recedendum non eſſe à ſententia, quæ abſolutè docet, in cauſa criminali pauperes in teſtes recipiendos non eſſe, & in 16. multos citat dicentes, hanc eſſe communem omnium ſententiam. Pauperes autem illos ad hoc eſſe dicit poſt Doctores, quos citat ibidẽ in num.48. qui de proprio labore, & artificio viuunt, & maximè quando vt viuant exercent artem vilẽ, ignobilem, & męchanicã, prout dicit n.50.

11 Infames infamia iuris repellendos eſſe à teſtimonio ferendo indubitatum eſſe abſque controuerſia apud omnes, dicit Clar. in d.§. fin. q.24. num. 13. & communem eſſe opinionem teſtatur, idemq; eſſe dicendum de infamibus infamia facti, niſi in defectũ aliorum teſtium, & cũ tortura, & ſine illa admittendos non eſſe etiam in ſubſidium, eſt tex. in l. ob carmen §. ſi ea rei conditio ff. de teſtib. per quem text. & per auth. de teſtib. §. ſi verò collat. 6. firmat ſententiam hanc gloſ. in l. 3. §. lege Iulia in ver. palã, ad finem verſ. & cum tormentis ff. de teſtib. ac Doctores, quos citat, & ſequitur Farin. de teſtib. q.56.n. 56. & ita cõcludere omnes dicit poſt Clar. vbi ſupra, & Aretin. in c.1. num.40. de accuſat. Quæ quidem ſententia adeò eſt vera, vt infames nec contra infames

mes ad teſtificandum ſint admittendi, vt dicit Farin. in d.q.56.nu.44.poſt Doctores, quos citat, poſt quorum aliquos communem hanc eſſe ſententiam teſtatur. Vide circa hanc materiam latè eundem Farinac.in d. q.56.per totam. Et vide Clar. in d. q. 24.nu. 17. vbi notabiliter dicit, communem eſſe ſententiam, quòd ſemel cõuictus de crimine, accuſatione præcedente, repellitur à teſtificando in cauſis criminalibus, licèt poſtea ſit emendatus.

12 Et ſcias etiã, quòd etſi Pupillus teſtis eſſe non poſſit, præſertim in criminalibus, vt in d.l.3. §. lege Iulia ff. de teſtib. eſtq; teſtimonium eius nullum ipſo iure, etiam Parte non opponente tàm in criminalibus, quàm in ciuilibus, vt per Farinac.de teſtib.q.58.nu.12.poſt Doctores quos citat, & in nu. 17.dicit hoc procedere etiam ſi ſit proximus pubertati, etiã ſi ſit doli capax, tamen ad teſtificandũ admitti poteſt, quãdo eſt pubertati proximus, & doli capax, non ad probationem faciendam, quia nullam prorſus probationem facit, ſed ad faciendum quale quale indicium, ſecundùm Bald.in l. inuiti la 2. in princip. poſt gloſam ibi in ver.ſed nec pupillus ff.de teſtib.& Farinac.qui alios citat in d.q.58.num. 44. dummodò Iudex hoc faciat ex officio, non autẽ ad inſtãtiam Partis, per ea quę ipſe dicit ibi in n. 37. & quamuis nonnulli cenſeant, teſtimonium impuberis nullum facere indicium, niſi in crimine læſæ Maieſtatis, dicit tamen Farin.in d. q. 58. num.46. à ſupradicta ſententia nõ eſſe recedẽdum, cùm cõmunis ſit, & veriſſima; & vt dicit Clar. in d.q. 24.n. 18. cõſuetudo admittit, vt poſſint examinari, ſi nõ vt probent, ſaltèm ad veritatem indagandam, præſertim

ſim in criminalibus atrocibus. Additq; indubitatam eſſe, quòd factus pubes teſtificari poteſt de his, quæ vidit in ætate pupillari, & communem hãc eſſe ſententiam dicit; & Foller. in ſua praxi crimin. par. 2. in rubr. capiat infamationem n. 65. dicit eſſe notandum, quòd vbi veritas aliter haberi non poteſt, examinari poſſunt impuberes, & infantes, vt ſaltem faciãt indicium ad torturã; dũmodò in actis prius conſtet, aliter veritatem haberi nõ poſſe, habitum, & actum probando quòd fuit de nocte, vbi non erant, nec adeſſe poterant alij teſtes, vt ex multis hoc firmare refert Hipp. de Marſ. in l. Infans nu. 35. cũ ſeq. ff. de ſicar. Addens ipſe Foller. vbi ſupra, quòd vbi habitu, & actu alij teſtes potuerũt haberi, licèt actu haberi nõ poſſint, ꝙ tunc infantes, & impuberes nõ probãt; ideòq; aduertit Iudices, vt ſciãt hoc practicare.

13 Domeſticos etiam præſertim in criminalibus à teſtimonio eſſe repellẽdos tàm in iure ciuili, quàm in canonico determinatum inuenitur, vt in l. etiam C. de teſtib. l. 1. §. ad quęſtionem ff. de quæſtionib. l. teſtes eos ff. de teſtib. c. ſi teſtes §. teſtes 4. q. 3. c. in literis de teſtib. vbi hoc Canoniſtæ notant, cap. ſuper prudentiam 14. q. 2. cum alijs concordãtibus; eſt concluſio ab omnibus recepta communiter, vt poſt Doctores, quos citat dicit Farinac. in d. trac. de teſtib. q. 55. num. 2. & hoc procedere dicit in nu. 14. etiam ſi ſint domeſtici mercennarij. Et idem dicendum eſt de eo, qui eſt in mandatis alicuius, licet nõ ſemper ſecum comedat, & bibat, vt dicit Felin. in conſil. 50. num. 28. per tex. in l. 3. ff. de teſtib. & Speculat. in tit. de teſtib. verſ. quòd eſt famulus. Quia autem materia hæc latiſſima eſt, & Regularibus

bus minimè neceſſaria, & Iudices tàm Eccleſiaſtici, quàm ſeculares videre illã poſſunt apud Farinac. in d. q. 55. ad illum illos remitto: Non omittendo quòd regulariter ſocij, & participes criminis ad teſtimonium ferendum non admittuntur, vt latè per Boer. & Doctores, quos ipſe citat in deciſ. 319. per totam.

14 Ex dictis autem plures habes caſus, ex quibus poteſt quis à teſtificando repelli in criminalibus cauſis; ſi autẽ tu in alios caſus in iure expreſſos inuenies, omninò illos repellere potes, & debes, at ſi caſus nec in præcedentibus, nec in aliquo iure eſt expreſſus, nullo modò repellere teſtem aliquem debes, quia ad teſtificãdum omnes admittuntur, niſi à lege expreſſè prohibiti reperiantur, vt per tex. in l. 1. in fi. prin. ff. de teſtib. iun. gloſ. fi. in verſ. anguſtetur in princ. in l. quoniam C. de hæretic. & manich. Doctores cõmuniter affirmant, vt teſtatur Farinac. qui eandem ſentẽtiam ſequitur poſt multos, quos citat in d. tract. de teſtib. q. 53. num. 1.

15 Et ſcias, quòd omnes illi, qui repelluntur à teſtificando in cauſis criminalibus, repelluntur vt teſtimonium ferre non valeant contra reum, nõ autem ad eius defenſionem, ob quã omninò admittendi ſunt ad probandam eius innocentiã; & communem hanc eſſe opinionem teſtatur poſt Gomeſ. in d. tom. 3. var. reſol. c. 12. de delict. num. 23. Clar. in d. q. 24. n. 20. vbi ita hoc eſſe intelligẽdum dicit, vt plenè non probent, ſed arbitrio Iudicis ſit determinãdum, quæ fides ſit illis adhibẽda, vt per Menoch. de arbitr. iudic. lib. 2. cent. 1. caſu 98. & iuxta tex. in l. 3. §. ideòq; ff. de teſtib.

Item

Item ſcias,aliquos eſſe caſus,in quibus etiam teſtes inhabiles admittuntur, (exceptis inimicis, qui nunquam ſunt admittendi) ob immanitatem enim criminis,vt in cauſa hęreſis,& lęſę Maieſtatis etiam teſtes inhabiles ſunt admittendi, vt per Clar.in d.q.24.nu.19.vbi idem dicit generaliter quotieſcunq; veritas delicti aliter haberi non poteſt,dũmodò certum hoc ſit, vel veriſimiliter appareat: addens hoc procedere nõ ad condemnandum pœna ordinaria, ſed ſaltèm ad infligendam pęnam extraordinariam, vel ad torquendum: Sed inter Regulares(exceptis inimicis)omnes alij inhabiles ſunt admittendi, & plenè probant in defectũ aliorum;nam cùm ex priuilegio Bonif.VIII. relato ſupra in c.1.non teneantur ipſi ſecundùm iuris apices,& rimulos procedere, nõ tenentur ipſi teſtes ab humano iure factos inhabiles repellere, ſed illos admittere poſſunt,maximè in defectũ aliorũ, prout notat Thomas à Ieſu de viſitat. Regular.tract.3.c.11.nu.9.

16 Teſtes autem,qui repellendi non ſunt, & in defectũ aliorum etiam illi qui repellendi ſunt à Iudice cogi poſsũt ad teſtimonium ferẽdum, vt per Clar.in d.q.24. num. 21. vbi poſt Foller. in pract. crimin. Canon. in rubri. teſtibuſq; diligenter examinatis c. 8. fol. 121. nu. 34. in fi. teſtatur ita indiſtinctè hodie ſeruari tàm de iure Canonico,quàm ciuili, & tàm in cauſis ciuilibus, quàm criminalibus. Poſſeq; hoc facere tàm Iudicem ordinarium, quàm delegatũ, affirmat Scaccia poſt Doctores, quos citat in lib. 2. de iudic. c.10.n. 119.& 120. debet tamen Iudex Eccleſiaſticus, ſiue ordinarius ſit, ſiue delegatus à



Digitized by Google

monitione, ſiue citatione hanc coactionē incipere, maximè ſi illos cogere vellet cum comminatione pęnæ excomunicationis, nam talis pœna non eſt ferenda ſine monitione, cap. ſacro de ſent. excomun. cap. reprehenſibilis, & cap. cùm ſpecialis de appellat. & citati eſſe debēt teſtes examinādi, prout dixi ſupra in nu. 2.

17 Quæ quidem excommunicationis, aut alterius cenſuræ pœna in teſtium citatione apponenda non eſt, niſi in defectū aliorum remediorum, vt poſt Doctores quos citat aduertit Scaccia in d. c. 10. nu. 115. iuxta determinationem Sacr. Conc. Trid. ſeſſ. 25. c. 3. de reformat. in verſ. in cauſis quoq; criminalibus, vbi decernitur, vt etiam in cauſis criminalib. à cenſuris ſit abſtinendum, & vt contra quoſcunq; etiā laicos per mulctas pecuniarias, locis pijs ibi exiſtentibus applicādas, ſeu per captionē pignorum, & perſonarum, per ſuos proprios, vel alienos exe. cutores faciendam, ſiue etiam per priuationem beneficiorū procedatur, & vt ſi dictæ executioni locus eſſe nō poſſit, tunc Iudices ſpirituali gladio vti poſſint, ſi qualitas delicti, circa quod teſtes sūt examinādi hoc expoſcat, bina ſaltem monitione præmiſſa. Et quamuis Abbas in c. 2. nu. 1. de teſtib. cogend. & poſt illum Foller. in ſua praxi crim. Canon. in verſ. teſtibuſq; diligēter examinatis c. 8. nu. 36. dicat eſſe hoc honeſtum, ſed non neceſſarium, tamen Scacc. in d. num. 115. in fi. dicit eſſe etiam neceſſarium ſaltē hodie, attento à decreto Sacr. Conc. Trid. & communi praxi, & cōſuetudine. A quà nullo modo nec Regulares recedere debēt in cauſis criminalibus; nam etſi ipſi per mul-

mulctã pęnę pecuniarię, aut captis pignoribus, aut per priuationẽ beneficij procedere non poſſint, tamen procedere poſsũt per carcerationem perſonę, quando teſtes Regulares obedire nolunt, aut ex illegitimis excuſationibus veritatẽ aperire negligunt, vtputà ſi dicerent ſe non recordari de negotio, quod ipſi tractarunt, vel de verbis, quæ ipſi dixerunt pauci ſunt dies. Immò in tali caſu ſi delictum, de quo agitur eſt valdè graue, poſſunt etiã torqueri, ſi per duos teſtes conteſtes conuicti ſint tale negotium de recenti tractaſſe, vel talia verba dixiſſe pauci ſunt dies, vel quãdo veriſimiliter recordari debent, & eius dicto deueniri poteſt ad torturam rei, iuxta dicenda infra in num. 20. & per ea, quæ latiùs dicit Scaccia de iudic. c. 86. n. 14. & vide infra in n. 21.

18 Quando teſtes per literas citantur, ſiue citatio fiat à Iudice ordinario, ſiuè à delegato, dupliciter fieri poteſt, vt dixi in d. meo Prompt. ver. citatio n. 6. ſcilicet, vel dirigendo litteras, ſeu citationem ipſi citando, vel illas dirigẽdo alicui tertio, vtputà Nũcio Curię, q. teſtes citare debeat, vt dicit Soci. de citat. art. 24. nu. 1. addẽs tutius eſſe citare per alium dirigẽdo literas illi, nè citatus citationem occultet, ſecundùm Specul. in tit. de citat. §. Iam de citatione verſ. primò igitur. Sed quomodocunq; fiat, continere debet nomen Iudicis citantis, nomen citati, & eius ad cuius petitionẽ citatio fit (quando ſcilicet proceditur ad inſtãtiam Partis, vel Fiſci) cauſam, ſuper qua citatur, terminum, intra quem citatus comparere debeat, ac locum, in quo comparere teneatur. Et in citationibus Iudicis delegati apponendus eſt etiam tenor

nor commiſſionis, vt latè per Soc. in d. ar. 4. vbi quia apponit formas citationũ faciendarum, ad illum te remitto, quia alienos labores tranſcribere mihi non placet, & maximè in hoc Opuſculo ea, quę Regularibus non ſunt neceſſaria.

19 Quia autẽ in cauſis criminalibus grauibus periculum eſſe ſolet in mora, nè teſtes amore, vel odio, vel alio reſpectu, ſe ſubtrahant, vel ſubornentur, quando tale periculum à Iudice probabiliter timetur, citatio per literas eſt omittenda, ſed teſtes ſtatim ſunt capiendi, & ducendi ad præſentiam Iudicis, vt eos examinet, vt aduertit Scaccia in d. c. 10. n. 117. & ita vsũ ſeruare affirmat. Arbitrioq; Iudicis relictum eſſe dicit quãdo teſtis ſit ſuſpectus, nè ſubtrahatur, aut nè ſubornetur, & facilè hoc arbitrari poſſe dicit in teſtibus vilis conditionis.

Sed eſt aduertendum, quòd cùm tunc pro Curia examinentur, licet poſtea Parti petere, vt interrogentur etiam ex interuallo, vt per Aretin. in c. de teſtibus n. 23. & Felin. n. 12. de teſtib. & in c. per tuas, vbi omnes de teſtib. Alex. in conſ. 172. num. 7. quos citat, & ſequitur Laderch. in conſil. 181. nu. 1. lib. 1. dicẽs perindè hoc eſſe, ac ſi eodem contextu depoſuiſſent: ideòq; ſi in ſecundo examine ſe contrariauerint in his, quæ in priori examine iurauerant dicturos veritatẽ, vt periuri in vno, in omnibus repelluntur, vt poſt Oldra. in conſil. 37. dicit Laderch. vbi ſupra.

20 Poſſeq; Iudicem teſtes cogere etiam per miſſionẽ in carcerem, probat idem Scaccia in d. c. 10. nu. 106. referẽs ita ſeruare Gubernatorẽ Vrbis, ac praxim plurimorum locorum ita etiam ſeruare teſtatur; & contra Carauitam in ritu

87. ſub nu. 8. & alios, quos citat, probat eſſe praxim non minus vſu receptam, quàm iuridicam in n. 107. *ſi quidem*, vt eius verbis vtar, *ad inueniendam veritatem, teſtes quandoq; non ſolùm poſſunt carcerari, ſed etiã torqueri, ſicut ex Bar. in d. l. 1. §. qui queſtionem ſub n. 1. ibi, item debet ff. de queſtion.* & ex alijs, quos citat, dicit tenuiſſe in lib. 1. c. 86. nu. 14. vbi dicit, hoc fieri poſſe, quando Iudici videtur quòd teſtis interrogatus de aliquo facto, de quo veriſimiliter debet recordari, vtputà quia heri, aut nudius tertius euenit, & ipſe dicit ſe non recordari, in quo caſu dicit talem teſtem eſſe detrudendum in carcere, in quo vbi permanſerit vno, vel altero die, iterum eſſe interrogandum dicit, & perſiſtentem in negatiua, torquendum eſſe, probat contra Boſſ. (& alios, quos Boſſ. refert, & ſequitur) qui in tract. crimin. tit. de reſponſ. à reo facien. nu. 4 dixit, quòd teſtis, qui inter rogatus dicit, ſe nõ recordari de eo, quod veriſimiliter recordari debet, non torquetur, ſed punitur de falſo ad differentiam rei, qui torquetur, quam doctrinam ipſe Scaccia pluribus rationibus impugnat, & contrarijs reſpondet, & facta diſtinctione pro cõcordia Doctorum, tandem concludit, teſtem torquendum eſſe in prædicto caſu, quando teſtis eſt talis, vt ex eius dicto deueniri poſſit ad torturã rei, vt dixi ſupra in nu. 17. nempè quia vel eſt teſtis omni exceptione maior, vel quia ſunt plures, & ex eorum depoſitione ad torturam rei deueniri poteſt, etiam quòd contra reum non præcedat aliud indicium.

21 Quæ quidem de iure ita procedere Scaccia vbi ſupra affirmat: ſed ſecundùm praxim, & conſuetudinem, quæ eſt optima le-

legum inter pres, dicit indiſtinctè, poſſe torqueri, etiã ſi non ſit teſtis, ex cuius tortura deueniri poſſit ad torturam rei. Et rationem reddit, quia teſtis, qui de per ſe non eſt ſufficiens ad torquendum reum, vtputà quia eſt infamis, vel pauper, ideò torquetur, vt maiorem fidem faciat, non autem abſolutè, ad hoc vt poſſit torqueri reus; quia ſuperuenire poteſt aliud indiciũ, quod iũctum cum depoſitione teſtis torti, faciet ſufficiẽs indicium ad torturam rei. & quamuis Bar. in l. 1. nu. 3. ff. de quęſtion. Boſſ. in tract. crim. tit. de tortura teſtis n. 1. & tit. de mand. ad homicid. in num. 30. & Ruin. in conſ. 147. num. 6. vol. 5. dicant, quòd teſtis torqueri non poſſit, niſi prius præcedant indicia contra reum, tamen hoc non eſt verum, quia vt cũ Bruno in tract. de indic. & tort. par. 2. q. 4. nu. 12. 13. & 14. dicit Scac. in d. c. 86 nu. 14. in verſ. non obſtat tertiò, hic agitur de facto proprio ipſius teſtis, ſcilicèt quòd ipſe ſciat, & videatur cęlare veritatẽ, in quo caſu torqueri teſtes poſſe, patet ex Claro in d. §. fi. q. 25. nu. 9. Cœpoll. in conſ. 40. num. 17. & idem Boſſ. in d. tit. de tort. teſti. quos citat, & ſeqtur Scaccia in d. n. 14. in verſ. contrarium cenſeo.

22 Nec quando teſtes torquendi ſunt, danda eſt eis copia indiciorum, & proceſſus, aut dilatio, vt ſe defendere valeant, ſed ſtatim torquẽtur ob vitandũ timorem ſubornationis, & quia teſtium tortura datur quando fit inquiſitio ad indagandam veritatem, quo tẽpore nec Parti, nec teſtibus datur copia ꝓceſſus, prout docet Clarus in d. §. fi. q. 25. nu. 10. & ita conſuetudinem ſeruare refert, & fuiſſe ſententiam Bart. in l. vnus §. Iudex nu. 1. ff. de quæſt. cui neminem contradicere

cere

cere teſtatur: Eſtq; talis cóſuetudo rationabiliter introducta, tùm ob prędicta, tùm etiã quia quando teſtis coram Iudice, & Actuario examinatur in ipſo actu iudiciario peccat, & iudicium ipſum offendit, fauore cuius, & in odium ipſius delinquẽtis in tali loco de facto torqueri poteſt ad eruẽdam veritatem, & repellẽdam iudicij offenſam. Nec eſt eadem ratio quòad reum, cùm ipſe non fatendo veritatem, ad vitandum notabile proprium corporale damnum hoc faciat, nõ autem teſtis:

23 Non eſt tamẽ teſtis ita grauiter torquẽdus, ſicut reus, vt dicit Clar. in d.q. 25. num.9. in fi. ſed teſtis torturam ſemper debere eſſe leuem dicit Scaccia in d.q.86.nu.57. ſiue torqueatur pro validitate ſui dicti, vt ibid. Scaccia tradit ex Boſſ. in tit. de mandat. ad homic. in num.31. ſiue torqueatur pro veritate habenda, quando eſt ſuſpectus, quòd ſciat delictum, vt tradit ex Clar. vbi ſupra, ſiue torqueatur ad ſciendum cõplices, quando veriſimiliter delictum ſine cõplicibus non videtur commiſſum, vt idem Scaccia tradit ex Igneo in l. & ſi certus nu. 10. ff. ad Syllanian. relato à Clar. in q.64. num.8. in fi. Flamin. Cart. in tract. de execut. ſent. capto bann. c. 2. nu. 68. & ex Farinac. in lib. 1. q. 11. nu. 10. in fi. & q. 21. nu.149. quam ſententiam ita eſſe intelligẽdam dicit Anton. Scapp. in tract. de iure nõ ſcripto lib.5. c.92. num.17. poſt Bald. in l. de tormentis num.1. C. de quæſtion. vt teſtiũ tortura non ſit nimis aſpera, nec nimis leuis.

24 Sunt autem teſtes examinandi pręuio iuramento de veritate dicenda, & iurare debent ſuper Euãgelio, & manu tangere, non pede, nec cubito; debentq; iuramentum præ-

ſtare per ſeipſos, non aũt per alium, & iurãtes nuda voce ſine tactu, eorum teſtimonium eſſet nullum, vt poſt Felin. in cap. paternitatis colu. pen. de teſtib. docet Boſſ. in tract. crim. tit. de oppoſ. contra teſtes n. 83. vbi etiam docet poſt Aret. in cap. nuper de teſt. eſſe ſpeciale in Epiſcopo, vt iurare poſſit non tactis ſcripturis; & quando quis iurare poſſit nuda voce ſine tactu ſe remittit ad Abb. in conſ. 57. circ. prin. vol. 2. & poſt Felin. vbi ſupra in col. 1. & alios, quos citat, iuramentum ita dicit præſtandum eſſe, vt teſtis primò iuret, & poſtea teſtimonium ferat; alioquin depoſitio non valeret, & vt credatur teſti non iurato, nec Papam, nec Imperatorem concedere poſſe dicit idem Boſſ. vbi ſupra in nu. 82. poſt Feli. in cap. conſtitutis de reſcript. in col. 8. poſt med.

25 Debere autem teſtis iurare tactis ſacroſanctis Euangelijs affirmat etiam Foller. in ſua prax. crimin. par. 2. in tit. capiat informationem num. 33. per tex. in l. iuſiurandum C. de teſtib. cap. quanquam 14. q. 2. & cap. de parentela 35. q. 6. Sed in illis nullo modo habetur eſſe hoc faciẽdum tactis Euangelijs, ſed hoc probatur ex cap. hortamur 3. q. 9. per quem tex. ita tenet Abb. in cap. fraternitatis num. 13. de teſtib. Niſi cõſuetudo aliter ſe habeat, vt ipſe addit. In dicta autem l. iuſiurandum decernitur, vt teſtes iurare debeãt priuſquam deponant, vbi etiam glo. j. notat, iurare teſtes debere non ſolùm de veritate dicenda, ſed vt veris falſa non admiſceant, & idem dicit Foller. in d. nu. 33. in fin. & Anton. Scap. infra citand. in num. 18. vbi alia ponit, quæ teſtes iurare debẽt, ſed ante illum hoc fecit gl. in cap. fraternitatis de teſtib. quæ ponit formam ſecundùm quam

teſtes

teſtes iurare debēt, & hāc eſſe dicit, ſcilicet: Primò, vt iurent, quòd dicant totam veritatem Iudici, vel cui commiſerit (ſi committere illam vult) quam nouerint de re illa, ſuper qua iurant, per tex. in cap. hortamur 3. q. 9. & in auth. de teſtib. §. 1. Secundò, quòd nullam interſerant falſitatem, cap. nullam 2. q. 4. & cap. pura 3. q. 9. Tertiò, ꝙ pro vtraque parte dicent veritatem, quam ſciunt, c. non ſanè 14. q. 5. Quartò, quòd dicent omnem veritatem, ſiue interrogati, ſiue non, argum. cap. cùm dilectus il 1. de accuſatio. Quintò, quòd non pretio, nec amore, nec timore, vel odio, vel pro aliquo commodo teſtimonium dicēt, cap. quoties, & cap. licet il 1. de teſtib. quam formā approbat Io Andr. in ſua ſummula de teſtib. in verſ. quomodo teſtes debeant iurare, quem ſequitur Abb. in d. c. fraterternitatis num. 13. & ibid. Additionat. in ver. iurare. Et ſextum addunt requiſitum, ſcilicet, vt iurent, ꝙ ſecretè teneant dictū ſuū vſq; ad publicationem ꝓceſſus, per c. vltra tertiam de teſtib. & l. qui falſo, vel variè ff. eod. & Abbas dicit ad hoc facere bonum tex. in c. ſi teſtes §. qui falſo 4. q. 3. vbi dicitur, Iudicem debere punire eos, qui Partibus prodiderunt ſua teſtimonia, ſcilicet ātē publicationem. De qua iuramenti præſtatione eſt mentio facienda in proceſſu; vt praxis ſeruat; & aduertit Ambroſin. de modo form. proceſſ. informat. lib. 1. c. 2. num. 39.

26 Quòad modum autem iurādi dicit Scap. in lib. 3. de iure non ſcript. c. 51. n. 20. quòd de cōſuetudine hodie nōn ſeruatur, vt teſtis iuret tactis Euāgelijs, ſed ſufficere, ſi iuramentū præſtet tactis quibuſcūq; ſcripturis, de qua conſuetudine dicit, quòd teſtatur Aretin. in c. tuis num. 14.

de teſtibus, de illa etiam teſtatur Abb. in d. c. fraternitatis n. 13. de teſti. & ante omnes teſtatur de conſuetudine totius Italię gloſ. in clem. 1. §. porrò de hæret. quam ego ſemper vidi ſeruari in praxi: ſed ſi eſſem Iudex, illam nullo modo ſeruarem, ſed iuramentum præſtarem teſtibus, tactis Euãgelijs, vel ſaltem alijs ſcripturis ſacris, non autẽ profanis, vt praxis prædicta ſeruat, quæ facit iurare teſtes tactis actis iudiciarijs, nam etſi talis modus iurandi ſaluari poſſit per dicta à Silu. iuram. 1. nu. 2. tamen mihi credãt Iudices, quòd periculoſum hoc eſt; nam multi exiſtimant nõ iurare, credentes quòd in talibus profanis ſcripturis non reſplendet diuinæ veritas, prout reſplendet in Euangelio, vel in alijs ſcripturis ſacris: Ideòq; credunt non iurare per Deũ, & virtute talis iuramenti non teneri veritatem manifeſtare; & dicunt, quòd etſi iuramentum ſit validũ ſine vllo tactu, vt per Abb. in d. c. fraternitatis nu. 13. circa fin. de teſtib. tamen quando eſt pręſtãdum cũ tactu, prout fieri debet à teſtibus, ſuper re ſacra præſtãdum eſt, alioquin dicunt, non eſſe verũ iuramentum, ſed ſimulatum, & ideò non obligare, quando teſtis intelligit ſe nõ obligare, & non iurare. Et ex eo maximè confirmant hanc eorum ſententiam, quia Pelagius Papa in d. c. hortamur, dicit, iuramentum à teſtibus eſſe præſtandum tactis ſacroſanctis Euãgelijs, & vt dicit gloſ. in verſ. tacta in fi. in clem. 1. §. porrò de hęret. etſi ratione conſuetudinis ſufficiat in pręſtando iuramento quamlibet ſcripturam tangere, quãdo tactus in illo reqritur, dicit tñ hoc non ſufficere qñ tactus Euangeliorum exprimitur: & idem tenet gloſ. in c. vt circa, in ver.

cor-

corporali de electiõn. vbi Additio dicit, hoc procedere etiã quòad Epiſcopos, quando diſpoſitio generaliter dicit, vt ſacra tãgenda ſint: quam gloſ. dicit eſſe notabilẽ Abb. in c. laudabilem nu. 30. de frig. & maleſi. ad hoc, quòd nõ eſt iuri ſatisfactum, ſi iuretur ſine Euangeliorum tactu.

27 Sed priuſquam teſtes examinẽtur monendi sũt, vt veritatem manifeſtent, prætermiſſis pretio, odio, & amore, habentes reſpectũ ad Deum, qui eſt ſumma veritas, vt per Foller. in d. tit. capiat informationem n. 33. poſt med. Nell. in tract. de teſtib. nu. 102. & Ambroſ. de mod. form. proceſſ. informat. lib. 1. c. 2. num. 37. & ſcribendum eſt in actis, dies, menſis, & annus, quo teſtes examinantur, ac locus in quo examinantur, coràm quo Iudice, nomen, & cognomen teſtis, & parentum, patria, exercitium, & ætas, quia illorum fides approbatur ex eorum qualitate, & dignitate, vt per Foller. in d. num. 33. in fi. & Ambroſin. in d. c. 2. num. 40. Idemq; faciendum eſſe dicit de cauſa, & occaſione, pro qua examinatur, v3. an pro informatione Curiæ, vel ad perpetuam rei memoriã, vel ad defenſam rei. Et idem dicas de villa, vel vicinia, in qua habitant, vt inueniri facilè poſſint pro repetitione, vel alia Curię neceſſitate, fieriq; hoc poteſt iuxta infraſcriptam formam.

Forma incipiendi examinationem teſtis coràm Iudice Regulari.

*Die 2. menſis Decemb. 1637. vocatus A. talis Terræ, Sacerdos, vel Diaconus, aut alterius ordinis, ætatis ſuæ annorum 25. teſtis pro informatione Curiæ coràm R. P. Abb. D. B. Monaſterij S. Benedicti Ciuitatis N. in camara eiuſdem R. P. Abbatis, necnon coràm R. P. D. N. Viſitatore, vel*

*R. P.*

Digitized by Google

*R.P.D.I. Aſſeſſore, ac me F. Actuario huius cauſæ, & & præſtito ei iuramento tactis Euangelijs de veritate dicenda, & de non admiſcendo falſa veris, &c. depoſuit prout infra.*

Forma incipiendi examinationem teſtis coràm alijs Iudicibus.

*Die 2. menſis Decembris 1637. cùm fuiſſet citatus Antonius de Benedictis, vt infra terminum ſibi aſſignatum comparreat coràm D. N. Vicario Generali talis Epiſcopi, vel Iudice ordinario cauſarum criminalium in hac Ciuitate B. infra prędictum terminum comparuit coràm prædicto D. Iudice, & me F. Actuario huius cauſæ, ad informandam Curiam, & præſtito ei iuramento tactis Euangelijs de veritate dicenda, & de non admiſcendo falſa veris, &c. fuit interrogatus de nomine ſui parentis, de patria, de ſuo exercitio, de ætate, & villa, vel vicinia, in qua habitat; & reſpondit, nomen patris eſſe Ioannem de Benedictis, patriam eſſe Ciuitatem Capuæ, & ſuum exercitium eſſe artis Lanæ, & habere ætatem annorum 30. vel circiter, habitareque in vicinia S. Sophiæ huius Ciuitatis, & ad oportunas interrogationes depoſuit prout infra.*

28 Et quia à generalibus ad particularia eſt deſcendendum, interrogãdus eſt primò teſtis, an ſciat in Monaſterio, vel in ciuitate proximis diebus, aliquod delictum fuiſſe cõmiſſum: & illo reſpondẽte affirmatiuè explicando etiam qualitatem, ſiue ſpeciem delicti, putà ſcio commiſſum fuiſſe furtum, vel homicidium: tunc Iudex præcipere illi poteſt, vt recenſeat, quomodo fuerit homicidium commiſſum, quibus armis, in qua parte corporis fuit ille vulneratus, à quo, ex qua cauſa, & quibus præſentibus, & teſte omnia recenſente, Actuarius de-

po-

poſitionem ſcribat in actis eiuſdē verbis formalibus, quibus à teſte pronunciātur, nullo modo immutando, vel corrigendo illa, quādo groſſo modo pronunciantur, vt communiter docent Doctores: ſed bonum eſſe cenſeo in teſtium examinatione ſeruare conſil. Clar. in d.§.fi. q.23.num.1. in verſ. propterea, vbi dicit quòd quādo dubitari poteſt de ſubornatione teſtium ſuper aliquo delicto, vel de cōcordia eorum cum aliqua ex Partibus, qui illos examinant, debent ab eis prius oretènus breuiter intelligere ſeriem facti, & illam pro tunc in ſcriptis non redigere: & cognoſcendo illos, affectare defenſionem, vel offenſionē rei, diligentius eos interrogare debent, perſcrutādo, an ab aliquo fuerint inſtructi, vel cum quibus locuti ſint priuſquam ad depoſitionem faciendam venirent. Et hoc maximè ſeruandum eſſe dicit, quādo teſtes ab aliqua ex Partibus producuntur poſt fundatam intentionem Fiſci.

29 Deteſtandāq; eſſe ibidem Clar. addit praxim aliquorum Iudicum, vel Notariorum parum timētium Deum, qui dum recipiunt, vel in ſcriptis redigunt dicta teſtium deponentium ad informationē Curiæ, ſcribunt tantùm ea, quę faciunt pro Fiſco, omittentes ea, quę delinquentem exgrauant, vel indicia contra aliquem minuunt. Peſſimè enim tunc faciunt, quia ex iuſtitia veritatem inueſtigare obligantur tàm pro Fiſco, quàm contra Fiſcum, & non eſt dubitandum, illos grauiter peccare iuxta qualitatem omiſſionis, cùm ex officio veritatem inueſtigare obligantur, tàm pro Fiſco, quàm contra Fiſcū, & indiſcretus, & perniciosus eſt zelus facientium contrariū.

30 At

30 At quando Iudex animaduertit ex quibuſdam indicijs animum ſuum mouentibus ſuſpectum eſſe teſtem, quem examinat, etſi regulariter cauillare non debeat dicta teſtium, ſed adiuuare, debet tunc, & poteſt, vt dicit Clar. in d. n. 1. in fi. ſtudere, vt eos in verbis capere poſſit, interrogando ēt circunſtantias parum ad rem pertinentes, vtputà, an tempore commiſſi delicti nubiloſũ fuerit tempus, vel ſerenum, quibus veſtibus erat indutus ille, qui delictum commiſiſſe dicitur, & de colore veſtium, & quid habebat in capite, & ſimilia, vt poſt Azonem in ſumma C. de teſtibus num. 7. & Grammat. in conſil. crimin. 1. num. 9. dicit Clarus in d. q. 23. num. 1. in fi. & idem docet Foller. in d. tit. capiat informationem nu. 33. circa princ.

31 Quando verò teſtis non eſt ſuſpectus, omiſſis prædictis, & ſimilibus inutilib. interrogationibus, procuret Iudex, vt teſtes exprimãt tempus, quo fuit commiſſum delictum, ſcilicet, an de die, an de nocte, & circa quã horam diei, vel noctis, nomen illius diei, nimirùm diem Mercurij, vel Iouis, ac menſis, cum numero dierum illius mẽſis. Item, vt exprimant locum, in quo delictum fuit commiſſum, nomina perſonarum, quæ delictum, commiſerunt, ſi illa ſciat: ſi aũt illa neſcire dicat, exprimere faciat perſonas per ſigna data, dicendo qualis erat color faciéi, ac barbę, qualis eius ſtatura, ſi aliquod ſignum habebat, vtputà cicatricem in facie, vel ſi erat luſcus, aut ſtrabo, vel claudus; & quãuis veſtes mutari poſſint, curãdum eſt tamen, vt à teſtibus, etiã illę exprimantur. Ita Foller. in d. tit. capiat informationem à nu. 33. vſq; ad 37. & Ambroſ. de

mod.

mod. forman. proceſſ. in-format. lib. 1. c. 1. num. 13. & 14. Idemq; dicunt de qualitate armorũ, quibus delictum fuit commiſſum, & ſic de alijs, prout dictũ eſt ſupra in nu. 27. fieriq; poteſt in hac forma.

Forma interrogandi teſtes in inquiſitione ſpeciali facienda.

*Fuit in primis interrogatus, an ſciat in hoc Monaſterio, vel in hac Ciuitate, in tali vicinia aliquod delictum fuiſſe commiſſum.*

*Reſpondit: Io lo sò beniſſimo.*

*Item interrogatus, quod delictum fuit commiſſum.*

*Reſpondit: Io sò, che fù ammazzato vn pouer' huomo alla tale ſtrada.*

Et ſic de ſingulis ſupra enumeratis eſt faciendum, ac etiã de alijs, quæ iuxta occurrentem caſum à Iudice, ſiue ab Aſſeſſore exiſtimabitur eſſe interrogãda, proſequendo vſque ad finem.

Solent etiam nonnulli in primis teſtes interrogare, *An ſciant, vel poſſint præſumere cauſam ſuæ vocationis & præſentis examinis.* Sed quia talis interrogatio non ſemper eſt neceſſaria fieri, & omitti poteſt ad libitum interrogantis.

Examine autem teſtis finito, ita erit concludendum.

Forma concluſionis examinis teſtium.

*Et tunc Dominus Iudex*, vel Domini prędicti, *prȩceperunt, vt legatur de verbo ad verbum prædicto teſti ſuam depoſitionem*; & illa lecta addatur: *Qua lecta, fuit dimiſſus cum poteſtate iterum examinandi, quando opus fuerit; vel repetendi*, quando examinatur pro informatione Curiæ, *& ſe ſubſcripſit, vt infra, videlicet.*

Forma ſubſcriptionis teſtis.

*Io N. hò detto per la verità quanto di ſopra.*

Si autem teſtis ſcribere neſciat, tunc Actuarius ſcribat in hoc modo.

*Et quia dixit ſe neſcire ſcribere, accepto calamo propria manu deſignauit hoc ſignum Crucis* †.

32 Examinatis teſtibus de delicto informatis ex eorum depoſitionibus conſiderare, & conijcere Iudex poteſt, an plenam, vel ſemiplenam fidem faciāt. Plenam autem fidem faciunt duo teſtes cōteſtes omni exceptione maiores, hoc eſt tales, vt cōtra eos nulla exceptio dari poſſit, vt poſt gloſ. ſingularem in c. 1. in verſ. maiores de cōſangui. & affinit. dixi ſupra in c. 9. num. 16. vbi etiam explicaui, quālibet maculam ſufficere ad repellendum tanquam non omni exceptione maiorem etiam teſtē apparentem notoriè bonū.

Duo autem teſtes ſufficere ad plenam fidem faciendā, docet D. Thom. in 2.2.q.70.ar. 2. & ſupra dictū eſt ex vulgatis iuribus; illoſq; ſufficere etiam cōtra Presbyteros docet D. Paul. 1. ad Thimot. 5. vbi dicit: *Aduerſus Presbyterum accuſationem noli recipere, niſi ſub duobus, aut tribus teſtibus.* Dummodo non ſint Pontifices, Preſbyteri Cardinales, & cęteri, de quibus in cap. Pręſul 2.q.5.& D.Thom. in 2.2.q.70.ar. 2. ad 3. Et vniuerſalem regulam habeas, quòd *vbi numerus teſtium nō adijcitur, etiam duo ſufficiunt. Pluralis .n. locutio, duorū numero contenta eſt*, vt dicit tex. in l. vbi numerus ff. de teſtib.

33 Debereq; teſtes eſſe conteſtes, vt plenè probent adeò eſt certum, vt nullus de hoc dubitare audeat, & docet D. Tho. in d.q.70.a.2.ad 2. & poſt illum, & Hoſti. Turrecr. in cap.

cap. nihilonimus col.pen. 3.q.9. & vt ſint conteſtes concordare debere dicũt in quibuſdam circunſtantijs, quæ alioquin variarent ſubſtantiam facti, ſcilicet in tempore, in loco, & in perſonis, de quibus principaliter agitur: nãq; ſi diſcordarent in talibus, vt D.Thom.ibidem dicit, viderẽtur ſingulares eſſe in ſuis teſtimonijs,& de diuerſis loqui; putà, ſi vnus dicat hoc factũ eſſe tali tẽpore,vel loco,alius alio tempore,vel loco,nõ videntur de eodem facto loqui. Si autem in prædictis circunſtantijs concordes ſunt, plenè probant,etſi in alijs non pertinentibus diſcordẽt, vtputà quia vnus dixit,tempus fuiſſe nubiloſum, & alius ſerenum, vel quia vnus dicit depictã fuiſſe domum,in qua fuit commiſſum delictum, alius verò dixit non fuiſſe depictam. Ideòq; diſcordiã hanc non præiudicare D. Thom. vbi ſupra docet: quia homines non conſueuerunt circa talia multum ſolicitari; vnde facilè à memoria elabuntur. Immò ex D.Io.Chriſoſt.Homil.1.ſuper Matt. poſt prin.addit, diſcordiã in talibus reddere teſtimonium credibilius; quia ſi in omnibus etiam in minimo cõcordarent, viderentur eundem ſermonem ex condicto proferre:relictumq; hoc eſſe dicit prudentiæ Iudicis diſcernendum. Et aduertendũ eſt, diſcordes eſſe teſtes, qui dicũt ſe referre verba formalia, & poſtea in illis diſcordant in cortice verborum, etſi in ſenſu non ſint diſcordes, & nihil probant, vt per Alex.in conſ. 111. nu. 8. in 3.par.& in conſil. 158. num.4.in 5. par. & conſ. 176.nu.1. in 7.par. quem citat,& ſequitur Laderch. in conſ.181. nu. 12.lib.1.

34 Quæ D. Thomæ doctrina; ſcilicet teſtes cõ-

cordantes in ſubſtantia facti non eſſe diſcordes, etiam ſi diuerſis verbis factum enarrent (niſi dicant, ſe referre verba formalia, vt dictum eſt) probatur ex tex. & ibi gloſ. in verſ. ſubſtantia veritatis c. dudum de conuerſ. cõiugat. quia nihil refert narrandi diuerſitas vbi eadem dicuntur, c. nihil obſtat de verbor. ſignif. Immò nec illos diſcordare, quando concordant in ſubſtãtia negotij, ſuper quo deponunt, nempè quia concordant in tempore, loco, & perſonis, de quibus agitur, etſi diſcordent in illius qualitatib⁹, circũſtantijs, acceſſorijs, & appenditijs; ſed illos optimè tunc probare docet Bald. in l. teſtimoniũ num. 11. & 16. C. de teſtib. Deci. in c. licet cauſã n. 66. de probat. & Bero. ibid. in num. 37. in prin. & n. 39. in prin. Franc. Curt. in tract. de teſtib. cõcluſ. 5. n. 18. in verſ. Nã teſtes nõ dicuntur diſcordes, Boſſ. in tit. de tort. teſt. nu. 27. in fi. & alij multi, quos citat, & ſequitur Farin. teſtando poſt illos de cõmuni ſententia DD. in tract. de teſti. q. 65. nu. 16. & in nu. 17. docet, quomodo concordandi ſint illi, qui huic doctrinæ contradixerunt.

35 Et quòd teſtes deponentes per eadẽ verba, & nullo modo inter ſe diſcordantes præſumantur deponere per præmeditatũ ſermonem, & quòd fuerint ſubornati, & tãquam de falſo ſuſpecti nihil probent, eſſeq; hoc prudẽtia Iudicis diſcernendum, eſt tex. notab. in l. 3. §. ideòq; ff. de teſtib. ibi: *Tu magis ſcire potes, quanta fides ſit adhibenda teſtibus, qui, & cuius dignitatis, & cuius exiſtimationis ſint, & qui ſimpliciter viſi ſint dicere, vtrum vnum, eundemquè præmeditatum ſermonem attulerint, an ad ea, quæ interrogaueris ex tempore veriſimilia reſponderint.*

Illosq;

Illoſq.nō probare docent ibid.DD.omnes, vt teſtatur Farinac. in d.q.65.nu. 24.& ita tenere refert Nepotem de Monte Albano de teſtib.nu.121. Iacob. Butrig. de teſtib.c.1.n.16. Tyndar. de teſtib. par. 3. c.10.nu. 5. Iacob. Aegid. de teſtib. num. 25. Franc. Curt. de teſtib. concluſ. 14.nu.29. Nell. de teſtib. nu. 195. & hoc præſertim in ruſticis, vt per Maſcar. in lib.3.concluſ. 1340.nu. 2.& 3.quam ſententiam ſequitur Farinac.vbi ſupra alijs etiam citatis: ſed in n.25. dicit poſt alios,quos citat,illam non procedere quòad teſtes bonæ famæ, nam ipſi omninò probant etiam ſi deponant per eūdem pręmeditatum ſermonē, & ita refert tenere Bald. in tit. de pace Conſtant. poſt princ. verſ. ſi. Campeg. de teſtib. regu. 214.fallen.1.Iacob.à ſancto Georg. in l.qui falſum num. 8. in ver. non obſtat ſecundùm, Boſſ. in tit. de oppoſit. contra teſtes nu. 24.ad fi.& poſt alios,quos citat Maſcar.lib.3.cōcluſ. 1340. num. 4. & concluſ. 1368.n.8.Nec etiam procedere dicit in num. 27. quādo teſtes ſunt plures, quia tunc probare illos affirmat, etiam ſi deponāt per eundem præmeditatū ſermonē; quia ex numero teſtiū tollitur ſuſpitio reſultans ex præmeditato ſermone, vt per Iacob. Butri.in l. 3. §. 1. ff. de teſtib.& alios,quos citat. Et idem poſt Doctores,quos citat, tenet Maſcard. in d. concluſ.1368.nu.9.

36 Qui quidem teſtium numerus nihil prodeſt ad probandum, quādo inter ſe cōtrarij ſunt,ita vt vnus alteri cōtradicat, vel vnus alteri concordari non poteſt; tunc enim inuicem ſe collidunt, & cùm conſtare non poſſit, quis eorum veritatem dixerit, probatio redditur dubia. Et ratio eſt, quia quando diuerſi teſtes diuerſa dicunt-

cunt, ita vt ſimul vnus alteri concordari in facto non poſſit, etſi mille ſint, omnes ſunt ſingulares, dicuntur enim teſtes eſſe ſingulares, quãdo eorum dicta ex diuerſitate factorum ſeparationẽ recipiunt ſecundùm Bald. in l. 1. C. ſi vnus ex pluribus appel. ad fi. ante verſ. quęro vtrum, & in l. antiquos in 1. col. in ver. *Item nota illã vulgatã* C. de furt. & Bar. in l. 2. §. ſi dubitetur ff. quemadm. teſt. aper. quos citat, & ſequitur Foller. in ſua prax. crim. tit. *Itẽ quòd commiſit falſitatem* num. 28. Teſtes autẽ ſigulares non probãt etiam ſi mille ſint, quia, vt dicit tex. in l. ob carmẽ in fi. ff. de teſtib. *Non enim ad multitudinẽ reſpici oportet, ſed ad ſinceram teſtimoniorum fidẽ: & teſtimonia quibus lux veritatis aſſiſtit.* vbi gloſ. in verſ. aſſiſtit notat, quòd teſtes reprobantur, quando variant in loco, & ponit exẽplum de Daniele, & Suſanna: Itẽ dicit, quando variant in tempore, vt in c. nihilominus 3. q. 9. c. de parentela 35. q. 6. & idẽ eſt dicendum, quando in delictis teſtes variãt circa perſonas, quia tali teſtimonio lux veritatis aſſiſtere non poteſt, contra tex. in d. l. ob carmen in fi. & ita poſt Bald. in l. 1. C. de teſtam. & alios, quos citat, tenet Farin. in d. q. 65. num. 3. Foller. in d. tit. *Item quod cõmiſit falſum* num. 27. & dicit Farin. vbi ſupra in nu. 4. hoc procedere etiam in criminibus exceptis, refertq; ita tenere Bertazzol. in conſ. 41. nu. 12. lib. 1. & alios, quos citat, & ſequitur Maſcar. de probat. lib. 3. concluſ. 1361. num. 4. & vniuerſaliter docet hanc ſententiã D. Thom. in d. q. 70. ar. 2. ad 2. vt dictum eſt ſupra in n. 3. Sed quomodo, & quãdo teſtes ſint concordãdi quando plures eorũ inter ſe contrarij ſunt, vide latè Farinac. de teſtib. q. 65.

37 Quan-

37 Quando autem aliqui teſtes dicunt determinatum tempus, & locum, in quo factum aliquod fuit cōmiſſum, alij verò dicunt ſe non recordari, teſtimonio non præiudicatur, vt dicit D.Thomas in d. 2.2. ad 2. Additq; quòd ſi in talib. omninò diſcordauerint teſtes actoris, & rei, ſi ſint æquales numero, & pares dignitate, ſtandum eſſet ꝑ reo: Actore enim nō probante reus abſoluendus eſt, l. qui accuſare C. de eden. c. cùm Eccleſ. propè fi. de iureiur. & rationem reddit D. Thom. vbi ſupra, quia Iudex facilior eſſe debet ad abſoluendum quàm ad condēnandū, niſi fortè in cauſis fauorabilibus, & talē eſſe dicit cauſam libertatis, & huiuſmodi: ſed de hoc dicēdum erit in cap. ſeq. At quando teſtes in impari ſunt numero, nempè quia ex vna, eademq; parte duo teſtes conteſtes dicunt vnum, & ex alia parte tres, vel quatuor dicunt aliud, tunc *credendnm eſt, quòd naturæ negotij conuenit, & quod inimicitiæ, aut gratiæ ſuſpitionis caret: confirmabitq; Iudex motū animi ſui ex argumentis, & teſtimonijs, quæ, & rei aptiora, & vero proximiora eſſe compererit*, vt dicit tex. in d. l. ob carmen §. ſi teſtes in verſ. ſi verò ex his ff. de teſtib. ex quo apparet Iudicis arbitrio eſſe hoc remiſſum; idemq; patet ex l. 3. ff. de teſt. vbi etiam inuenies aliqua à Iudice conſideranda ad hoc dignoſcendum. Quando aūt in teſtificatione ſua teſtes vacillant, dicentes ſibi contraria, omninò excludendi ſunt, vt eſt tex. & ibi gloſ in l. 2. ff. de teſtib. Quādo verò manifeſtare teſtes veritatem obligantur, dixi latè in 2.2. lib. 3. c. 1. q. 1. per totum.

38 Vacillare autem teſtis dicitur, quando in dicendo teſtimonio timet, ſiue titubat, vel ſibi non ſatis con-

conſtat,& modò negat, ꝙ paulò ante affirmarat,vide Io.Andr.in cap.præterea, vbi vacillare illum dicit, ꝙ dubitando, & timendo loquitur. Item & qui variè loquitur, vt per Butr.in d. cap.præterea in col. final. verſ.ſed dubium eſt, de teſtib.cogen.& Ioã.Andr. in proęm.decret.in S.ſanè ſuper verſ.vacillabant. Talemq; vacillationem eſſe in actis ſcribendam, dicit Dec. poſt DD. quos citat in d.c.præterea num.213. de prob.& ſcribendam ad mandatum Iudicis dicit Panorm. in cap. quoniam contra nu.35.de prob.ꝗa Notarius percipere non valet titubationem, vel variationem faciei, roborē, pallorem, vel mutationē, ſicut Iudex,cùm ſit ipſe Notarius circa ſcripturā intentus; nam etſi Iudex ſemper dictet, tamen pōt oculos ad teſtem habere, & debet ſic ſcribere ſecūdùm Panorm.vbi ſupra. *Et Dominus Iudex mihi præcipit, vt ſcriberem, quòd teſtis vacillabat; & ſic mihi videtur, quòd vacillat*: Si tamen Notarius hoc & ipſe aduertat, nam ſi non aduertat, addere non debet prædicta verba *Et ſic mihi videtur*.Faciendumq; hoc eſſe, dicit Abbas,ipſo teſte prçſente, & ſic in ipſo actu depoſitionis.

39 Eſtq; aduertendum, ꝙ quãdo teſtis variat in vno capitulo,reddit totum ſuū dictum nullum, ſecūdùm Imol.in cap. fraternitatis, & Oldr.in conſ.36. incip. *Ad primam quæſtionem*. Bal. & Salyc. in l.ſi ex falſis C.de tranſact. Felin.in conſ.50. nu.8. quia varietas infringit dicta teſtium, l.qui falſa,vel varia ff. de teſtib. & notat Bart. in l. eos ff.ad l.Cornel. de falſ. Sed dictum hoc eſt intelligendū procedere, quando teſtis in eadem depoſitione in eodem inſtanti contra eaſdem perſonas deponit, & eſt ſibi cōtrarius,

rius, in quo caſu eius teſtimonium ita reijciēdum eſt in totum, vt nec priori, nec poſteriori dicto ſtandum ſit, ſecundùm communem DD. ſententiam, de qua teſtatur Alciat. de præſumpt. præſumpt. 29. num. 6. relatus à Conrad. in ſua prax. fol. 120. poſt num. 10. Menchiac. de controuerſ. vſu frequent. c. 32. nu. 9. in fi. quos citat Clar. in §. fi. q. 53. n. 15. vbi ipſe dicit, hoc locū habere quando teſtis contraria deponit ſine iuſta cauſa correctionis, & ita omnes paſſim tenere affirmat ex Couar. lib. 2. var. reſolu. c. 13. poſt num. 8. verſ. ceterum ſi teſtes; & ad concordiam, vt probet nec eſſe tūc reducendum affirmat, etiam ſi concordia aliquo modo ſit cōpatibilis, communemquè hanc eſſe opinionem teſtatur poſt Doctores, quos citat, ac illam tutiorem eſſe dicit contra Sigiſm. de Loffred. qui in conſil. feud. 49. num. 7. dixit, quòd quando contrarietas eſt de facili concordabilis, eſt reducenda ad cōcordiam, vt probet; ſed videtur eſſe dicendum, ſententiam Loffr. à prædicta communi ſententia non diſcordare; nāq; communis prædicta ſententia loquitur, quādo aliquo modo eſt cōcordabilis, & ſic non cum facilitate, ſed cū difficultate; Loffredus verò loquitur, quando concordantia facilis eſt, prout etiam videtur ſentire Boſſ. in tit. de oppoſ. contr. teſt. n. xj. verſ. vbi nō fieret ſumma cū difficultate, & Petr. Ant. Petr. in tract. de fideicommiſſ. q. 12. num. 936.

40 At quando teſtis deponit contraria in examinationibus diuerſis ſimpliciter loquendo in poſteriori, & non dicendo ſe erraſſe in priori examinatione, tunc ſi ſecundum dictum concordari cum primo poteſt, debet quantum fieri poteſt ad cōcordiam reduci, ſecundùm

Imol.in l. qui bona §. ſi qs ſtipulatus verſ. nota ex textu ff. de damn. infe. quem quòd in hoc communiter ſequuntur Doctores teſtatur poſt Loffr. in d. conſ. 49 nu. 6. in fi. Clar. in d. n. 15. in verſ. aut verò deponit; & ita fuiſſe determinatum in Rota Rom. dicit Puteus in deciſ. 28. in fi. in 3. par. ad hoc, vt teſtis nō ſolùm effugiat falſitatem, ſed ēt vt probet, à qua ſententia exiſtimo non eſſe recedēdum etiā in criminalibus, quamuis contra communem contrarium teneat Farinac. de teſtib. q. 66. par. 9. num. 327. Et idem eſt dicendum, quando teſtis incontinenti expreſsè dicit ſe velle corrigere, id, quod prius dixerat, & ſic variat ab eis, quę priùs dixerat, admittēda eſt enim tunc talis poſterior contraria depoſitio, vt eſt tex. & ibi gloſ. fi. in c. præterea de teſtib. cogēd. quæ gloſ. declarat, quòd tūc dicitur fieri incontinenti, quādo fit in eadē inſtātia iudicij, vel antequàm teſtis recedat à pręſentia Iudicis, vel antequā alloquatur Parti. Et hanc communem eſſe Doctorum ſententiā, quæ in praxi ſeruatur, dicit Clar. vbi ſupra poſt Doctor. quos citat. Habendumq; eſſe reſpectum ad qualitatem perſonarum, etiam ex interuallo dicit prædicta gloſa.

41 Teſtes deponere debent circa factum, de quo examinantur, non autem iudicare, & iudicādo redditur totum teſtimonium ſuſpectum, vtputà ſi interrogarētur teſtis, an ſciat q. commiſit tale delictum, reſponderet, ego credo illud fuiſſe commiſſum à Petro, quia eo tempore, quo fuit commiſſum delictum illud, ipſum Petrum, & non alium vidi in eodē loco: teſtis enim deponere debet ſuper facto, iuxta materiam ſenſuum, non iudicare, vt dicit Crauet. in conſil. 41. num. 4. poſt

Bald.

Bald. in conſil. 81. in cauſa iſta, lib. 3. & conſil. 324. Præmittendum eſt, in fi. lib. 4. vnde ipſe Crauet. ibid. dicit, nõ probare teſtes, qui dicunt reum eſſe ſuſpectum de tali delicto ratione conuerſationis in tali loco, & cum tali perſona. Idemq; refert tenere Bart. in l. qui teſtamẽto §. fi. ff. de teſtam. Bald. in l. ſola col. 1. C. de teſtib. Innocent. ac Doctores in c. cùm cauſam de teſtib. & Oldrad. in conſil. 210. loquentem de teſtib. regularib. in cauſa hæreſis, & dicentem, repellendos eſſe, quãdo iudicant, quia officium teſtis excedunt.

Et circa ea, quæ percipiuntur ſenſu corporeo nõ creditur teſti, niſi reddat cauſam ſcientiæ per ſenſum corporeum, etiam non interrogatus, vt ex theorica Innoc. & Doctorum in cap. cùm cauſam, quæ, de teſtib. Bar. Bal. & Doct. in l. ſolã C. de teſtib. & aliorũ, quos citat, dicit Corne. in conſil. 22. nu. 3. vol. 4. & rationem reddit, quia teſtis debet deponere per ſenſum corporis, l. qui teſtamento §. fi. ff. de teſtib. l. teſtiũ C. de teſtib. & non per iudicium intellectus, quia hoc pertinet ad Iudicem, potius quàm ad teſtẽ, vt notant Doctores in locis citatis; & hoc procedere dicit Corne. in d. conſil. 22. nu. 11. etiam in probatione furoris, in quo probandi ſunt actus qui cadunt directè in ſenſum corporis.

43 In criminalibus teſtes negantes, etſi ſint minus digni, prę ferũtur affirmãtibus etiam dignoribus, ceteris paribus, vt per Felin. in conſ. 50. nu. 28. qui ad hoc mouetur ex gloſ. quam valdè ſingularem, & famoſã appellat, in c. ſi Clerici 82. diſt. quæ dicit, quòd ſi duo laici negant clericum fuiſſe in tali loco cauſa delinquendi, & duo clerici affirmant contrarium, præferuntur

laici, licèt aliàs plus credatur affirmãtibus, quàm negãtibus,& dignioribus, quã minus dignis. Fieriq; hoc Felin. vbi ſupra dicit fauore rei;additq;gloſ.illã fuiſſe põderatam à Baldo affirmante, illam eſſe verã in l. data opera C. qui accuſare non poſſ. Ludou. Rom. in l. in illa ff.de verbor. obligat. & Abb. in c. ad noſtram de probat. in cap.ex tenore, & in c.ad noſtrã de teſtib. & à Bald. item in l. 2. C. de bonor. poſſeſſ. ſecun. tabu.à Roman.in l. 1. §. fi. ff. de verbor. obligat. à Cardin. in conſil.27. & ab Abb.in c. bonæ de elect.

43 In criminalibus nemo tenetur ſe offerre teſtem ad cõdemnandum, niſi in caſibus, in quibus quis accuſare obligatur,vt per Nauar.in man.c.15.n.17. vbi etiam dicit,quòd quãdo teſtis falſum protulit teſtimoniũ, ratione cuius eſt aliquis in periculo perdendi vitam, ſe reuocare debet etiã ſi ob id oporteat eum vitam perdere: ſed quibus modificationibus,& quomodo ſententia hæc ſit intelligenda, vide in meo Promptua.in ver.falſitas num.4.vbi latè hanc materiam examinaui,& in eodem verb.latè etiam inuenies, quãdo teſtis ſit dicendus falſus, & quib. pœnis falſi teſtes ſint afficiendi.

Immò teſtes, qui ſpontè ſe offerunt ad dicẽdum teſtimoniũ,torquendi sũt tanquàm ſuſpecti de corruptela veritatis, vt poſt glo.in auth. de teſtib. §. ſi verò ignoti in verſ. feſtinantes,tenet Salyc.in l.fi. num.5. in verſ.ſed vna C. de quæſt.& ſequitur Boſſ. in tit.de tort.teſt. nu.8. & 9.quem citat, & ſequitur Ambroſin.in lib. 1.cap.4. in verſic. contra eos, qui ſpontè.

44 Non ſolùm teſtibus,ſed etiam coniecturis delicta probari poſſunt, coniectura enim ſicut præſumptio acci-

accipitur pro veritate, donec aliud appareat, vt eſt tex. & ibi gloſ. in l. penult. ff. de probat. & tàm præſumptionẽ, quàm coniecturam à lege approbatã facere liquidiſſimam probationem dicit Boſſ. in tit. de part. ſuppoſ. num. 34. ſecũdùm notata p Docto res in l. licèt Imperator ff. de leg. 1. Itemq; probationem per coniecturas ſufficere ad probandum quodlibet crimẽ difficilis probationis tenet Bald. in l. ſi quis argẽtarijs §. & an heredi ff. de edẽdo, & alij, quos citat, & ſeq. Boſſ. in d. tit. de partu ſuppoſ. nu. 13. Et idẽ tenet in 2. par. ſuę praxis tit. capiat informationem nu. 9. vbi dicit, quòd etſi debeat cõſtare verè, & non præſumptiuè de delicto in genere commiſſo, vt in l. ſi quando in verſ. patefacta C. vnde vi, prout tradunt etiam Doctores, ibid. ab ipſo citati, dicit tamẽ hoc fallere vbi cõcurrit nimia difficultas probationis, quia tũc ſufficere dicit, ſi conſtet de delicto in genere cõmiſſo per coniecturas validas, & à iure approbatas, & hoc maximè procedere dicit in caſibus, qui ſecretò committi ſolent, & exẽpla ponit in nu. 12. & 13. de qua pbatione per cõiecturas dictum eſt etiam ſupra.

45 Teſtes pro informatione Curiæ examinati non citata Parte neceſſariò ſũt repetendi Parte citata, quando reus in ſua conſtitutione, & examinatione negat commiſiſſe delictum, & à teſtibus, vel conuictus eſt, vel inditiatus ad torturam. Teſtes. n. examinati Parte nõ citata nihil probant, ideòq; ſunt iterum examinandi Parte citata ad videndum iuramenta teſtium priuſquam ad torturam, ſeu ad condemnationẽ deueniatur, per ea, quæ dixi ſupra in c. 4. num. 7. & in num. 8. & ſeqq. probaui, non poſſe reum

reum prędictę repetitioni renunciare, & habere teſtes pro productis, & examinatis in plenario iudicio, quando eſt illi infligẽda pœna corporis afflictiua, niſi in caſu, de quo dixi in d.c.4.nu.10. Quid autem ſit faciendũ, quando teſtis eſt carceratus in vna ciuitate, & reus in alia ad hoc, vt talis teſtis iuridicè repetatur, dixi ſupra in c.7.num.25.

46 Hęc autem teſtium repetitio, cùm prior examinatio reo non noceat, facienda eſt cum omnibus requiſitis neceſſarijs ad examinationem teſtium, iuxta ea, quę ſupra dicta ſunt, & ante omnia faciẽdum eſt decretum in hac forma, v3.

Forma decreti pro receptione teſtium.

*Die ... viſis actis per talem Iudicem, fuit prouiſum, & decretum, vt teſtes in hac cauſa examinati contra N. pro tali delicto ad informationem Curiæ repetantur, prout præſenti decreto repeti mandatur, Parte citata ad videndum iuramenta eorumdem teſtium.*

*D. N. Abbas.* *D. Actuarius.*

Quando autem reus eſt in carceribus, adueniente die prefixa, vocari poteſt ad videndum prædictum iuramentum, quando autem non eſt in carceribus, citari poteſt ſub h ac forma.

Forma citationis rei ad videnda iuramenta teſtium.

*N. Epiſcop. Squillac.*

*Per vnum ex Nuncijs, ſiue ex ſeruientibus noſtræ Curiæ requiratur, moneatur, & citetur N. reus in noſtra Curia pro tali delicto, vt prima die non impedita compareat in eadem Curia ad videndum iuramenta teſtium repetendorum pro cauſa prædicta, aliàs &c. Dat. &c.*

*R. Vicarius Gener.* *D. Actuar.*

Et

Digitized by Google

Et eodem tempore expedienda eſt citatio teſtium ſub hac forma, quando ſcilicet teſtes non ſunt in Monaſterio.

Forma citandi teſtes repetendi in Curia Epiſcopali.

*N. Epiſcopus Squillacen.*

*Per vnum ex Nuntijs, ſiue ex ſeruientibus noſtræ Curiæ Epiſcopalis requirantur, moneantur, & citentur infraſcripti teſtes, ſub pœna vnciarum ſex, per quemlibet eorum ſoluendarum, vt prima die non impedita compareant perſonaliter in dicta Curia coràm me R. Vicario Generali iuraturi, perhibituri, ac depoſituri, & legitimè repetituri eorum teſtimonium veritatis, in cauſa eadem Curia vertente contra B. reum inquiſitum, & carceràtum pro tali delicto, prout in actis, aliàs &c. Datum Squillacij die . . .*

*R. Vicarius Generalis.* *D. Actuar.*

Et ſcribantur nomina teſtium. Adueniente autem die, & teſtibus comparentibus, & facta citatione, Nuncius faciat relationem tàm pro citatione rei, quàm teſtium.

Pręſtandũq; eſt ab illis iuramentũ Parte pręſente, & prius citata, ſeu vocata, iuxta dicta ſupra in d. c. 4. nu. 7. Ideòq; ſi repetendi ſint teſtes, quorum dictis non eſt habẽda fides, niſi cum tortura; putà quia ſunt Socij criminis; non ſufficit quòd prius fuerint cum tortura examinati; ſed cũ illa ſunt repetendi, p̄ſtito eis prius iuramẽto de veritate dicẽda; vt latè per Clar. in §. fi. q. 45. n. 12. verſ. ceterum, & ſequitur Ambroſ. de modo form. proceſſ. informat. lib. 3. c. 2. num. 17. & in num. 18. notat, dictam ſecundam torturam inferendam nõ eſſe, niſi prior depoſitio facta in tormentis ſit per ipſum teſtem ratificata ſine

ſine tormentis: debereq; hanc torturam eſſe non multum grauem, ſed leuē dicit in n. 19. In qua teſtiū repetitione ipſe Iudex interuenire omninò debet, aliàs non probarent, vt dicit Foller. in ſua praxi tit. etſi confitebuntur nu. 47. & ſentit glo. in clem. vnic. de off. dele. in ver. ciuili; & ſi reus interrogatoria teſtibus facienda pręſentet, recipienda à Iudice ſunt, & in actis ponenda cum die pręſentationis, vt docent omnes, & interrogādus de illis eſt teſtis ante omnia in hac forma.

Forma repetendi teſtes cum interrogatorijs datis à Parte, vel ſine illis.

*Die 10. menſis Decemb. 1637. iterùm vocatus N. iam examinatus pro informatione Curiæ, vt iterū examinetur Parte citata, & præſtito ei iuramento de veritate dicendâ, &c. tactis ſacris Euangelijs, Parte pręsēte, fuit prius interrogatus iuxta interrogatoria à Parte præſtita, prout in actis v3.* Primò, &c. Interrogandusq; eſt iuxta ordinem datorum interrogatoriorum, ſcribendaq; ſunt reſponſa per extenſum dicendo, *Et ad primum reſpondit, &c.* ſcribendo reſponſum lingua vulgari, prout à teſte dicitur, nihil variando, nec in ſubſtātia, nec in verbis. Examinatoq; teſte circa interrogatoria, ſi data ſint, ſtatim reperatur iuxta infra dicenda; ſi autem interrogatoria data nō ſint, omittantur in forma verba illa: *iuxta interrogatoria à Parte præſtita, prout in actis &c.* & dicatur.

*Fuit interrogatus præfatus N. an ea, quæ aliàs depoſuit circa cauſam A. rei delati, vel inquiſiti, ſint vera, illaq; pro veritate dixerit, & depoſuerit.* Et reſpondente illo, quòd ſunt vera, ſcribatur reſponſio iuxta verba ipſius teſtis. Et ſtatim præcipiat Iudex Actuario, vt examen illud legat ipſo

ipſo teſte intelligente, illoq; lecto, iterum interroget hoc modo.

Item interrogatus, an ea, quæ hic, & nunc legi audiuit, fuerint ab ipſo dicta, & depoſita in priori examine eo modo, quo ſcripta ſunt, ſitq; iſtud ſuum examen, de quo ſupra mentio facta fuit? Et illo reſpondente affirmatiuè, ſcribatur reſponſum per eius verba.

Iterum interrogatus, an prædictis intendat aliquid addere, vel demere, dictumq; examen in totum, vel pro parte reuocare, an verò velit illud confirmare, & ratificare pro veritate, quam cõtinet in omnibus, & per omnia, & eius reſponſio in actis ſcribatur, & poſtea addatur.

*Tunc Dominus Iudex ſedens, &c. acceptatis, &c. examen dimiſit, & ipſum teſtem licentiauit, iniuncto prius illi, vt ſe propria manu ſubſcribat, prout ſe ſubſcripſit, vt infra.*

*Io N. confermo quanto di ſopra, & mi ſottoſcriuo di propria mano.*

Et ſi ſcribere neſciat: *Et hò fatto il ſegno di Croce di propria mano* †.

Sed ſi fortè teſtis aliquis à priori depoſitione varius erit, diligenter interrogetur, quarè hoc facit, & in quo dicto perſiſtere vult, & pro inueniẽda veritate carcerari, & torqueri poteſt, iuxta dicta ſupra in num. 20. & 21. & repelli etiã poteſt, vt periurus, vt dictum eſt in num. 19.

# De Reo conſtituendo, ſeu examinando, ac de eius tortura, & confrontatione ipſius cum teſtibus. Cap. XIV.

*SVMMARIVM.*

1 *Reorum examen dicitur cõſtitutum, & quare.*
*Reus conſtituendus quãdo minor eſt, dandus eſt illi curator, alioquin acta nulliter fiunt.*
2 *Reus qui dicitur.*
*Reus interrogari non poteſt niſi indicia præcedant, etiamſi conſtet de corpore delicti.*
3 *Indicia expreſsè apparere debent, vt reus interrogari poſſit: & quando hoc erit, explicatur.*
*Indicia quando ſunt dicenda vrgentiora.*
4 *Indicia quando ſunt plura, etiam ſi non ſint vrgentiora ſufficiunt ad inquirendum, & ad torquendum.*
*Indicium ad torturam facit mala fama iuncto vnico teſte, vel alio adminiculo, & multò magis ſufficit ad reum interrogandum.*
*A fama mala prætenſa vitæ ſe quis defendere poteſt probando per triennium proximè præteritum benè vixiſſe, & fuiſſe bonæ vocis, & famæ.*
5 *Ad interrogandum reum iuridicè, non ſolùm indicia, ſed etiam infamia ſufficit.*
*Reus ex praxi interrogatur, & examinatur, non data illi copia capitulorum: nec ſi illam prius petat eſt ei concedenda ex conſuetudine.*
6 *Infamia præcedens ſufficit ad interrogandum reum iuridicè, & vt ipſe teneatur veritatem aperire, ſi proceſſerit à fide dignis, & probata ſit in actis, etiam ſi probata ſit ſemiplenè.*
7 *Regulares nec ipſi in cauſa criminali interrogari tãquam rei poſſunt non præcedentibus vrgentioribus indicijs, vel infamia, vel ſemiplena probatione, contra Alciatum, & Ioa. Andream.*
8 *Reus infamatus imò, & conuinctus de vno crimine interrogari nõ poteſt de alio, de qu* 9
*infamia non laborat, vel ſemiplena probatio, vel indicia non præcedunt, contra Paladanum.*
*Infamia non ſolùm delinquentis, ſed etiam delicti eſt neceſſaria*

*ſaria ad inquirendum.*

9 *Reus interrogari non poteſt de alio delicto quàm de illo, de quo agitur, & eſt infamatus, vel ſemiplena probatio, aut indicia præcedunt, & ſi ſit eiuſdẽ ſpeciei cũ illo de quo pdicta præcedunt, niſi crimen ſit annexum crimini, de quo agitur. Et prædicta fortius procedũt quoad Eccleſiaſticos, vt in num. 10.*

10 *Iuris infamiam non contrahit occultus delinquens.*
*Iuris infamia nõ contrahitur, niſi in caſibus à iure expreſſis.*

11 *Reus, qui falſus eſt, proprium crimen interrogari non poteſt de complicibus, quorum fama læſa non eſt, niſi delictum ſit tale quod eſt obuiandũ futuro malo.*
*Reus interrogari in conſciẽtiæ foro non poteſt de ſocijs criminis, etiam in delictis, quæ principaliter commiſit in proprium commodum, cõtra Bartolum.*

12 *De ſocio criminis interrogari etiam reus poteſt, quando delictum ſua cauſa non commiſit: ac quando delictum eſt tale, quod ſine ſocijs committi non potuit, & quando adſunt indicia, quòd cum ſocijs commiſſum ſit.*
*Socij criminis manifeſtatio facit indicium ad inquirendũ de iure, & de conſuetudine etiam ad torquendum.*
*Socij dictum non eſt tanquam dictum teſtis, ſed tanquam dictum denunciatoris, & aperit viam ad inquirendum.*
*Socij criminis dictum, vt fidẽ faciat eſt ab ipſo cõfirmandum in tormentis: ſed eſt in hoc loci conſuetudo ſeruanda.*

13 *Diffamatio, & indicia tunc ſunt neceſſaria ad reum interrogandum, ſecundùm aliquos, quando proceditur per viam inquiſitionis, non autem quãdo proceditur per viam accuſationis, in quo caſu crimen, & criminoſus eſt detectus per ipſam accuſationem.*
*Accuſatio ſe habet loco diffamationis quãdo in iudicio facta eſt, & ſine infamia ſufficit ad inquirendum.*

14 *Semiplena probatio quam facit vnus teſtis omni exceptione maior vnà cum accuſatione ſufficit ad reum iuſtè interrogandum: & idem eſt dicendũ de illa, quã facit indicium vrgentius, & graue, vel plura indicia æquipollentia: & in num. 15.*

15 *Siue procedatur per viam accuſationis, ſiue per viã inquiſitionis, cùm infamiã præcedere debere ſit neceſſarium, ſecundũ communem ſententiam, non*

*tenetur reus veritatem propalare;ſed aquiuocare poteſt.ſi Iudex procedat per viam accuſationis,non præcedente infamia, etſi poſſit Iudex iuſtè illum interrogare ob contrariam ſententiam,quam alij veriorem cenſent.*

16 *Solicitati, ſiue corrupti denūciationem facere indicium ad interrogandum, ac etiam ad torquendum reum, etſi cenſeat Cantera, eius tamen ſententia impugnatur,& in contrarium eſt communis ſententia, etiam in caſu hæreſis.*

17 *Socius criminis non admittitur in teſtem, niſi fauore fidei in caſu, quo falſa dicere non præſumatur.*

*Solicitati, & corrupti dictum fidem non facit ad interrogandum, & torquendum reum, quando alia adminicula non concurrunt,etiam ſi non ſit ſocius criminis.*

*Indicium ad torturam non facit aſſertio vulnerati,ſi vulneratus conualuit.ſed talis aſſertio habetur loco denunciationis,ad hoc, vt inquiri poſſit. Et ex communi ſtylo tale dictum facit indicium ad inquirendum,etiam ſi moriatur, & eſt ſufficiens ad capturam, & ad excuſandum heredes à temeritate accuſandi.*

18 *Solicitatus puer,ac mulier ſolicitata, quarè non facit indicium ad torturam,explicatur.*

*Semiplena probatio, vt profecta ſit quæ requirit.*

*Pueri præſumuntur de facili dicere mendacium.*

*Mulieres debiles, & infirmi ſexus ſunt.*

*Teſtis, vt non dicatur maior omni exceptione,ſufficit qualibet macula.*

19 *Solicitati delatio etſi non ſit ſufficiens ad torturam, nec ad carcerandum,quando eſt ſine adminiculis,eſt tamen ſufficiēs ad ſecretè inquirendum. Et ad quid valet, quando delatores ſolicitati ſunt plures.*

*Duo delatores conteſtes quando non ſunt omni exceptione maiores, non ſufficiunt ad cōdemnandum,ſi delatus neget.*

20 *Triennio ſe abſtinens à malo abolet contra ſe mali præſumptionem.*

*Inquirere Prælatus non poteſt contra delinquentem non infamatum,etiam ſi ſciat delictum duobus, vel tribus teſtibus eſſe notum:ſed quando ſcit tres eſſe teſtes, poteſt vni ex illis præcipere,vt illud ipſe denunciet tāquam Iudici,quando delictum non eſt emendatum,ſed eſt in fieri.*

21 *Interrogari,ac etiam torqueri reus*

*reus quando poteſt ob indicia remota probata per teſtes ſingulares,& in nu.22.*

22 *Indicia remota quãdo plura quàm duo ſunt,quando ad torturam ſufficiant,explicatur.*

23 *Indicium proximum etſi per vnum teſtem probatum ſit,poteſt per illud reus interrogari,& torqueri Et quod indicium ad hoc dicatur proximum.*

*Duo teſtes,qui omni exceptione maiores non ſunt,non ſunt arbitrandi ſufficere pro vno in cauſa non leui.*

24 *Torqueri reus poteſt,quando habet contra ſe duos teſtes in facto concordes,etſi in tempore diſcordes ſint.*

25 *Fuga,inimicitia, confeſſio extraiudicialis, aut facta coràm Iudice incompetenti,aut minæ præcedentes quãdo faciunt indicium ad torturam,remiſſiuè.*

*Et item quãdo illud facit mẽdacium,variatio, inconſtãtia, aut titubatio rei.*

*Indicia an,& quãdo ſufficiãt ad torturam,Iudicis arbitrio eſt relictum.*

26 *Reus etiam ſi iuſtè tortus fateatur delictum commiſiſſe, tali confeſſioni ſtandum non eſt,niſi expreſsè illam ratificet extra tormenta. Et quomodò, & quando talis ratificatio ſit facienda,explicatur.*

*Tortura reo nocet quòad condẽnationem, ſi dicta in illa non ratificat extra tormenta, ſed tantùm facit contra illum indicium vt iterũ torqueri poſſit,in quo caſu ſi iterum fateatur, iterùm repetitio facienda eſt extra tormenta;ſed non eſt tortura repetenda vltra tertiam vicem, & quando vſque ad tertiam vicem perueniri poteſt.*

*Variatio facit nouũ indicium, eſtq; ſufficiens fundamentum ad torturam.*

27 *Tortura ita adhibenda eſt, vt indiciorum modum non excedat,ſed danda eſt vſq; ad illũ gradum, quem indicia oſtendunt.*

*Tortura danda nõ eſt modis exquiſitis,ſed per funem, qui eſt modus à iure approbatus.*

*Tortura ignis,& vigiliæ quomodo ſit danda,explicatur.*

*Tortura vigiliæ aptius dari poteſt à Iudicibus regularibus.*

28 *Tortura gradus quot ſint:& explicatur primus gradus, & quibus ſit dandus.*

29 *Tortura ſecundus gradus declaratur,& in quo caſu ſit dãdus,explicatur.*

*Torturæ ſecundus gradus datus non impedit quin reus plenè torqueri poſſit,quando ſufficientia adſunt indicia, habi-*

to

Digitized by Google

*to reſpectu prioris torturæ.*

30 *Tertius torturæ gradus quis ſit, & quando dandus.*

*Torturæ tertij gradus dari pōt etiam in delictis, in quibus imponenda non eſt pœna ultra relegationem.*

*Tortura leuis non dicitur tortura.*

*Tortura plena danda nō eſt, niſi adſit ſaltem vnum indicium ſufficiens, & plenè probatum.*

31 *Torturæ quartus gradus explicatur; & in quibus caſibus ſit dandus, oſtenditur.*

32 *Torturæ quintus gradus explicatur, & in quibus caſibus ſit dandus, dicitur.*

33 *Torturæ quinto gradu non ſunt torquendi clerici: qui ex conſuetudine torquētur, etiam à miniſtris laicis.*

34 *Torquendi de iure multi non ſunt: ſed ſecus de conſuetudine, ſecundùm quam ſolummodò non torquentur minores 14. annorum, ſenes decrepiti, non robuſti, mulieres prægnantes, & alicubi etiam lactantes.*

35 *Rei quomodo ſint examinandi, & interrogandi, etiam mediante tortura.*

*A reo confeſſio extorquenda nō eſt promiſſione impunitatis.*

*Promiſſio impunitatis pro extorquenda à reis veritate ſemper eſt mala, & quare.*

*Simulatio Iudici licet, ceſſante fraude, & deceptione, & dummodò non cedat in malum.*

36 *Reus cauilloſè interrogandus non eſt: ſed quomodo ſit hoc faciendum, explicatur: & in num. 37.*

38 *Reus in vno examine de omnibus interrogandus non eſt. Et quando confiteri cœpit, interrumpendus non eſt.*

*Reus pro eadem cauſa pluries examinari poteſt Iudicis arbitrio.*

*Rei non ſolum omnia dicta, ſed geſta in actis ſcribenda ſunt: & ſub qua forma.*

39 *Reus de quibus eſt interrogādus in principio ſui conſtituti.*

*Forma conſtituendi, & examinandi Reum.*

*Confrontatio teſtis, & rei quomodo ſit facienda, & quid operatur.*

40 *Forma confrontandi teſtes.*

41 *Forma confrontandi teſtes cū tortura.*

42 *Forma confrōtandi teſtes qui totalem cognitionem rei non habent. ſed de viſu tantum.*

43 *Teſtis, qui in confrontatione negat inter homines poſitos ante illum adeſſe tunc quem nominauerat in ſuo examine, præſumi poteſt ſubornatus.*

44 *Reus quando per teſtes eſt cōuictus, & in negatiua perſiſtit,*

quid

*quid ſit faciendum, explicatur, & in num. 45.*

*Torquendus reus non eſt, quando aliter de delicto conſtat.*

*Tortura non infligitur niſi in ſubſidium, quando aliter veritas haberi non poteſt.*

45 *Reus ſi per teſtes conuictus, in negatiua perſiſtat, torquendus eſt ex officio Iudicis, datis illis defenſionib. ante torturã.*

*Tortura datur à Magna Curia ex proceſſu informatiuo, ſed non à Curijs Baronum, niſi hoc habeant ſpecialiter conceſſum.*

46 *Defenſionibus reo præſtitis ante torturam, ſi eius Partes ſuccumbant, faciendum eſt decretum de torquendo, & quomodò.*

*In ſententijs etſi cauſa exprimenda non ſit, tamen in decreto torturæ exprimitur; & quomodò.*

*Forma decreti de torquendo reo per funem.*

47 *Decretum torturæ quando eſt interponendum.*

*Appellatio friuola, & calumnioſa à Iudice eſt reijcienda.*

*Appellatio quando ſit dicenda friuola, & calumnioſa, arbitrio Iudicis eſt determinandum.*

*Ante torturam reus per decem horas non comedat, neq; bibat.*

*Et admonendus eſt de veritate dicenda; & admonitio in actis ſcribenda.*

48 *Tortura in noſtro Regno nõ datur pro crimine, pro quo imponenda non eſt pœna vltra relegationem: ſed Magna Curia, & Regia Audientiæ tormenta inferunt indifferenter, ſic aliæ Curia, quando imponenda eſt pœna corporalis.*

*Tortura cum quo moderamine ſit adhibenda.*

49 *Forma conſtituendi reum criminis ad torturam.*

*Reus in tormẽtis quomodo ſit admonendus: & quid eſt faciẽdum, quando dicit ſe velle veritatem manifeſtare.*

*Reus, ſi exiſtens in tormentis fateatur contra ſe delictum, de quo non eſt infamatus, quid faciendum.*

50 *Regulares ob maiorem decentiam torquendi ſunt tortura vigiliæ.*

*Forma decreti de torquendo reo per torturam vigiliæ; & quomodo in delictis atrociſſimis in nu. 51.*

52 *Reus ſi tortus in negatiua perſiſtit quomodo ſit liberandus, & num. 53. & 54.*

55 *Reus ſemel tortus quando iterum tormentis ſubijci poteſt.*

*Indicia noua ſuperuenientia quando ſufficiunt ad iterum tor-*

Digitized by Google

*torquendum reum ſufficienter tortum.*

56 *Reus ſufficienter non tortus iterum torqueri poteſt vſque ad ſufficientiam, ſine nouis indicijs.*

57 *Forma ratificationis facienda à reo extra tormenta.*

58 *Reus aliquando armis, & ſcripturis, ac alijs rebus eſt conuincendus. Et traditur modus viſitandi rei domum ad prædicta inuenienda, & ſequeſtranda per Curiam.*

59 *Forma recognoſcendi arma, aut ſcripturas reorum, & ſimilia.*

60 *Reus accuſatus, aut denunciatus iuridicè, aut inquiſitus de crimine cauſante infamiã interim ad honores promoueri non poteſt intra biennium. Limita vt in num. 61.*

61 *Reus iuridicè interrogatus an æquiuocare poſſit? remiſſiuè.*

1 REorum examen à Doctoribus Conſtitutũ appellatur, vt poſt Clar. in §. fin. q. 45. num. 5. dicit Flamin. Cartar. in praxi interrogandorum Reorum c. 1. nu. 6. vbi ex eo deuenire hoc dicit, qa initium examinis reorum ita incipit: *Conſtitutus perſonaliter N. coràm tali Iudice*, &c. & ex eo examinationem etiam dictum eſſe dicit in numero 8. quia in illa, ſicut in trutina quadã examinantur, & expenduntur ſingula verba reorum circa factum, ſeu delictum, pro quo conſtituũtur. Exiſtimatq; cum Doctoribus, quos citat, Reorum examinationem, ſeu interrogationem eſſe de iure Diuino, ex eo, quòd Dñs interrogauit Adam vbi eſſet, Geneſ. 3. & Geneſ. 4. Cain vbi eſſet Abel frater eius, & ex alijs locis, quę ipſe ibidem adducit. Et intellige, vt ſit de iure diuino originaliter, ac exemplariter.

Sed nè Iudices errent, animaduertant, vt ſi reus conſtituendus ſit minor annorum 25. de iure cõmuni, & annorum 18. in noſtro Regno, vt die vno, vel duobus ante examen detur illi Curator ad litẽ, dan-

dandaque ſunt ei capitula, hoc eſt ſummaria eorũ, quæ reperiuntur in actis contra inquiſitum, ad hoc vt benè informatus de iuribus minoris, poſſit ei rectè auctoritatem pręſtare; aliàs ſi eodem inſtanti, quo daretur, ſuam auctoritatem pręſtaret, actus eſſet nullus, quia præſtaret auctoritatem cauſa non cognita, vt per Foller. in tit. fiat conteſtatio litis ſuper eis nu. 28. poſt Marſ. in praxi crimin. §. nunc videndum n. 31. in caſu verò, quo Iudex minorem examinaret, non præſtito illi Curatore, proceſſus eſſet nullus, nullaque confeſſio indè ſecuta, vt poſt Doctores, quos citat, dicit Foller. in d. ſua Prax. in tit. etſi confitebuntur nu. 48.

2 Reus autẽ ille dicitur, qui actori, ſiue accuſatori opponitur, cap. forus de verbor. ſignificat. l. fauorabiliorẽ ff. de regul. iur. qui quidem conſtitui, interrogariq; non debet, niſi cõſtito prius de corpore delicti, iuxta ea, quæ dixi ſupra in c. 2. num. 7. Nam ſi de corpore delicti non conſtat, ligatæ ſunt ita manus Iudicis, vt Reum interrogare non poſſit, vt poſt Marſ. in conſ. 12. nu. 34. conſil. 14. n. 15. & cõſ. 18. num. 4. dixit Cartar. in Methodo proceſſ. in form. lib. 2. c. 1. num. 14. & in Praxi interrog. reor. c. 2. num. 2. Immò nec conſtito de corpore delicti ad interrogandos reos procedi de iure debet, niſi etiam indicia pręcedant, vt poſt Boſſ. in tit. de examin. reor. num. 6. dicit Cartar. in d. c. 2. nu. 5. vbi ẽt rationem reddit; nam alioquin Curia, & Fiſcus videretur ſumere probationẽ de domo Rei, extorquendo ſcilicet cõfeſſionem ex eius ore ad fundandam ſuam intentionem, quod eſſe de iure prohibitum dicit in nu. 6. poſt Boſſ. vbi ſupra in nu. 4. per l. de minore §. tor-

menta ff.de quæſtionibus.

3 Quæ quidem indicia ad hoc ſufficientia apparere debere, expreſsè docet D.Th.in 2.2.q.69.a.2. Tunc aũt expreſſa indicia apparere dicas, ad hoc, vt reus iuridicè interrogari poſſit, quando vrgentiora ſunt, non autem quando leuia, & ratio eſt, quia etſi leuia indicia ſufficiant ad formandam inquiſitionẽ generalem, modò aliquẽ colorem habeant, tamen ad formandam inquiſitionem ſpecialem, & ad trãſmittendum inquiſitionis libellum reo, vrgentiora requirũtur indicia, vt poſt Doctores, quos citat dicit Farinac.in 1.par.tit.de inquiſit.q.1.nu. 48.& rationem reddit, quia in priori caſu agitur de leui præiudicio, in poſteriori verò de graui. Si ergo ad inquiſitionem ſpecialẽ, & tranſmittendum Reo inquiſitionis libellũ, quia agitur de graui præiudicio, vrgẽtiora indicia ſunt neceſſaria, multò magis erunt vrgentiora indicia neceſſaria ad ipſum reum conſtituendum, & interrogãdum, præſtito ei iuramento de veritate dicenda; quia tunc de maiori eius præiudicio agitur. Vrgentiora autem, ſiue grauiora indicia illa eſſe dicas, quę frequenter, & facilè contingũt adeſſe, vt per Bald. in l.non hoc, in fi.C.vnde cogna.Cyn.in l. metum C.de dolo, & per alios relatos à Blanc.de indic. ad l.fi.C. de quęſtionib.n.10. quem citat, & ſequitur Carre.in pract.crim.tract. 2. de indic. & tort. §. ſed vnum indicium num. 5. & Cõrad. in tract.de negat. crim.& torm. poſt nu. 29. exẽplum verò huius grauis indicij videre potes ſupra in c.12.nu.20.

4 Quæ expreſſa, & vrgẽtiora indicia tũc interuenire debere ſcias pro reo iuridicè examinãdo, quãdo non plura ſunt, ſed vnũ tãtùm: nam ſi plura ſint,

etiam

etiam ſi ſint remota, non ſolũ ad reũ interrogãdum, ſed ẽt ad illum torquendũ ſufficiunt, ſi in negatione perſiſtat, prout retuli ſupra in c. 12. num. 32. communiter enim, & abſq; difficultate receptum eſſe dicit Farin. de indic. & tort. q. 37. n. 11. indicia remota quãdo ſunt plura ſufficere ad torquendum; ergo & ad interrogandũ, quod eſt minus: Et huiuſmodi eſſe dicit, quando teſtes deponunt ſuper circunſtantijs delicti, vtputà de inimicitia, iũctis alijs; fuga iunctis alijs; fama, iunctis alijs. Et quia mala fama in genere, iuncto vnico teſte de auditu, vel etiã iuncto quolibet alio adminiculo facit etiam indicium ad torturã, vt poſt Doctores, quos citat tenet Farinac. in d. q. 37. num. 66. multò magis dicẽdum eſt facere ſufficiens indiciũ ad ipſum reum interrogandũ. Vnde meritò dicit Foller. in ſua praxi par. 2. tit. capiat informationem, nu. 66. capiendam prius eſſe informationem, cuius vitę fuerit inquiſitus, & an talia, vel ſimilia facere conſueuerit per l. deſertorem §. is, qui ff. de re militar. & in num. 67. addit, inueſtigandum eſſe, cuius famæ ſit in Ciuitate, quia ſecundùm famam iudicatur, vt in l. de minore §. tormenta ff. de quæſtion.

Sed eſt aduertendum, poſſe reum ab infamia procedente ex mala prætenſa vita ſe defendere, probando in contrarium, per trienniũ proximè pręteritum benè vixiſſe, & fuiſſe bonę vocis, cõuerſationis, & famę; tũc enim illa mala fama cõtra eum probata, nihil ei nocet, ſed cenſetur purgata in totũ, vt per Saly. in l. ſi minorẽ C. de in integr. reſt. min. quem ſequitur Clar. in d. §. fi. q. 21. num. 1. in fi. vbi etiam citat Grammat. ſuper Cap. Regn. fol. 142. num. 7. dicentem, ita con-

cludere omnes Doctores, & ipſe notãdum hoc eſſe dicit.

5 Non ſolùm autem indicia, ſed etiam infamiam præcedentem, aut ſemiplenam probationem ſufficere ad interrogandum Reũ iuridicè, & ad obligãdum illum ad veritatem manifeſtãdam docet D.Thom. in d.q.69.ar.2.& ſequitur Diaz in ſua praxi crim. Canon.c.129 num.4. vbi etiam ex Caiet. in d.ar.2. exiſtimat, eſſe hęc manifeſtanda Reo, vt ſciat ſe eſſe in tali articulo conſtitutũ, quòd tenetur obedire Iudici præcipienti, & extorquenti veritatem, ac etiam vt poſſit ſe purgare, & cõtra illa opponere, prout retuli ſupra in c.12. n.32. Ex quibus ipſe Diaz inferre videtur, quòd ãte torturam, & ante interrogationẽ ſine tortura eſſe dandam reo copiam indiciorum, quam ſententiam ſequitur etiam Prax. Papienſ. in forma inquiſitionis in ver. fama pub. & de iure veriſſimam illam eſſe dicit Salzedus ad Diaz in d.c.129. n.4. in verſ. copiã indiciorum, ſed conſuetudinem recepiſſe contrariũ affirmat, ſcilicet, vt reus interrogetur, & examinetur ante datas defenſiones, & indiciorũ copiam, eſſeq; hanc praxim quotidianam affirmat ex Foller. Iodochio, & Couar. quos citat, ac etiã ex Claro, qui in d.§.fi.q.45.n.8. dubium mouet, an ſi reus priuſquam examinetur petat copiam inquiſitionis, & indiciorum contra eum exiſtẽtium, ſint illi dandæ? cui difficultati reſpondẽs dicit, quòd quidquid ſit de iure, cõſuetudo ſeruat, vt illi non concedantur, ſed vt examinetur, & interrogetur reus ante datas defenſiones, & copiã indiciorum, & quòd ſtãte hanc generali cõſuetudine, malè faceret Iudex, q aliter obſeruaret in practica. Nec obſtat, quòd defenſio-

fenſiones de iure naturæ ſint reo dandæ, vt dicit Caiet. vbi ſupra, nam ad illud ſeruandum conſuetudo introduxit, vt dētur ante cōdemnationem ad torturam, quando torquendus reus eſt, & ante ſententiam diffinitiuam.

6 Quòd autem infamia præcedens ſufficiat ad interrogādum reum iuridicè, ita vt teneatur ipſe veritatem manifeſtare, probatur ex cap. qualiter, & quando 1. & 2. & c. ſuper his de accuſat. ex quibus conſtat, quòd quando reus infamia laborat, iuridicè cōtra illum proceditur ad inquirendam veritatem: examinatio autem rei fit ad inquiredam veritatem; ergo quando reus infamia laborat, iuridicè conſtituitur, ac examinatur.

Verùm quia diffamatio ſuccedit loco accuſationis, vt tenent cōiter Canoniſtæ teſte Card. Alex. in cap. de accuſatione col. 14. in fi. 2. q. 8. & poſt illū Clar. in §. fi. q. 6. num. 1. ſicut accuſatio ſola non ſufficit ad interrogandum reū, ſed interrogari iuſtè ille non poteſt abſq; vno prçuio, iuratoq; idoneo teſte, vt dicit Sot. de iuſt. lib. 5. q. 7. a. 1. in fi. & confirmat Salon. in 2. 2. q. 70. ar. 1. controuerſ. 1. ita diffamatio ſola non ſufficit ad reum iuridicè interrogādum, ſed neceſſariū eſt, vt talis diffamatio proceſſerit à fide dignis, & probata ſit in actis per duos idoneos teſtes, vt notant Doctores in cap. inquiſitionis, & in d. c. qualiter, & quando il 2. de accuſat. quæ fama ſic probata, eſt ſufficiens ad inquirēdum contra reum circa veritatem delicti, de quo infamatus eſt, & ad interrogandum ipſum reum: ſufficitq; etiam ſi probata ſit ſemiplenè, quia ſi ſemiplena probatio ſufficit etiam ad torquendum, vt dicam infra in n. 18. ergo ſuffi-

ſufficit etiam ad reum interrogandum.

7 Et prædicta procedunt etiam quoàd Regulares, vt ſcilicet nec ipſi in cauſa criminali interrogari tanquam rei poſſint, non prę-cedētibus vrgentioribus indicijs, vel infamia, vel ſemiplena probatione: nā etſi Alciat. in c. j. de offic. ordin. ſequēdo Io. Andr. in c. olim. il 2. de accuſat. cenſeat, cōtra Regularem inquiri poſſe, nulla pręcedente infamia, & conſequenter etiam ſi nec indicia, vel ſemiplena probatio procedat; talis tamē ſentētia meritò impugnatur à Nauar. in rubr. de iudic. poſt nu. 91. in verſ. quinimò. In Regularibus enim magis eſt ſeruandū ius naturale de ſeruanda fama eorum illęſa, quādo occulta ſunt eorum delicta, quàm in ſecularibus. Nec obſtat cap. qualiter, & quando il 2. in fi. de accuſat. vbi dicitur, ordinem ibi poſitum non eſſe neceſſarium quòad Regulares, qui faciliùs, & liberiùs à ſuis adminiſtrationibus amoueri poſsūt; loquitur enim ibi tex. in cauſa ciuili, & vbi agitur de remouēdo Regulari ab aliqua adminiſtratione, non autem vbi agitur de conſtituendo illo reo in cauſa criminali.

8 Nec poteſt reus infamia, vel ſemiplena probatione, vel indicijs, prout ſupra nō præcedentibus, ſi diffamatus, immò ſi & conuictus ſit de vno crimine, interrogari de alio, de quo aliqua ex pręd ictis non pręcedunt, vtputà ſi diffamatus eſſet Titius, vel cōuictus de adulterio, vel de homicidio, interrogari non poteſt, an commiſerit furtū, de quo nec infamia laborat, nec indicia cōtra illum præcedunt, nec ſemiplena probatio, vt patet ex cap. cùm oportet, & cap. inquiſitionis de accuſat. Et ita tenet Caiet. in 2.2. q. 69. a. 2. quem citat,

Digitized by Google

citat,& ſequitur Sor.de teg.ſecr.mēb. 2.q 6.concluſ.5.& in lib.5.de iuſt.& iur.q.6.a.2.in verſ. *Enaſcitur autē hic dubium aliud*, vbi hāc ſententiam tenet cū D. Thom.in 2.2.q.10. ar.1. ac Caiet. vbi ſupra, & Adri.in quodl.xj.cōtra Petr. de Palud. in.4. diſt. 19.q.4. qui ex eo contrariam ſententiam docuit, (ſcilicet quòd interrogari de alio crimine poſſit) q̃a cū ſit infamatus de vno, interrogari de alio poteſt, quia cùm de crimine ſit infamatus,famam amiſit, quod citati Doctores negant quòad delictum, de quo nō eſt infamatus,tùm quia quòad illo famam retinet, tùm quia citati canones non ſolùm infamiam delinquentis, ſed etiam delicti requirūt, ad hoc, vt iuſtè inquiſitio fiat, & interrogari reus poſſit, prout dixi in mea 2.2. lib.3.c.1.nu.25.alioquin quandocunq; eſſet quis infamatus de vno crimine, interrogari poſſet de omnibus criminibus, quæ commiſit toto tempore vitæ ſuæ,quod tamē nullus concederet.

9 Et prædicta procedunt etiā quòad crimina eiuſdem ſpeciei: niſi vnum crimen ex circunſtantijs eſſet indicium alterius, vt poſt Petr.Nau.lib.2. de reſtitutione c.4 nu. 170. dixi in mea 2.2.lib.3.c.1. num.26. nam etſi ſemel malus ſēper præſumi poteſt malus in eodem genere mali: tamen inquiri contra illum non poteſt, nec de illis interrogari, niſi infamia, vel ſemiplena probatio, vel indicia præcedant, & ſic niſi aliquo ex prædictis modis prius ſint coram Iudice introducta, & illi nota. Et ita tenet Nauar.in d. rub. de iudic.n.62. poſt plures Doctores,quos citat, & pluribus rationibus hanc ſententiam probat,reſpōdetq;ad cōtraria,quę pro ſe adducunt ſectatores con-

cõtrariæ ſententiæ, quam falſam eſſe dicit, & praxim malam eorum, qui cõtrarium ſeruant: quia ſtandũ ſemper eſt Regulæ, quæ abſolutè dicit, non eſſe quenquam interrogandũ, neq; torquendum pro ali quo crimine, niſi indicia prçcedant, vt in l. maritus, & in l. fi. ff. de quæſtionib. l. ſicut C. ad leg. Cornel. de falſis. Vel niſi aliquod crimen etiam alterius ſpeciei, principali crimini, de quo agitur ſit annexum, ita vt vnum ſit ſufficiens indiciũ alterius, vt ſi quis infamatus, & conuictus eſſet de homicidio, & cadauer inuentum ſit expoliatum, interrogari poteſt de expoliatione. Vel ſi quis infamatus, & conuictus eſſet de adulterio, & conſuetudine cum aliqua muliere, & inueniretur necatus adulterę maritus in cubiculo ſuo, tũc adulter interrogari iure poteſt de homicidio illo. Et ita tenet Nauar. in d. rubr. de iudic. poſt num. 64. arg. l. non omnes §. à Barbaris ff. de re milit. ac Sot. in d. q.6.a.2. in verſ. *Attamen duobus modis*; vbi idẽ dicit quando vnum crimen eſt circunſtantia alterius, vtputà quia conuictus eſt quis de conſuetudine cũ puella aliqua, interrogari poteſt, an illam deflorauerit.

10 Quę quidem D.Thom. Caietan. Adrian. ac Soti ſentẽtia procedere dicas non ſolùm quòad ſeculares, ſed fortius quòad Eccleſiaſticos omnes, quia ratione ſtatus, eorũ fama maximè eſt conſeruanda non ſolùm ob priuatum, ſed etiam ob publicum bonũ. Nec obſtat quòd de iure Canonico magis communiter recepta ſententia ſit, vt delicta omnia publici iudicij ſint, & infamare, vt dicit Alberic. de Roſa. in rubr. ff. de publ. iudic. Ioa. Faber in rubr. Inſtit. eod. & in §. ex quibuſdam Inſtit. de

pęna

pęna teme. litig. & ſequitur Decian. in lib. 5. tract. crim. c. 4. num. 4. qui alios citat, & ſententiam hanc rationibus probat: nullo enim iure talis ſententia probatur, vt dixi in meo Prompt. in ver. crimen num. 6. & ideò nõ eſt hoc dicendum, per ea quę dixi ibidem, vbi etiã Gratiani rationes reieci. Et pręterea dato, & non conceſſo, quòd ſententia prædicta vera ſit, non ideò tamen poſſet Iudex Eccleſiaſticus ſine peccato mortali, nec alius procedere per inquiſitionem cõtra Reũ, de delicto nõ infamatum, vel nõ ſufficienter indiciatum, vel ſi contra eum ſemiplena probatio nõ pręcederet; offenderet enim tunc ius naturale, & diuinum, quo pręcipitur, conſeruandum eſſe proximi famam, quam quidem retinet peccator, dùm delictum, quod commiſit, de facto occultum eſt, etſi verum eſſet, quòd de iure Canonico delicta sũt publici iudicij, & infamare; nam dum occulta ſunt, de facto non infamant, & dũ non præcedit infamia facti, in iudicio probata, de iure naturali, diuino, & humano inquiri contra aliquem non poteſt, vt dictũ eſt, nec interrogandus de occulto crimine quis eſt, deficientibus etiam indicijs, aut ſemiplena probatione. Et falſum eſt etiam, ſi quis diceret occultum delinquentem pro omni delicto contrahere iuris infamiã, quia infamia iuris non contrahitur, niſi in caſibus à iure expreſſis, cùm implicitam habeat irregularitatem, quæ in ſolis caſibus à iure expreſſis contrahitur, iuxta ea quę dixi in mea 3. par. lib. 7. c. 1. nu. 130. cum ſeqq. vſq; ad nu. 160. incluſiuè. Et dato quòd de iure Canonico omnia delicta ſint publici iudicij, hoc aliud nõ importat, niſi vt de iure Canonico liceat omnibus

de quocũq; delicto accuſare; & dicuntur publici iudicij, nõ quia publicum faciant delictum, ſed ad hoc, vt liceat de illo omnibus accuſare, prout de iure ciuili omnes accuſare poſſunt quòad delicta, ad publicum iudicium pertinentia, non autem quòad pertinentia ad iudicium priuatum, niſi illi quorum intereſt. Et quia apud Iuriſtas nota sũt hęc; probatione non indigent, & videri poſſunt ea, quæ dixi in d. meo Promptuar. ver. Crimen nu. 4.

11 Nec ille, qui proprium faſſus eſt crimen poteſt regulariter de cõplicibus interrogari, qui nulla infamia læſi ſunt, vt dicit Sot. in d. q. 6 ar. 2. in verſ. *At qui huius*, & eſt tex. in c. 1. de confeſſ. vbi crimẽ læſę Maieſtatis excipitur, ſcilicet diuinæ, & humanæ, vt per Sotum ſupra, & in l. fi. C. de accuſ. vbi abſolutè dicitur, *vt nemo de proprio crimine confitentem ſuper conſciẽtiam ſcrutetur alienam*. Et communem hãc eſſe ſententiam dicit Clar. in §. fi. q. 21. n. 4. poſt Ioa. de Amicis in conſ. 27. nu. 1. Et quamuis Gloſ. fi. in d. l. fi. nonnullos caſus enumeret, in quibus de ſocijs criminum interrogari quis poteſt, tamen dicit Clar. in d. n. 4. quòd hodie Aſſeſſores communiter obſeruant doctrinã Bart. in l. repeti §. 1. ff. de quæſtionibus, dicentis, quòd in delictis, quę principaliter non cõmittũtur in odium alicuius, ſed in commodum ipſius delinquentis, vt falſare monetam, furari, & huiuſmodi, poteſt reus interrogari de occultis ſocijs, ſed in delictis, quæ principaliter committuntur in odium, vel offenſam alicuius, tũc reus de occultis ſocijs interrogari nõ poteſt: ſed ſi interrogetur, dicit Clar. ſupra, quòd ſi reus ſocios nominat, facit indiciũ ad inquirendum, non ad torturam.

turam. Verùm quia vtroq; caſu iniuſtè læditur fama proximi, cenſeo doctrinã Bartoli prædictam in foro conſcientiæ non eſſe admittendam; ſed tunc poſſe Iudicem, ſiue Aſſeſſorẽ interrogare reum de ſocijs criminis, quando delictum eſt tale, quòd eſt obuiandum futuro malo in damnum Reip. vel in perniciem tertiæ perſonæ, non autem, quando delictum eſt tale, vt ſciẽtia ſocij non ſit neceſſaria, niſi ad iudicium præteritorum, prout tenet Sotus vbi ſup. dicens neſcire, quo iure orta ſit cõtraria conſuetudo, & poſt Caiet. in opuſc. 16. q. 5. dicit, quòd reus interrogatus parere non cogitur, ſed æquiuocare poteſt, non autem mentiri, quia mendacium nunquàm eſt licitum.

12 Item poteſt Iudex, ſiue Aſſeſſor de ſocio criminis interrogare, quãdo ex indicijs apparet, quòd reus delictum aliquod non cõmiſit ſua cauſa, puta quia nihil ad eum pertinebat talem hominem occidere, tunc enim in genere de mandante interrogari poteſt, & ſuper mandante torqueri ſolet, & ita ſeruari dicit Clar. vbi ſupra in fi. d. num. 4. non ſolùm in perſona vili, prout loquuntur Salyc. & Boſſ. quos citat, ſed indiſtinctè in omnibus. Et idem eſt dicendum, quando delictum eſt tale, vt ſine ſocio committi non poſſit, & communem hanc eſſe ſententiam poſt Anton. Gomeſ. in 3. p. var. reſol. de delict. c. 12. num. 16. in fi. dicit Clar. in d. num. 4. in verſ. alia fuit opin. Et idem dicit Farinac. in q. 43. ſub num. 49. & num. 107. vbi affirmat, quòd poteſt reus de conſocijs interrogari, quando adſunt aliqua indicia in genere, vel in ſpecie, quòd cum ſocijs delictum cõmiſſum ſit. In his etiam

caſibus ex natura rei de ſocio inquirendum eſt; & infamia, vel indicia, quæ ſunt cõtra reum delatum, conſequenter ſunt cõtra ſocium, ideòq; eius fama iniuſtè nõ læditur per talem interrogationem, & tenetur reus interrogatus ſocios manifeſtare.

Talis autem manifeſtatio facit ſufficiens indiciũ ad inquirendũ ſpecialiter contra ſocios manifeſtatos, vt communiter Doctores tenere dicit Clar. in d.q.21.num.5. Et procedere dicit ſiue à reo ſint ſpontè nominati, ſiuè ex interrogatione Iudicis, cõtra Ruin. in conſ. 147. num.1.in fi.lib.5. qui exiſtimauit, talem confeſſionem nec facere indicium ad inquirendum, ſed ipſe Clar. dicit ibidem, illam facere indicium ad inquirẽdum, quia dictum ſocij non eſt tanquam dictum teſtis, ſed tãquam dictum denunciatoris, & denunciator etiam infamis, & vilis aperit viam ad inquirendum; & hoc de iure eſſe dicit in d.q.21.nu.7. etiam in criminibus non exceptis; ſed de conſuetudine dicit, quòd etiam torquentur ſic nominati, poſt Gandin. de malef. in tit. de quęſt. n.28.& alios quos citat, & hoc maximè procedit, quando ſocius criminis in tormentis ſocium nominat, vt poſt Fulgo. in conſ.163.col.j. & alios quos citat, tenet Hipol. de Marſil. in conſ. 205.num.107. Debet tamen hoc facere præuio iuramento, vt per Clar. poſt Doct. quos citat in d.q.21.nu.12. Imò Clar. ibidem in num.13. dicit, quòd ad hoc, vt dictum ſocij criminis fidẽ faciat, neceſſarium eſt, vt cõfirmetur in tormentis, quia cùm ex proprio delicto effectus ſit infamis, admitti in teſtem nõ debet ſine tortura, per ea, quæ ipſe dicit in q. 25. circa princ. Verùm quia non

ab

ab omnibus hoc ſeruatur, cõcludit, id à Iudicibus ſeruãdum eſſe, quod conſuetudo ſeruat, vbi ius dicunt.

13 Quæ ſupra dicta ſunt de diffamatione, & indicijs neceſſarijs ad reum interrogãdum procedere ſcias ſecundùm aliquos, quando Iudex in cauſa, per viam inquiſitionis, non autem quando per viam accuſationis procedit: nam quando procedit per viã accuſationis, crimen nõ eſt occultum, ſed iam detectum in iudicio eſt per ipſam accuſationẽ, vt dixi in d. meo Prompt. in ver. Crimen nu. 11. in verſ. *ſed contra prędicta* poſt Abb. qui notabiliter hoc affirmat in cap. qui cum fure n. 5. de furt. & accuſatio tunc ſe habet loco diffamationis, iuxta communem Canoniſtarum ſententiam, de qua teſtatur Card. Alex in c. de accuſat. col. 14. in fi. 2. q. 8. quẽ citat, & ſequitur Clar. in §. fi. q. 6. num. 1. & tenet Maran. in 6. par. ſui ſpeculi in tit. *Et peruenitur aliquando per viam inquiſitionis* in num. 19. nam quatènus tenent, famam præcedentem ſuccedere loco accuſationis in inquiſitione, neceſſariò tenent, accuſationem ſine infamia ſufficere, vt dicit Farinac. in prima par. q. 9. num. 4. vbi etſi teſtetur in cõtrarium eſſe communem ſententiam, quæ dicit, quòd etiã quando proceditur per viam accuſationis præcedere infamia, vel indicia debent, vt reus interrogari poſſit: dicit tamen hãc de iure eſſe veriorem, vt patet ex eius verbis à me relatis in d. ver. crimẽ nu. 11. in d. verſ. ſed cõtra prædicta; tenetq; hanc ſẽtentiam contra communem Clar. in d. q. 6. nu. 9. in verſ. & aduerte.

14 Et ſic tunc ſemiplena probatio, quam facit vnus teſtis omni exceptione

maior

Digitized by Google

maior vnà cũ accuſatione, ſufficit, vt iuſtè poſſit Iudex criminoſum accuſatum interrogare, vt ipſe criminoſus accuſatus reſpondere teneatur, vt dixi in mea 1.par.lib.1.c.5.nu. 18.& in mea 2.2.lib. 3. c. 1.n.22.facereq; etiam ad hunc effectum (ſcilicet vt reus accuſatus poſſit interrogari) ſemiplenã probationẽ loco vnius teſtis oculati, & omni exceptione maioris, indicium vnũ, & abſolutè hoc dicit Nauar.in man. c.25. nu. 36. ſed eſt intelligendus de indicio vrgentiori, & graui, nam cùm addat diſiũctiuè, vel plura æquipollentia, intelligere oſtendit, quòd quando indicium eſt vnũ, vrgentius, & graue eſſe debet, alioquin indicium vnum ad hoc non ſufficeret, vt affirmat Bãn. in 2.2.q.69.a.2. ſed plura eſſe debent: eſtq; de mente D.Th.ibid.& vt aduertit Caiet.in d.ar.1.& 2.D. Thomas indicia, dicit, nõ ſingulariter, ſed pluraliter.

15 Sed cùm prædicta communis ſententia, de qua teſtatur Farinac. citatus ſupra in nu. 13. circa fin. ac teſtantur alij, quos ipſe citat, teneat in vtroque caſu præcedere debere diffamationem, ſcilicet ſiue procedatur per viam inquiſitionis, ſiue per viã accuſationis, & probabiliſſimæ ſint rationes, quibus ad hoc dicendum ipſa cõmunis ſententia mouetur, vt patet ex his, quæ dixi in dicto verb. crimen num. 11.circa prin.& alia ſententia, quam veriorem eſſe dictum eſt, dicat diffamationem non eſſe neceſſariam, quãdo proceditur per viam accuſationis, ſed ſufficere ſemiplenam probationem, quam facit vel vnus teſtis oculatus omni exceptione maior, vel graue indicium, vel plura æquipollentia, vt dictum eſt in num. præced. indè fit, vt quando proceditur

per

per viam accuſationis, & concurrit prædicta ſemiplena probatio, poſſit Iudex, ſequendo prędictã veriorem ſententiam, tuta conſcientia, ſine diffamatione Reum interrogare de crimine, de quo eſt accuſatus, & idem eſt quando eſt iuridicè denunciatus, quia in vtroque caſu eadem militat ratio; & indè etiam fit, vt in eodem caſu poſſit reus, ſequẽdo contrariam ſententiam, tuta cõſcientia veritatem nõ manifeſtare, ſaluo mẽdacio, quando interrogatur de crimine, de quo eſt accuſatus, & diffamationẽ ignorat, vt aduertit Caiet. in d. art. 1. & 2. in verſ. *Tertiò, quod eſt mente D. Thomæ*. Et æquiuocatio tunc eſt bona cautela pro reo, qui ob prędictã contrariã ſententiam dicere non valet ſe nolle reſpondere, qa non eſt diffamatus, ſed omninò reſpondere obligatur, vt poſt DD. quos citat dicit Cartar. in ſua prax. lib. 1. c. 2. n. 14.

16 Facit etiam indicium ad interrogandum, & etiã ad torturam denunciatio ſollicitati, ſeu corrupti ad aliquod malum committendum contra ſollicitantem, ſeu corrumpentem, vt ſentit Cantera in quęſtionib. crimin. cap. de plena prob. nu. 47. vbi dicit, vnius fœminæ ſolicitatæ delationem ſufficere ad ſolicitationis capturam, & torturam, & ad hoc dicendum mouetur, quia quando de ſui natura nec actu, nec habitu ſciri põt crimen, niſi per ſocium, tunc dictum ſocij ad torturam ſufficit, licèt nõ adſit aliud indicium, prout tenet Gomeſ. in 3. tom. var. reſol. c. 12. nu. 18. & Blanc. de indic. n. 378. tradentes quòd in criminibus exceptis dictum ſocij facit indicium ad torturam, etiã ſine adminiculis Sed hãc ſententiam communiter reiectam eſſe, & contrariam, & veriorem cõmuniter

niter eſſe receptam dicit Fr. Seraph. de Freitas Luſitanus in addit. ad tract. de confeſſar. ſollicitant. Rodoric. à Chuña Epiſc. Portugall. q. 4. n. 16. & refert eandem hanc ſententiam tenere poſt alios Menoch. de arbitr. caſu 474. num. 45. & lib. 1. de præſumpt. q. 89. num. 73. Maſcard. concl. 158. nu. 3. & concl. 1312. num. 52. Farinac. in tract. de indic. & tortur. q. 43. à nu. 147. & ibid. in nu. 150. poſt alios dicit, hoc etiam procedere in crimine læſæ Maieſtatis, ac etiam hæreſis, & idem dicit in tract. de hæreſi q. 185. à num. 130.

17 Quam ſententiam, ſcilicet, vt dictum ſolicitati, & corrupti non faciat indicium ad interrogãdum, & torquendum procedere dicas non ſolùm in ſocio criminis, qui nõ admittitur in teſtem, vt per Farinac. & alios, quos ipſe citat in tractat. de indicijs, & tort. q. 43. num. 93. niſi fauore fidei, in caſu, quo ex perſonæ qualitate, & ex alijs circũſtantijs falſa nõ dicere præſumatur, vt in c. in fidei fauorem de hæretic. in 6. ſed etiam in alio, ſiue femina ſit, ſiue maſculus, etiam ſi non dicatur ſocius criminis ex allegatis per Ludouic. de Alpher. in conſ. crimin. diuerſor. conſil. 143. nu. 9. & per Plot. in conſil. 132. num. 24. in fi. vol. 1. & per Farin. in d. q. 43. num. 99. niſi alia adminicula concurrant, & ita communiter receptum eſſe, & praxim ſeruare affirmat Farin. in d. n. 99. ex Doctoribus, quos citat, & Fr. Seraph. de Freit. ſupra cit. in num. 19. poſt Doctores, quos citat, dicit receptiorem eſſe ſententiam, feminæ, vel mari ſe aſſerenti ſolicitatum, non eſſe credendũ, vt ſolicitans torqueri poſſit. Dicto autem Pueri ſolicitati ad malum ſtandum non eſſe, quando alia non adſunt indicia, dicit

Riccius

Riccius in 2. parte deciſ. Curię Archiep. Neap. deciſ. 116. num. 4. per l. quoniam liberi C. de teſtibus, & per l. fi. C. de accuſat. & quòad fęminas ſolicitatas diſtinguit Frat. Seraph. vbi ſupra in nu. 20. quòd aut fœmina deferens eſt inhoneſta, & malę famę, aut honeſta. Si eſt inhoneſta, & malę famę, & in ipſo crimine perſeuerat, quia repellenda eſt, vt in cap. teſtimon. de teſtib. nec ad inquirendum facit indiciũ. Si verò eſt honeſta, quia ſingularis eſt, eius dictum præſumptionem tantùm importat, indicium ad torturam non facit, nec etiã ad purgationem inducẽdam, vt dicit Freitas in d. n. 20. poſt Iacob. Leomeſſe. in conſil. 55. nu. 12. vol. 1. apud Ziletum, & Farin. in 4. tom. q. 143. nu. 32.

Et dicit Clar. in §. fi. q. 52. num. 5. aſſertionem vulnerati contra aliquem non facere indicium ad torturam; & latiùs hoc dixit in q. 21. num. 14. verſ. aſſertio vulnerati, vbi aſſerit, hoc nullam habere difficultatem, quando vulneratus conualuit, quia tale dictum habetur loco denunciationis, ſiue querelæ, & ideò niſi aliqua cõcurrant indicia, de iure ſuper eo procedi non poteſt, niſi ad inquirendum, ideſt ad aſſumẽdas informationes cõtra nominatum ab offenſo, non autẽ ad traſmittendum illi inquiſitionem, ſiue citationem. At ſi vulneratus moriatur, & in tali aſſertione vſq; ad mortem perſeueret, dicit Clar. vbi ſupra, quòd etſi talis aſſertio de iure indicium non faciat, tamen de conſuetudine practicatur, vt faciat indicium ad inquirendum, & teſtatur de cõmuni ſtylo, & obſeruantia Italiæ poſt Igneum in l. Caius Seius num. 13. ff. ad Sillan. à qua praxi recedendum non eſſe dicit. Eſſeq; tale dictũ ſufficiẽs ad capturam ad-

dit,& ad excuſandum heredes defuncti à temeritate accuſandi nominatũ à moriente.

18 Quarè autem puer dicẽs ſe fuiſſe ſolicitatum, & mulier dicens ſe fuiſſe ſolicitatam, non facit indicium ad torturam; patet ex his, quæ dicit Farinac. poſt Doctores,quos citat de indic.& tort.in q. 36.num.219.& 224. vbi probat,quòd indicium ad torturam non facit niſi ſemiplena probatio, prout etiam tenere refert Clar. in §.fin.q.62. in princ. & poſt Clar. Burſat.in conſ. 316.nu.8.& 9. volum.3. & alios:debereq.hanc ſemiplenam probationem eſſe perfectã dicit Farin. in d.q.36.nu.215. in fin. Vt autem perfecta ſit, eſſe debet ex dicto vnius teſtis,fide digni,&omni exceptione maioris, ex traditis per Anton. Gomez tom.3.var.reſol.rub.de prob.delict.cap.12.nu.2. in verſ.*animaduertendum tamen*,vbi generaliter dicit, quòd ſemiplena probatio inducitur per vnum teſtem fide dignũ, & omni exceptione maiorem, qui deponat de delicto per viſum, vel alium ſenſum corporeum,& ſequitur Menoch.de præſump. lib.1.q.89.num.7.vtrumque citat, & ſequitur Farinac.in d.q.36. nu.229. ſed quia neq.puer,neque mulier ſunt teſtes omni exceptione maiores. Pueri enim præſumuntur de facili dicere mendacia, l. ex libero,§.1.ff.de quæſt. & Mulieres debilis,& infirmi ſexus ſunt, l.Imperialem,C.de nupt.& momentaneum, & inſtabile cor habent,l.filia in orbitate, C.de inoff. teſtam.l. deferre,in princ.ff.de iur. fiſc. cap.forus,in fin.de verb. ſignif. & omnis defectus,& quælibet macula,ſiuè in dicto, ſiuè in perſona ſit, ac omnis exceptio etiam minima ſufficit,ad hoc vt teſtis non di-

dicatur maior omni exceptione,& ad impediendũ, ne reus torqueri poſſit, vt poſt Clarum, & multos alios, quos citat dicit Farinac. in d. q. 36. n. 225.

19 Prædicta tamen delatio, etſi non ſit ſufficiens ad torturam, imò nec ad carcerandum,& interrogandum reum delatum, quando alia adminicula non cõcurrũt, erit tamen ſufficiens ad ſecretè inquirẽdũ per dicta à Freita poſt Doctores, quos citat in d. q. 4. n. 27. & 28. & iuxtà laudabilem ſtylum ſancti Officij. Et intellige hæc procedere, quando ſolicitati delatores ſunt,& ſingulares, nã ſi plures ſunt, vel ſi alius detulit,& ſolicitatus examinatur tanquam teſtis, etſi ob defectum ætatis, vel ſexus non faciat ſemi plenam probationem, ſine qua ad torturam deueniri non poteſt, vt dictum eſt, ſufficit tamen ad carcerationem,& interrogationem delati,& etiam ad torturam, ſi aliud adminiculum concurrat, aut indicium, vel præſumptio, vt per Boſſ. in tit. de indic. num. 165. & 166. & talem eſſe exiſtimo, ſi in iudicio conſtaret delatum eſſe ſolitũ delinquere in aliquo crimine; nam etſi ſemel malus, non præſumatur ſemper malus, niſi in eodem genere mali, vt in cap. ſemel malus, de reg. iur. in 6. tamen ex mala qualitate perſonæ oritur præſumptio, quæ ſi adminiculata fuerit, facit ſufficiens indicium ad torturam, vt per Bald. in l. ea quidem, C. de accuſ. & per Iaſo. in l. 1. C. eod. & per Ludouic. Carrer. in ſua praxi crim. in tit. de indic. indic. 14. Aduertẽdum eſt tamen, quòd etſi duo ſint etiam conteſtes, cùm non ſint omni exceptione maiores ad condemnationem non ſufficiunt, perſeuerante delato in negatiua, ſecundùm

Boſſ.in d.num.165. circa fin. per l.ſciant cunđi,C. de probat. nec vnum ſufficere ad torturam, addit ſcilicet,ſi alia adminicula non concurrant, iuxta ſu. pradicta.

20 Sed quæ dicta ſunt de præſumptione proueniēte à ſolito delinquere ſiuè in eodem, ſiuè in alio genere mali, non procedunt, quando factus eſt probus, abſtinendo ſe à malo ſaltem per trienniū, vt probat text. in Auth. de Monach. §.hic autem nobis,in verſ.nam etſi vitium, Salyc. in l.1.C.qui ſatiſd.coga. Alberic.in l. omni modo, C.de inoff. teſtam. Iaſ.in l.ſi prius,n. 42.poſt Bart.ibid.in n.18. ff.de nou. oper.nunc.

Eſtq; aduertēdū,quòd ſiuè aliquis ſit delinquere ſolitus, ſiuè non, quòd etſi cōtra illum ſciat Prælatus adeſſe duos,vel tres teſtes, habentes ſcientiā alicuius grauis delicti, ab ipſo commiſſi,de quo nō eſt infamatus,nullo tamē modo poteſt contra illum inquirere, vt patet ex c. inquiſitionis, de accuſat. Sed poteſt Prælatus in tali caſu, quando tres ſunt teſtes illi, qui delictum ſciunt, præcipere vni illorum, vt delictum denunciet ſibi tanquam Iudici ſub pœna peccati mortalis, vel excommunicationis,& ille obedire obligatur; ſi tamen peccatum fratris non eſt emendatū, ſed eſt in fieri, ſaltem per continuationem, nec ſola fraterna correctione probabilior eſt emendabile; tunc enim ille ſub mortali obedire obligatur ſecundùm D. Thom. in 2.2.q.33.art.7. ad 3.& D. Antonin. in 2.par.tit. 9.cap.6.§.4.quos citat,& ſequitur Nauarr. in man. cap.25.num.46.

21 Interrogari, ac etiam torqueri reus legitimè poteſt ob indicia, etiam remota, probata per teſtes ſingulares, dummodo

ſtò tria concurrant ſecundùm Farinac. de indic. & tort. q. 37. nu. 38. Primum, vt teſtes ſingulares ſint ſaltem duo, & omni exceptione maiores, prout dicit idem Farin. ibid. n. 18. & multò magis hoc procedere dicit in d. num. 38. quando teſtes ſunt notabiles, & probatę vitę. Secundum requiſitum eſt, vt indicia non ſint valdè remota, ſed aliquo modo proxima dici poſſint, & hoc euenire dicit p dicta ab ipſo ibidem in nu. 42. quando teſtes non deponunt de ipſo delicto, ſed de actu ipſi delicto valdè proximo, & valdè delictũ inferente. Tertium requiſitum eſt, vt huiuſmodi indicia, ſupra quibus teſtes ſingulares deponunt, ſint plura, & talia, quę reddant animum Iudicis quaſi certum, quòd reus deliquerit, iuxta ea, quę ipſe Farin. dixit in d. q. 37. num. 3. vbi dicit, tunc hoc euenire, quãdo indicia ſunt veriſimilia, probabilia, non leuia, aut perfunctoria, ſed grauiora, & vrgentia, certa, clara, imò luce meridiana clariora, in tantùm, vt Iudex non ſolùm ſit quaſi certus de delinquẽte, ſed etiã vt nihil aliud ſibi deeſſe videatur, quàm eiuſdem rei confeſſio, iux. tex. qui præmiſſa non dubiè probare dicit in l. miles §. oportet C. de quæſtionibus, & in l. cùm cognitionaliter C. eod.

22 Eſſeq; debere prædicta indicia remota plura quã duo Farinac. explicat in d. num. 38. circa fi. taliaq; eſſe debere dicit, vt mentem Iudicis inclinent ad vehementiſſimam opinionem delicti contra reum: tunc enim poſſe Iudicem arbitrari affimat, reum eſſe torquendum, quamuis indicia prædicta plura quàm duo probata non ſint niſi per teſtes ſingulares, ita vt quodlibet ipſorum per vnum teſtem probatum ſit; quia non eſt veri-

veriſimile tot teſtes non ſuſpectos talia dixiſſe, niſi reus culpabilis eſſet, ſicut poſt Turrecrem. in cap. nihil minus col. 2. 3. q. 9. circa medium, conſiderauit Petr. Ant. de Petra in tract. de fideic. q. 12. n. 521.

Nec his obſtat veriſſima, & communis illa ſententia, quæ docet, quòd indicia remota, vt faciant indicium ad torturã plura eſſe debent, ac probata per duos teſtes conteſtes, quia illi erit locus, quãdo teſtes plures quidem sũt, ſed infra numerum binarium, at quando excedũt numerum binarium, tunc Iudex arbitrari etiã pôt, vt reus torqueatur, etiã ſi indicia iſta plura non ſint probata, niſi quodlibet ipſorum per vnum teſtem ſingularem, vt Farin. dicit vbi ſupra. Et rationẽ reddit in num. 39. quia licèt teſtes ſingulares regulariter non probent, probant tamen, ſi ita Iudici viſum fuerit, vt ex pluribus com probare refert Gabriel. de teſtib. concl. 2. in 2. limit. num. 62.

23 At quando indicium proximum eſt, etſi per vnũ teſtem probatũ ſit, & interrogari, & torqueri per illud reus poteſt, iuxta receptiſſimam communem Doctorum ſententiam, de qua poſt Doctores, quos citat teſtatur Farinac. in d. q. 37. nu. 41. ſed in nu. 42. explicat eſſe hoc intelligendum de illo indicio proximo, quod tangit negotium, & ipſum delictũ, hoc eſt, quando teſtis deponit immediatè de ipſo delicto, putà quia dicit, quod vidit Titium vulnerantem Seium, vel audiuit Sempronium blaſphemãtem, non autem quando non deponit immediatè de ipſo delicto, ſed de actu ipſi delicto valdè proximo, & valdè delictum inferẽte, nam etſi & in hoc vltimo caſu à DD. dicatur, indiciũ eſſe proximũ, vt dictum eſt ſuprà in nu 21.

21. ideò tamē tale appellatur, quia non eſt valdè remotum, & eſt probandum per duos teſtes: ſed in priori caſu dicit, ſufficere vnum teſtem; & hoc nō habere difficultatem affirmat, & communem eſſe Doctorum ſententiam in Scholis, & in iudicijs canonizatam dicit Clar. poſt Doctor. quos citat in d. §. fi. q. 22. n. 3. addens, quòd ad hoc, vt dictum prædicti vnius teſtis faciat indiciū ad torturam, neceſſarium eſt, vt ſit integer, & omni exceptione maior; & ita dicit omnes concludere Poſt Ioa. de Amicis in conſil. 37. nu. 6. & Marſ. in conſil. 101. Et aduerte, quòd quamuis Imol. in l. qui teſtamento ff. de teſtam. & Calcan. in conſil. 109. col. 2. in verſ. prætereà dico teneant, quòd duo teſtes non omni exceptione maiores ſaltem habeantur loco vnius teſtis, tamen Corneus in conſ. 55. in fi. vol. 4. dicit abſolutè, quòd quando duo teſtes, qui integri nō ſunt, aliquid deponunt in cauſa nō leui, Iudex, cuius arbitrio eſt relictum, an eorū teſtimonium aliquid operetur, ſecūdùm Felin. in cap. licèt vniuerſis, de teſtib. arbitrari debet, quòd non ſufficiunt.

24 Torqueri etiam reus poteſt, quando habet cōtra ſe examinatos duos teſtes, in facto quidem concordes, ſed in tempore vel diſcordes ſūt, vel vnus de tempore teſtificatur, & alius vel dicit non recordari, vel teſtatur de credulitate, quę credulitas nō ſufficit ad faciēdos teſtes concordes, & ad plenariam probationē in his, de quibus plenaria certitudo haberi poteſt, & debet, vt poſt Cynum plenè in l. teſtium C. de teſtibus, & alios, quos citat, dicit Ang. de Peruſ. in conſ. 3. num. 35. Et idem dicendum eſt, quando diſcordant quoàd locum: nam

nam & teſtes diſcordãtes quòad locum, conteſtes dici non poſſunt, vt per Ang. de Peruſ. in conſil. 262.nu.2.quia diuerſitatẽ loci inducit diuerſitatem teſtimonij, l.3.§.idẽ diuus ff.de teſtibus, tamen quia & iſti in facto cõcordant, ſicut & illi, faciunt tantùm indicium ad torturam ſufficiens. Et vide ſupra in c. 13.num.34.

25 An, & quando fuga faciat indicium ad torturã, vide latè per Clar. in q. 21.à nu. 18. vſq; ad 29.& quando hoc indicium faciat inimicitia, docet idem Clar.ibid.in nu.30.in nu. 31.verò explicat, quando hoc faciat confeſſio extraiudicialis. Et in num.32. 33.& 34.explicat, quando illud faciat confeſſio facta coràm Iudice incompetenti. Quando verò illud faciant minæ præcedẽtes, docet ibidem in num.37. & in num.39.dicit quòd, etſi nemo dubitet quòd mendacium, ſeù variatio, inconſtantia, & titubatio rei faciat cõtra ipſum reũ indicium ad inquirẽdum, tamẽ quia an faciat indicium ad torturã Doctores ab ipſo relati diuerſimodè ſentiunt, ipſe cõcludit, arbitrio Iudici eſſe hoc iudicandum.

Et quia in materia indiciorum, & torturæ propter varietatem negotiorum, & perſonarum dari nõ poteſt certa doctrina, vt dicit Clar. in q. 64.nu. 13.ex communi Doctorũ ſententia, de qua teſtatur ipſe Clar.ibid.poſt multos Doctores, quos citat, arbitrio Iudicis eſt hoc relictum.

26 Si verò caſus cõtingat, vt reus etiam iuſtè tortus delictum commiſiſſe fateatur exiſtens in tormẽtis, tali confeſſioni ſtãdum non eſt, niſi reus in illa perſeueret, & eam expreſsè ratificet ad bancum iuris extra tormẽta, prout cõmuniter Doctores docere teſtatur Clar. in d.§. fi.q.

ſi.q. 64. nu. 40. vbi etiam teſtatur, communem conſuetudinem ita ſeruare poſt Doctores quos citat, & dicit Paul. Grilland. in tract. de quęſt. & tortur. q. 4. incip. *Quartò, nunc videndum*, in num. 2. hanc ratificationem faciendam eſſe etiam quãdo tortura primum gradum non excedit; nam etſi talis tortura ſit ſine corporali dolore, vt patebit ex dicendis infra in num. 28. in prin. tamẽ quia extorta eſt ob timorem tormentorum, indiget ratificatione, ac ſi facta fuiſſet in plenis tormentis, alioquin ad condemnationem nunquam ſufficeret. Et huiuſmodi ratificationem dicit Clar. in q. 64. num. 2. non eſſe faciendam in carcere, ſed ad bancum iuris, & ſic in iudicio. Ad quam expreſſam ratificationem faciẽdam dicit Clar. vbi ſup. in num. 41. non eſſe reum ſtatim vocandũ, quia præſumeretur adhùc durare metũ tormentorum, ſed expectandum eſſe, vt tràſeat ſpatium vnius diei integri horarum viginti quatuor, ſecundùm aliquos, vel ſaltem ſecũdùm alios vſq; ad ſequentem diem, & dummodò nox intermediet, arbitrio Iudicis remiſſum eſſe dicit quòad ſpatium viginti quatuor horarum. Et interim dicit Clar. in d. nu. 40. bonum eſſe ſeruare praxim, quam docet Iſern. ſuper 1. p. cõſtitut. Regni rubr. 27. col. 6. ſcilicet, vt interim reus tortus teneatur ſegregatus ab alijs carceratis, ne inſtruatur, vt nõn ratificet extra tormenta, ſed confeſſionem iam factam reuocet. Namq; ſi illam reuocat, illi nõ nocet, ad hoc, vt còndemnari poſſit, ſed tantùm facit nouum indicium contra eum, ad hoc, vt iterum torqueri poſſit, ad hoc, vt in priori confeſſione perſeueret, communemq; hanc eſſe Doctorum ſententiam dicit



Digitized by Google

poſt Doctores, quos citat Clar. vbi ſupra; refertq; ita docuiſſe Bart. in l. vnius §. reus ff. de quæſtionib. & ita moderatè torquēdum eſſe dicit, ac ſi nouum indicium ſuperueniſſet, non autem ita, vt reus in tormētis maneat donec perſeueret. Et occurrente caſu, quòd reus in tormētis iterum delictum fateatur, iterū extra tormenta poſt prędictum ſpatium ratificare debet, quod ſi reus nō faciet. Tertiò torqueri poteſt, & fatendo delictum poſt prædictum ſpatium eſt ducendus ad ratificandū illud extra tormenta, quod ſi nō faciet, ſed delictum commiſiſſe neget, abſoluendus reus erit, rebus ſic ſtantibus dicit Clar. in d. q. 21. nu. 36. in fi. Tradit etiam prędicta omnia, & teſtatur de communi ſentētia poſt Doctores, quos citat Cartar. in lib. 4. Prax. interrogādor. reor. lib. 1. c. 1. à nu. 157. vſq; ad num. 160. & in nu. 161. refert Simāc. in tract. de cathol. inſtit. tit. 65. nu. 81. & alios, quibus prædicta ſentētia videtur nimis crudelis, & nulla certa lege fundata: & in nu. 162. illos addere affirmat tunc fortaſſe prædictam ſentētiam de repetitione tertię torturæ in prædicto caſu eſſe recipiendam, quando reus bis fuerit leuiſſimè tortus, & in poſteriori confeſſione aliqua ſigna priori addiderit; quorum alterū, ſi deſit, nullo modo reum iterum torquēdum eſſe dicunt. Verùm quia nouum indicium ſuperueniēs iuſtam cauſam prębet repetendi torturā, etiam quando reus ſufficientèr fuit tortus, vt dicā infra in nu. 55. & variatio facit nouū indicium, eſtq; ſufficiens fundamentum ad torturam, vt poſt Parid. de Put. in tract. de ſindic. in §. viſo de repet. tort. tenet Boſſ. in tit. de tort. nu. 43. negari nō poteſt, quin tutè in hoc caſu tortura

repeti

repeti poſſit ob prædictã variationem, quæ ſemper facit inſurgere indicium fortiorem, & vrgẽtiorem; ſed quia indicium, quod ex variatione cõſurgit tertia vice nõ eſt alterius ſpeciei, ſed eiuſdem cum cõſurgente ſecunda vice, non eſt ob illud repetenda tortura vltra ſecũdam vicem, per dicenda infra in d.nu.55. etſi praxis ſit, vt repetatur etiam tertia vice, ſi reus poſt ſecũdam vicem in repetitione variet, vt dicit Boſſ.in d.nu. 43.& in num. 44. addit ſe nunquam vidiſſe torqueri vltra tertiam vicem, niſi à Carnificibus.

27 Torqueri reus etſi poſſit quando indicia prædicta contra eum ſufficienter probata ſunt, iuxta ea, quæ ſupra dicta ſunt; tamen Iudex ita torturã adhibere debet, vt inditiorũ modũ nõ excedat. Ideòq; ſi non adſunt indicia perfectè ꝓbata, & ſic ad perfectam torturam ſufficientia, vtputà, quia adeſt quidem vnus teſtis de viſu, ſed nõ eſt integer, nempè quia aliquã patitur exceptionem: vel quia duo teſtes ſingulares deponunt de indicijs remotis, vel quid ſimile, tũc enim procedere Iudex poteſt ad primum gradum torturę, vel ſecundum, vel etiam ad alios ſubſequentes, nõ autem ad torturam plenã, niſi præcedat ſaltem vnũ indicium ad torturam ſufficiens, & ſufficienter probatũ, iuxta ea, quę ſupra dicta ſunt. Ita per Clar.in §.fi.q.64.num.33.

Cauendum eſt tamen in omni caſu, vt Iudex reũ torqueri nõ faciat modis exquiſitis, & non conſuetis, ſed per torturã funis, eleuando eum in altum manibus poſt terga ipſa fune ligatis, qui eſt modus magis vſitatus, & frequẽtior, & à iure ſolus approbatur, vt per Clar.in d.q. 64. n. 36.& Foller.in 2.p. ſecũdę par.in tit. Rei indu-

rati torqueantur nu. 9. & eſt tex. in l.nullus C.ad l. Iul.Maieſt.& Foller. in d. num. 9. aduertit, funem ſubtilem inferre maiorem dolorem, quàm funis groſ ſa, & in num. 10. aduertit etiam, vt quando datur tortura funis, paſſim, & indiſtinctè non adhibeatur aqua frigida in dorſo pendentis in tortura, niſi in caſibus enormibus.

Dicit etiam Clar. in d.S. fi.q.64.nu. 36. in fi. alium eſſe vſitatum modum torquendi, quando rei non poſſunt propter debilitatem, vel aliã cauſam fune torqueri, vt ſcilicet torqueãtur igne appoſito ad plantas pedum: cuius formulam ponit Cartar. in Praxi interrog. reor. lib. 4.c.2.num.6. & de illo facit mentionem Farin. de indic.& tort.q.38. nu.69. & dicit, quòd hodie Iudices hoc tormento non vtuntur, ſed vtuntur tormento vigiliç, de quo tormento meminit Marſ. in d.l.1. in prin. ff. de quæſt. nu. 76. in verſ.nam ponitur reus, Farin. in d.q.38. num. 70. cuius formulam ponit Cartar. in Praxi interrog.reor.lib.4. c.2. nu. 7.& quia tormentum hoc faciliùs dari poteſt à Regularibus, quàm tormentum funis, quomodo dandum ſit explicabo poſt Cartar. in d.num. 7.& Farinac. in d.nu.70. eſt enim ponendus reus ſuper vno ſcãno ligneo ad ſedendũ, habens cõpedes ad pedes à terra eleuatos, & manibus poſt terga ligatis, & fune eleuatis, & per quadraginta horas eſt ibi ita diligenter cuſtodiẽdus, vt nullo modo dormire ſinatur, cuius torturæ decretum vide infra in num.49.

28 Quia autem de torturç grãdibus mẽtionem feci, nec qui illi ſint omnes ſciunt, & maximè Iudices Regulares, videndũ eſt, quotuplex, & qui ſint gradus iſti. Illoſq; eſſe quinq; dicit Paul. Grilland. in tract. de quæſt.

quæſt. & tortur. q. 4. incipit: *Quartò nunc vidēdum.* Et primum, ac infimum torturæ gradum dicit eſſe terrorem illum, quē infert Iudex reo, quando illum cognoſcit ſuſpectū, tamen Indicia non adſunt talia, vt torqueri poſſit; in quo caſu Iudex mandat reum ſpoliari, ligariq. & in ordine poni, ac ſi verè torquēdus eſſet, ita vt nihil aliud deficiat, niſi eleuatio ſola, & hic ſiſtitur. Fitq; hoc ad incutiēdum reo timorem, vt faciliùs fateatur, accedēte Iudicis perſuaſione. Et ad gradum iſtum deuenire poteſt, etiam quòd iuſta de cauſa ad torturam deueniri nō poſſit, vt poſt Baldum in l. 2. C. de confeſſ. in verſ. quarto quandoq. dicit Gril. ſupra in nu. 3. & dicit Farin. de indic. & tort. q. 38. nu. 42. quod Iudex hoc gradu etiā vtitur nō in robuſtos, & verſutos, atq; doloſos viros, ſed in debiles, timidos, pu ſillanimes, & delicatos: qui, vt experientia docet, cum hoc ſolo primo torturæ gradu delicta ſepiſſimè faſſi ſunt.

29 Secundus gradus torturæ eſt, cùm reus ligatus eleuatur modicum ſuper terram, & detinetur ſpatio vnius orationis Angelicæ, vel orationis Dominicæ, aut ad plus per vnum miſerere, iuxta qualitatem facti, & perſonarum conditionem, deinde deponitur abſq; alio impulſu, quaſſatione, vel tractu funis. Ita Farin. vbi ſup. in num. 44. & Grilland. vbi ſupra in num. 4. aſſeruntq; quòd ad gradum hūc deueniri poteſt, quotieſcūq; contra reum indicia quædam apparent aliqualiter probata, & reus eſt magis ſuſpectus. Indicia tamen ipſa non ſunt plena ſatis ad inferendum plenam torturam, vtputà ſi eſſet vnus teſtis de viſu deponens, qui non eſſet omni exceptione maior, vel duo teſtes de auditu ab

alijs

alijs, non autē ab ipſo reo, & ſimiles præſumptiones, vel indicia nō plena, dummodò præcedat dicta ſuſpitio contra perſonam ipſius rei: & vide etiam Foller. in tit. Rei indurati torqueantur nu. 27. verſ. ſecundus gradus. Dicit tamen ipſe Grillan. ſupra nu. 7. quòd cùm per hanc leuem torturam inferatur in corpore rei aliqualis cruciatus, dici non poteſt quòd illa non ſit tortura, quamuis leuis. Ideoq; ipſum non conſueuiſſe ad gradum hunc deuenire, niſi quando indicia præcedunt, & bene probata ſunt: & dicit etiam, quòd ſi indicia eſſent aliquantulum remota à facto, & perſona eſſet vilis, & ignota, & de crimine valde ſuſpecta, aut in reſponſionibus ſuis variaret, & alię huiuſmodi ſuſpitiones pręcederent, quòd ad torturam prædictam deueneriat, non autem regulariter, cum viro nobili, aut honeſtę familię, & cō ditionis, niſi præcedentibus legitimis indicijs, & bene probatis iux. notat. per Bart. in l. fi. ff. de quęſt.

Et circa hunc torturæ gradū notat idem Grillan. vbi ſupra in num. 5. in ver. & nota quòd, etſi reus iſto modo fuerit tortus, quando contra eum talia legitima adſunt indicia, vt de iure torqueri poſſit, tamē non obſtabit, quo minus poſſit iterum grauiùs torqueri abſq; nouis indicijs, quia iſta non dicitur propriè tortura, cùm nō cauſetur per eam dolor mentis, & corporis cruciatus, ſicut fit per toturam ordinariam: & ita ſentire dicit Bart. Bald. Angel. Aret. Hyppol. de Marſil. Parid. de Put. Frāc. Brun. Grand. & alios in locis ab ipſo citatis: exiſtimarem tamen in grauiori tortura, quæ poſteriori loco datur, habendam eſſe ſemper memoriam torturæ priori loco datæ, vt poſterior per prio-

priorem ita modificetur, vt vnà cum illa, non autẽ ſola faciat torturam plenã in caſu, de quo eſt q̃ſtio, ne iuſtitię, & ęquitatis termini excedantur.

30 Tertium torturæ gradum eſſe dicas cũ Farin. in num. 46. ſupra, quando reus in tortura ſuſpenſus detinetur ſpatiò dicendi duo miſerere, aut aliquantulum plus, abſq; tamen aliquo tractu, vel impulſione funis, quæ infertur ad maiorem cruciatum, & ad iſtum gradum aſcendere tunc debere Iudicẽ dicit Farin. ſupra, & Grilland. ſupra in nu. 8. quando reus eſt de crimine magis ſuſpectus, & indicia contra ipſum tendentia ſunt plenè probata, ſed delictum non eſt de atrocioribus, prout eſſe dicit Grill. furtum modici valoris, vulnus non lætale, ſeù aliud crimen non capitale, vt in l. 2. & ibi Bart. ff. de publ. iudic. vel quando delictũ eſſet graue, & indicia magis aperta. pſona tamen eſſet nobilis, vel honeſtæ familiæ, & aliàs bonæ cõditionis, & famæ, & non aſſuetus in ſimilibus commiſceri, in quo caſu dicit Grillan. non eſſe reprehendendũ Iudicem, ſi gradum hunc non excederet magis, & minus, argum. l. non omnes §. à Barbaris ff. de re milit. & per alia iura, quæ citat.

Et quamuis in noſtro Regno tortura locum nõ habeat in delictis, in quibus imponenda non eſt pęna vltra relegationem, vt patet ex Cap. Regni, ꝗ incip. *Tormenta*, relato à Gram. in conſ. 40. nu. 7. in fi. & vot. 15. num. 12. & ab alijs relatis à Foller. in ſua prax. crim. ſecunda ſecundæ partis tit. rei indurati torqueantur num. 12. deuenire tamen Iudex põt vſque ad prædictũ tertiũ torturæ gradũ, prout ſentit Gram. in d. conſ. 40 in fi. ex eo, quòd leuis tortura,

ra,& vide Clar. in §.fin.q. 64. verſ. debet Iudex, vbi dicit, quòd ad plenam tor turam Iudex deuenire nõ debet, niſi adſit ſaltẽ vnũ indicium ſufficiens, & ple nè probatum, & ſequitur Farin.in d.num.46. in fin.

31 Quartum torturæ gradum eſſe dicit Grillan. ſupra in num. 9. & Farin. in nu.47. quando reus poſt eleuationem diutiùs ſuſpenſus in tortura detinetur, nimirum per quartã, tertiam, mediamvè partẽ, vel per duas tertias vnius horæ, aut per integram horam,ſecundùm grauita tem criminis, ſuſpitionẽ rei,& vires indiciorum:& quandoq; in ipſo detentionis ſpatio adhibentur vnus,duo, aut plures ictꝰ, ſiue tractus funis ad inferendos maiores cruciatus in corpore, maximè quando indicia prægnantia ſunt, & reus valdè ſuſpectus,& habet membra robuſta,& quando graue eſt crimen ex ſe etiam ſi iſta omnia non concurrant, ſi tamen maior pars concurrit,ſufficit; & idem eſſe dicunt,ſi crimen ſcãdalum non modicum generaret, prout eſt furtum magnę rei ſacrę,vel aliud turpe ſacrilegium, aut homicidium graue,aut falſitas literarum Apoſtolicarum,& ſimilia, ac indicia eſſent vrgentia, & benè probata, vtputà vnus teſtis omni exceptione maior de viſu ipſius facinoris deponens, aut duo, ſeù plures teſtes alia probantes indicia, & circunſtantias neceſſarias ipſius criminis ſecundùm quam latiùs declarant Gandin. Bart. Bald. & Salyc. quos Grillan. vbi ſupra citat, & alij quos citat Farin. vbi ſupra in num. 48. & vide Foller.in d.verſ.rei indur. torq.nu.17. verſ.quartus gradus.

32 Quintum, & vltimum torturæ gradum eſſe dicit Grilland.vbi ſupr.in num. 10.& Farinac.in num.49. quan

quãdo poſt eleuationem detinetur reus aliquo tẽporis ſpatio fune ſuſpẽſus, & datis illi funę tractibus, ſi adhuc pertinax in eius negatiua permaneat, & torturam huiuſmodi ſpernere videatur, pro grauiori cruciatu ad pedes ipſius rei ſuſpenſi appenduntur pondera quędam, & cum ipſis ponderibus ſuſpẽſus detinetur, vel ictibus cruciatur, qui quidem torquendi modus per rarò fieri dicunt, & in criminibus atrociſſimis, vt eſt hęreſis, crimen lęſę Maieſtatis, euerſionis ſtatus, aut ſimilis proditionis, vbi de totius patriæ, aut multorũ ſalute tractatur, aut in caſu aſſaſſinij enormiſſimi, vel homicidij perſonę ſacræ, aut Magni Principis, vel contra maleficos, & mathematicos; & tunc niſi indicia eſſent adeò clara, & pregnantia, vt nihil deeſſet, niſi rei confeſſio.

33 Hunc aũt quintum gredũ torturæ, quod vltimũ eſſe debet quòad laicos, exiſtimo dandum nõ eſſe Clericis; nam clericorum tortura eſſe non debet ita ſeuera ſicut in laicis, ſecũdùm communem Doctorum ſententiam, de qua poſt Abb. in cap. cùm in contemplatione poſt nu. 6. de reg. iuris, & Diaz in praxi crim. Canon. c. 117. poſt num. 6. teſtatur Clar. in d. q. 64. nu. 24. in fi. & quamuis ipſi clerici ſecũdùm Doctor. ſententiam, de qua teſtatur Ripa in cap. decernimus nu. 39. de iudic. torqueri nõ poſſint à Iudice, vel miniſtro laico de mandato Epiſcopi, tamen communis obſeruantia ſe habet in contrarium, vt dicit Abb. in c. vt famæ nu. 8. de ſentent. excomm. & refert Diaz in d. c. 117. nu. 6. & Foller. in praxi crim. Canon. fol. 260. num. 11. Simanch. de hęretic. c. 63. num. 29. & poſt illos Clarus in d. q. 64. nu. 25. dicens, quòd ita quotidiè videmus obſeruari

uati. Et ita ſeruatur in hac Curia Archiep. Neap. in qua per miniſtrũ laicũ datur tortura Clericis, cuiuſcunq; ordinis ſint, & ita ſcio pluries fuiſſe ſeruatũ in varijs Dięceſib. Gallię Ciſalpinę. Nec cum Abb. vbi ſupra talis cõſuetudo eſt dicenda mala, quia illã malam non eſſe dicit poſt Çardin. Alexandr. Clarus in d. nu. 25. nam alioquin ſepè delicta clericorum remanerẽt impunita, quia ſi non eſſent laici, qui torquerent, clerici nũquam torquerentur, vt dicit etiã Foller. vbi ſupra; nam cùm nullus ferè clericus ſciat torquendos fune ligare, vel tortura contra terminos iuris omittenda eſſet in foro eccleſiaſtico contra clericos, vel exponerentur torquẽdi maximo periculo remanendi præpediti, ſiue manchi.

34 De iure etſi multi torquendi non ſunt, vtputà Doctores ſecundùm cõmunẽ Doctorum ſententiam, de qua teſtatur Clar. in q. 64. num. 16. perſonę poſitæ in dignitate, vt per Clar. ibid. in num. 17. milites l. milites C. de quęſt. Clar. ſupra in nu. 18. qui ex communi ſententia dicit hoc procedere etiam quòad milites noſtri temporis, & nõ eſſe torquendos nobiles, probat ipſe Clar. in num. 19. nec Decuriones ciuitatum in nu. 20. tamen hodie videmus conſuetudinem vbiq; ſeruare contrarium quòad omnes. Et ſolũmodò praxis ſeruat, vt nõ torqueãtur minores quatuordecim annorum, vt per Clar. ſupra in nu. 21. ſenes decrepiti, & non robuſti, vt per Clar. ibid. in num. 22. Mulieres pręgnantes, niſi elapſis quadraginta diebus poſt partum, vt in nu. 23. vbi etiam refert ſeruare idem Senatum Mediolanenſem quòad mulieres lactantes.

35 Viſis indicijs neceſſarijs ad reos iuſtè interrogandos

gandos etiam mediante tortura, ſupereſt, vt videamus, quomodo ſint interrogādi, quomodoq; ſit hoc faciendum, etiam mediante tortura, quādo concurrentibus indicijs in negatiua perſeuerant.

Sumptis autem informationibus, ſi ex illis indicia reſultant, quæ iuxta ſupradicta ſufficiunt ad reum interrogandum, tūc Reus ſi in carceribus detinetur, extra carcerem ducēdus eſt, & à vinculis, & compedibus ſolutus examinandus eſt, ob vitādas opiniones Doctorum exiſtimantium, quòd aliàs confeſſio non diceretur ſpontanea, & de iure Regni reus ſolutus examinādus eſt, per tex. in Conſt. Regni, incip. *Si damna clandeſtina*, & ibi gloſ. & Afflict. in ver. ſoluti tormenti, & in Conſt. humanitate vobis not. 19. nu. 50. lib. 2. & Foller. in pract. crimin. in tit. fiat conteſtatio litis nu. 1. & 3. ſed dicit Scaccia in lib. 1. de iudic. c. 86. nu. 66. quòd de conſuetudine examinari reus poteſt, ēt ligatus, ſi qualitas delicti, & perſonę ita ſuadeat. Si autem in carcerib. reus non detinetur, citari poteſt, vel capi, quādo ex citatione fuga timetur. Et ille comparens, ſi citatus ſit, vel poſt capturam, ſi non ſit ob metum fugæ citatus, ducatur ſolutis vinculis, vel ligatus iuxta qualitatem perſonę ad bancum iuris, vbi examinetur, & eò ipsò quòd de mandato Iudicis ad bācum iuris ducitur, cenſetur viua voce citatus, per dicta ſupra quòad teſtes in c. 13. nu. 7. Et poſt inuocatū breui oratione auxilium Diuinum Primò detur reo iuramentum de veritate dicēda tactis euāgelijs, per ea, quę dixi ſupra quòad teſtes in c. præced. nu. 24. eſtq; hoc ſcribendum in actis vnà cū nomine, cognomine, & ætate rei, qui examina-

tur, ac loco, in quo examen fiat. Secundò, eſt monendus reus, vt veritatem manifeſtet, ne ſit periurus, & addat peccatum periurij delicto priori, & magis in ſe irritet irã Dei; & poteſt ẽt illi Iudex promittere miſericordiã, quãtum facere ipſe poteſt infra terminos iuſtitię.

Caueat tamẽ, ne à reo cõfeſſionem extorqueat promiſſione impunitatis; nam etſi cõmunis ſit ſententia Doctorum, licere Iudici ad indagandam veritatem aliquid ſimulare, exemplo Salomonis, vt in cap. afferte de præſumpt. & ideò etiam Doctores cõmuniter ſentiant, licere Iudici vti cautela dictæ promiſſionis pro veritate eruẽda, vt teſtatur Clar. in §. fi. q. 55. nu. 8. & Cartar. in lib. 2. Prax. interrogandor. reor. c. 1. n. 23. tamen talis ſententia à Iudicibus Deũ timentibus ſeruanda in praxi nõ eſt; quia sẽper eſt mala: nã vel eſt Iudex ſupremus, qui impunitatem, quã promittit, ſeruare poteſt, & tunc impunitatem ob ſolam eruẽdam veritatẽ promittens animo ſeruandi promiſſum, contra iuſtitiam peccat, & contra id, ad quod ex officio obligatur, quod eſt delicta punire: ſed ſi non habet animum ſeruandi promiſſum, mentitur in re graui cum notabili dãno proximi; mendaciũ autem in re graui cum notabili dãno proximi peccatum eſſe mortale, non eſt qui dubitet. Vel nõ eſt Iudex ſupremus, qui poſſit impunitatem, quam promittit, ſeruare; & peccat mortaliter promittẽdo id, quod ſcit ſeruare non poſſe in re graui. Quapropter etſi ſm̃ omnes Iudici licita ſit ſimulatio pro eruenda veritate, fraus tamen, & deceptio nũquam illi licita eſt. Immò in ſimulationibus curare debet, vt tales ſint, vt cedere in malam partem non

poſſint

poſſint,prout ceſſerunt in quibuſdam caſibus relatis à Cartario in d. lib.2. c.1. nu.50.51. & 52.

36 Cauere tertiò loco Iudex debet, ne in interrogando reo vtatur cautelis continentibus cauillationes,fallacias,& improbas aut ſophiſticas interrogationes;nam etſi huiuſmodi cautelæ honorem afferant Iudicibus in hoc ſæculo, in alio tamen ædificant ad gehennam,ſecundùm Paul. à Caſtro in l. ſi per errorem ff. de iuriſdict. omn. iud. & in l.edita C. de eden. oportet tamen illum cuncta rimari, &ita interrogationes ſuas formare,vt ad veritatis cognitionem iuridicè,non autem per cauillationes deuenire poſſit, vt probatur ex cap. iudicātem 30. q.5. & iuxta qualitatem negotij, & perſonarum quandoq; ſtatim ad rem ipſam peruenire debet,interrogando tamen eum in genere, an ſciat tale maleficiū cōmiſsū fuiſſe, omiſſa in prima interrogatione omni interrogatione circunſtantiarum, & ſi dicat ſe commiſiſſe tunc de circunſtantijs interroget,videlicet,in qua parte corporis vulnus inflixerit, quo in loco,qua die, qua cauſa,quomodo, & quibꝰ armis, vt per Cartar. poſt alios,quos citat in d. c. 1. nu.68.ſi verò neget, tunc vt conuincatur, vel vt crimen ſuum detectum eſſe agnoſcat, neceſse eſt etiā ad minimam particulam deſcendere, vt ex Pegna addit vbi ſupra Cartar. & ita Iudex loqui debet, vt reus inducatur ad credendum ipſum omnia ſcire, mendacium tamen nullo modo dicere debet, vt ꝑ Cartar.poſt DD.quos citat in d.c.1.num.77. Poteſtq; Iudex pro eruenda veritate reos famæ, & vigilijs afficere, vt dicit Cartar.in d.lib.2.c.1.num.37 Cauendumq; eſt ex ipſo Cartar.in d. c.1.nu.54.ne

reus

reus interrogetur in ſpecie, an ipſe cõmiſerit, quia ſine ſuggeſtione reus eſt interrogandus, talisq; modus interrogãdi, ad ſuggeſtionẽ pertinere affirmat, & benè per tex. in l. 1. §. in cauſa tributorum, in verſ. qui quęſtionẽ ff. de quæſtionib. vbi ita dicitur. *Qui quæſtionem habiturus eſt non debet ſpecialiter interrogare, an Lucius Titius homicidiũ fecerit, ſed generaliter, quis id fecerit: alterũ enim magis ſuggerentis, quàm requirentis videtur.* Et quamuis tex. de teſte loquatur, ad reũ etiam referendũ eſſe dicit Cartar. poſt Bart. Marſ. & Salyc. ac alios, quos ibidem citat in num. 55. ſed ſi præcedentia indicia talia eſſent, quòd ex illis Iudex certò ſciret reum, quem examinat delictum illud commiſiſſe, poteſt tunc in ſpecie illum interrogare, an delictum illud commiſerit; quia tunc confeſſio extorta per ſuggeſtionem nõ diceretur, vt poſt Boſſ. in tit. de examin. reor. nu: 12. & alios, quos citat aduertit Cartar. in d. cap. 1. num. 64.

37 Et quamuis regulariter cauere etiã debeat Iudex ne in interrogationib. faciendis nimis moleſtus ſit, dũmodò nihil omittat eorum, quę ad cauſam, & delicti ſubſtantiã attinent, interrogationes formãdo beneuolè, blandè, & cum charitate; vt poſt Doctores, quos citat aduertit Cart. in d. c. 1. nu. 72. reos tamen ad familiaritatem admittere nõ debet, quia ex illa contẽptus naſcitur dignitatis, l. obſeruandum ff. de offic. Præſid. per quã hoc aduertit Cartar. in d. c. 1. nu. 10. & quandoq; interrogationibus ſuis vagare debet, è reo quęrendo etiam ea, quæ ad rem non faciunt, & paulatim ad ipſum negotium deuenire, vt dicit Ambroſin. in tract. de modo form. proceſſ. inform. lib. 2. c. 5. n. 7. ali-

aliquando etiam interrogationes ipſas multiplicare Iudex debet, etiam circa eoſdem articulos, eademq; indicia, quando reus veritatē non fatetur; quia ſi reus modò vnum, modò aliud dicit, vel varius, vel mendax comprehendetur, vt poſt Doctores, quos citat dicit Cart. in lib. 3. c. 1. nu. 16.

38 Nec in graui cauſa, & quando contra reum indicia vrgent in vno examine, & conſtituto de omnibus reus eſt interrogandus, ſed de quibuſdam tantùm, & de alijs poſtea in alijs examinibus, & cōſtitutis, vt dicit Cart. in d. lib. 3. c. 1. num. 14. expedireq; aliquando addit aliqua relinquere, alioq; trāſire. Et intellige, dummodo reus non cœperit cōfiteri; nam ſi confiteri cęperit interrumpendus non eſt, nec examen eſt differendum, etiam ſi in illo aliena miſceat, ſed omnia, quæ dicit, in actis ſcribenda ſunt, vt ex eis Iudex occaſionem ſumat ad eruendam integram veritatem, quam prudentibus interrogationibus, extorquere conabitur, vt per Cart. in lib. 2. c. 1. nu. 73. & 74. quod facere Iudex rectè non poteſt, niſi vitam, & mores rei noſcat, & benè informatus ſit ex proceſſu de indicijs, q̃bus reus ipſe irretitus eſt, vt per Cartar. in d. lib. 2. c. 2. num. 2. & 3. ideòq; familiariter totā cauſā cognoſcere debet, vt per Cart. in d. c. 2. n. 8. Quòd autem poſſit reus pro eadem cauſa pluries examinari Iudicis arbitrio docet Foller. in 2. 2. part. ſuę Prax. crimin. in tit. etſi compar. ante contum. examin. nu. 4. & ita conſuetudinem ſeruare teſtatur poſt Soci. Clar. & Cartar. Scacc. in d. c. 86. n. 6. eiuſq; reſponſiones ſēper in actis eſſe ſcribendas dicit Foller. vbi ſupra, prout etiā ſcribendum eſſe dicit in num. 6. quan-

quando reus mutat colorem faciei;loquitur pauẽdo,vel trepidãdo,vel variando, aut vacillando; faciendumq; hoc eſſe dicit in hac forma.

*D. Iudex mandauit mihi,vt ſcriberem,quòd dictus N. mutauit colorem in facie: loquitur pauendo,vel trepidando, vel variando,vel vacillando:& ita etiam mihi viſum fuit.*

39 Interrogandusquè eſt reus de nomine, & cognomine, & in principio ſui conſtituti ſcribendum eſt ad hoc, vt ex propria confeſſione in actis facta conſtet illum eſſe, contra quem informatio fit, & indicia militant,quòd cõmiſerit illud delictum, vt per Scacc. in d. c.86.nu. 29. vbi ălias etiam rationes reddit. Eſtq; etiam de ætate interrogandus,vt appareat, an maior, vel minor ſit, vt per Foller. vbi ſupra in num.6. & in n. 8. dicit,eſſe ſigillatim interrogatio faciẽda ſuper quolibet indicio.Eritq;examinandus, & conſtituendus ſub hac forma.

Forma conſtituendi,& examinandi Reum.

*D e 20 menſis Decemb. 1637.cõſtitutus perſonaliter N. de N. coram R.P. B.Præpoſito S.Ioannis,& R.P.D. A. eius Aſſeſſore, ætatis ſuæ ann.30 tanquam principalis quòad ſe, & teſtis quòad alios, & præſtito ei iuramento de veritate dicẽda,tactis propria manu ſacris Euangelijs, fuit in primis interrogatus an ſciat, vel ſaltẽ præſumat cauſam ſui præſentis examinis?*

*Reſpondit;io me l'imagino,ma non la sò di certo.*

Et Domino dicente,vt eam,quam arbitratur recenſeat. Reſpondit &c. & ſi recenſendo illam incipiat fateri delictum, audiatur vſq; ad finem,non interpellando illum, ſed id,quod dicit,ſcribatur in actis. Si verò reſpondeat

*Io*

*Io non sò, nè poſſo imaginarmi la cauſa di queſto mio examine.* Tunc interrogetur, ex qua cauſa ſit carceratus.
*Reſpon. Io non la sò.*

*Item interrogatus, an ſciat fuiſſe commiſſum aliquod delictū proximis diebus in hac Ciuitate, vel in hoc Monaſterio.*
*Reſpondit, io sò che fu commeſſo il tale delitto.*

*Itē interrogatus, an ſciat talis delicti aliqua particularia?*
*Reſpon. Io non sò niente*: ſi verò dicat aliquid ſcire, audiatur, & quę dicit ſcribantur in actis de verbo ad verbum, nihil mutando.

*Itē interrogatus, quo in loco fuerit tali die, & quid fecerit?*
*Reſpon. Io non mi ricordo.*

Et fuit admonitus, vt recogitet, & benè aduertat, & perſiſtente in negatiua.

Iterum interrogetur, an fuerit in tali loco, & nominetur illi locus, in quo fuit commiſſum delictum, & illo perſeuerante in negatiua, admoneatur, quomodo negare hoc audeat, ſi Curiæ conſtat illum fuiſſe in tali loco, & tale delictum commiſiſſe.

Et perſeuerante in negatiua, legenda eſt illi teſtis, vel teſtium depoſitiones, & dicendo ille:
*Signori, queſto, che dicono queſti teſtimonij, è tutto bugia*, aut quid ſimile, tunc ſi teſtes præſentes haberi poſſunt: dicat illi Iudex, quid diceret ſi præfati teſtes in ſua præſentia dicerent, quod ipſe negat: & ſi dicat:
*Io dirò, che dicono vna gran bugia*, aut quid ſimile.

Tūc Iudex, vel Aſſeſſor mandet, vt ad conuincendum de mendacio ipſum Reum, & ad diſponēdum illum ad dicendam veritatem, teſtes adducantur ſigillatim in eius facie, ad notando hæc omnia in actis, iuxta ea quę in num. ſeq. dicenda ſunt. Et talis adductio teſtis in faciem rei dicitur à Doctoribus



Digitized by Google

Confrontatio, quæ non ſolùm reum magis vrget, ſed fit ẽt ad effugiendam repetitionem teſtium examinatorum pro Curia, nõ citata Parte, nam confrõtatio citationis, & repetitionis vicem obtinet, vt poſt Afflic. qui ita practicari dicit in 2. part. ſuper Conſtit. Reg. rubr. 10. nu. 20. & poſt illum Clar. in §. fi. q. 45. verſ. ſed in propoſito, & ſequitur Cartar. in d. lib. 3. c. 1. nu. 84. & Ambroſ. de modo form. proceſ. inform. c. 9. n. 3. 4. & 5. Aduertendum eſt tamen, quòd ſi teſtis in confrontatione ſufficienter interrogatus non fuit, repetendus eſt ſuper interrogatorijs per reum dãdis, etiam poſt publicationem actorum, & proceſſus, vt poſt Doctores, quos citat dicit Ambroſin. in d. c. 9. n. 36. & 37. ipſa autem confrõtatio ſic facienda erit.

*Forma confrontandi teſtes.*

40 Vocato vno teſte, & præſtito ei iuramento de veritate dicenda tactis Euangelijs coràm ipſo reo, factaq; mutua nominum, & perſonarum cognitione Actuarius ſic ſcribat.

*Die tali vocatus N. teſtis examinatus pro informatione Curię in tali cauſa coràm tali Iudice, vel Aſſeſſore, & me Notario, & G. reo conſtituto pro eadem cauſa, & præſtito illi iuramẽto de veritate dicenda, tactis Euangelijs, fuit interrogatus, an ea, quæ tali die depoſuit in eius examine fuerint & ſint vera, & ab ipſo pro veritate dicta, eaq; vt talia velit approbare, & ratificare in facie dicti rei pręſentis conſtituti:* & poſtulante ipſo teſte, vt ſua depoſitio illi legatur, vel interrogatus, an velit quòd legatur, vel Iudice mandante, vt legatur, legẽda eſt per Actuariũ coràm ipſo reo, ac ipſo teſte, & Iudice, vel Iudicibus de verbo ad verbum

bum, qua lecta, Iudex, vel Aſſeſſor, teſtem qui confrontatur ſic interroget.
Item idem teſtis, qui confrontatur interrogatus fuit, an ea, quæ modo legi audiuit ſint illa, quæ ipſe in ſuo examine depoſuit, & pro veritate tunc cum iuramento teſtificatus eſt, & an modo vti talia approbet, & ratificet in præſentia, & facie dicti conſtituti.
*Reſpon. Signor sì, quãto il Notario mi hà letto, tanto io diſſi nell'altro mio eſſame, & hora quì in preſenza di eſſo G. come vero lo ratifico, & approuo, & non hò da aggiungerci, nè da diminuirci.*
Tunc Iudex, ſiuè Aſſeſſor reum conſtitutum interroget, quid reſpondeat prædictis, & Actuarius ſic ſcribat: Quibus peractis D. Iudex cõuerſus ad conſtitutum, interrogauit eum, quid reſpondeat prædictis?
*Reſpon. Io dico che coſtui dice la falſità.* Et poteſt ipſe reus teſtem ad eius faciem confrotatum arbitrio ſuo interrogare, vt dicit Tranquill. Ambroſ. de modo form. proceſſ. informat. c. 9. n. 33.
Et replicãte teſte cõfrontato: *Io dico che quanto hò detto tutto è vero, e ſe non foſſe tale io non l'hauerei detto.* Et cũ vterque ſtaret in ſuo dicto, Dominus Iudex licentiauit dictum teſtem confrontatum.
Et licentiandus eſt quidem, niſi ipſe teſti ſit ſocius criminis, aut aliàs infamis: nam tunc licentiandus non eſt, ſed eſt ducendus ad torturam, & ita in actis eſt ſcribendum.
41 *Et cùm vterque ſtaret in ſuo dicto Dominus Iudex ad ipſum conſtitutum magis conuincendum de mendacio, eumque magis diſponendum ad veritatem dicendam, & magis afficiendum. Ac ad tollendam omnem dubitationẽ, quæ circa perſonã, & dicta ipſius teſtis oriri poſſint, & ad*

*omnem meliorem finem: & effectum mandauit, dictum teſtem adduci ad ſolitum locum tormentorum, ibique in præſentia, & caput ipſius conſtituti ſpoliari, ligari, & in altum eleuari.*

*Cùm autem teſtis vnà cum ipſo conſtituto ad locum tormentorum deueniſſet, ſeu adductus fuiſſet, coràm ipſo ſpoliatus fuit, ac ligatus, & in altum eleuatus, & per D. Iudicem, ſeu Aſſeſſorem fuit interrogatus, & monitus, vt ſi ea quæ dixit contra G. præſentem conſtitutum, ſint vera, & pro veritate à ſe depoſita, eadẽ ratificet, & approbet in tortura, ſin minus reuocet.*

*Reſpon. quanto io hò detto contro G. quì præſente, tutto è vero, e coſi lo ratifico, & eſſo G. sà beniſſimo ch'io dico la verità.*

Et ita faciendùm eſſe docet Scacc. in lib. 1. de iudic. c. 86. paulò ante colum. antepenul. & addit teſtem tenendum eſſe in tortura eleuatum paruo tempore, ſcil. quouſque ratificet, & ratificatione iam facta mandare Iudicem debere dicit, vt deponatur, illoque depoſito priuſquam ad vlteriora progrediatur debere Iudicem iterum facere illum ratificare per extenſum, faciendo illi legere ſuam depoſitionem; nec ab hac praxi dicit diſſentire Farinac. de indic. & tort. q. 43. num. 137. imò idem Farin. in nu. 139. expreſsè hoc ſentit dũ ait, quòd pro confirmatione depoſitionis factę in tortura, debet eandem depoſitionem ſpontè, & ſine tortura ratificare, prout ratificanda eſt principalis delicti confeſſio; & ita dicit tenere Doctores, quos ipſe ibidem citat. Et hanc ratificationem eſſe faciendã in præſentia ipſius conſtituti, quando præſens eſt, dicit idem Scacc. in prin. d. col. antep. poſt Docto-

res

Digitized by Google

res quos citat, & ad tollẽdas opiniones Doctorum, de quibus Farinac. in d. q.43.num.41.& ſeqq.in ipſa ratificatione prçſtandum eſt iuramentum ante torturam,& etiam quãdo poſt illam ratificat. Sed ratificatio hçc, quç fit poſt torturam, facienda non eſt, niſi tranſacto ſpatio ſaltẽ vnius diei naturalis, ne videatur ratificare metu tormentorum, iuxta ea quæ dicenda ſunt infra de tortura rei, quibus peractis, admonendus eſt reus, vt fateatur veritatẽ, cùm amplius illam negare non poſſit, ſed illo perſeuerante in negatione licentiandus eſt teſtis, & continuari poteſt examen ipſius rei, hortando illum ad manifeſtandam veritatem, quam ſi manifeſtare noluerit, deueniendum eſt ad torturam ipſius rei, datis ei prius defenſionibus, iuxta ea quæ inferius dicenda ſunt in ſeq. cap.

42 Quæ confrontatio tũc prædicto modo eſt faciẽda, quãdo teſtes totalem cognitionem habent de reo, ſed ſi fortè illum non cognoſcũt, niſi quia illum delinquere viderunt, etiã ſi audiuerint vocari G. cõfrontatio ita facienda eſt, vt ipſe conſtitutus, quantum fieri poteſt indutus habitu conſueto ponatur in circulo cum tribus, vel quatuor, aut ſaltẽ duobus eiuſdem ętatis, ſtaturę, effigiei, & habitus, ita vt quantum fieri poteſt ſint ſimiles, vt poſt Foller. aduert. Cartar. in praxi interrogandor. reor. lib. 3. c. 3. num. 33. & debent eſſe omnes perſonæ incognitæ dicto teſti, qui omnes cùm poſiti ſint in faciem teſtis, qui confrontatur, præſtatur ipſi teſti iuramentũ de veritate dicenda tactis Euangelijs, notando in actis omnia prædicta, & poſtea addatur.

Et

*Et fuit per D.interrogatus, an inter hos, quos corã ſe ſtantes videt, adſit ille, de quo ipſe in ſuo examine depoſuit, & dixit ſe eum cognoſcere de viſu tãtùm, & nõ de nomine, niſi fortè ex auditu, & ſi adeſt; monuit vt illum indicet.*

*Reſpond. Signor sì, che tra queſti ci è quello, del quale io hò depoſto nel mio eſſame, & è queſto.*

& tunc licentiatis alijs admonendus eſt reus, vt veritatem dicat, cùm videat Curiam benè informatã, alioquin teſtis, qui eum recognouit coràm ipſo dicet, quid ipſe viderit proprijs oculis. Illo autem perſeuerante in negatiua, vocandus eſt teſtis, qui eum recognouit, & iterũ præſtito illi iuramento de veritate dicenda, tactis Euangelijs, ea omnia ſeruanda erunt, quæ dicta ſunt ſupra in num.39.& 40. de teſtium confront. Tradit prædictam praxim Cartar.in d.lib.3.c.3.nu. 43.& Scaccia vbi ſupra.

43 Qui aduertit, quòd ſi teſtis adductus ad confrontationem faciendam, & conuincendum conſtitutum, negat inter homines poſitos in ſua facie adeſſe eum, de quo ipſe dixit in ſuo examine (ſi conſtitutus eſt indiciatus ab ipſo teſte de illo delicto ratione ſtaturæ, ætetis, ſignorum faciei, coloris barbæ, & alijs circunſtantijs, de quibus ſtrictè eſt interrogandus teſtis, qui quando examinatur dicit non habere aliam cognitionem delinquentis, quàm cognitionem de viſu) præſumi poteſt quòd teſtis fuit ſubornatus, & ideò dicit, quòd ille inter illis non adeſt: & propterea teſtem hunc tanquam ſuſpectum de falſo, debet Iudex varijs interrogationibus percontari, vt per Scacc.vbi ſupra.

44 Quando autem Reus per teſtes conuictus eſt, vel ad torturam indiciatus, iuxta ea, quæ ſupra di-

dicta ſunt, ſi ipſe nihilominus in negatione perſeuerat, non obſtante diligenti interrogatione ſibi facta ſuper delicto, de quo inquiritur, Iudex iterum teſtes examinare debet, quando examinati tãtum fuerũt, pro informatione Curiæ, ipſo reo non citato, ad videndum iuramenta teſtium, examinareq; illos debet, ipſo reo citato, vt teſtes iurare videat, vt per Cartar. in Prax. interrog. reor. lib. 3. c. 7. n. 61. & per ea, quę dixi ſupra in cap. pręced. nu. 42. faciendaq; eſt talis repetitio iuxta formam à me traditã in d. c. præced. num. 43. qua repetitione facta, ſi ex illa appareant adeſſe indicia ad torturam ſufficientia, illaq; eſſe legitimè probata, iuxta ea, quę iam dicta ſunt, & nihil obſtat, quominus reus tormẽtis ſubijci poſſit, de quibus obſtãtijs latè ſcripſit Foller. in ſua Prax. crim. in tit. Etſi confitebũtur in 3. par. tertiæ par. per tot. eſt iterum reus, priuſquam tormentis ſubijciatur, interrogandus, & monendus ad veritatẽ dicendam de omnibus ſigillatim in proceſſu apparentibus, & de quibus contra ipſũ ſunt indicia, alioquin Curia non valens aliàs veritatem habere, deueniet ad eius torturam, vt poſt Foller. in d. ſua prax. in tit. Rei indurati torqueantur in nu. 1. dicit Cartar. in lib. 4. ſuæ praxis interrog. reor. c. 1. nu. 58. Vbi etiam addit, quòd adhùc perſiſtente reo in contumacia nolendi manifeſtare veritatem ſunt eidem repetẽda indicia, epilogando illa quæ diffusè dicta fuerant, omniaq; poſſibilia faciẽda eſſe dicit, vt reus diſponatur ad veritatem dicẽdam ſine tortura, ſi fieri poteſt: quia tortura ſubſidiaria eſſe debet, ita vt tunc tantùm adhibenda ſit, quando aliæ probationes haberi non poſſunt; & commu-

munem hanc eſſe Doctorum ſententiam,& ita cōſuetudinem ſeruare teſtatur poſt Doctores, quos citat Cartar.in prax.interrog.reor.lib.4.c.1. nu.14. Et in n. 15. dicit poſt Doctores, quos citat, communem etiā eſſe Doctorum ſententiam, reum nō eſſe torquendum,quando aliter de delicto conſtat ob prędictam rationem, ſcilicet, quia tortura non infligitur, niſi in ſubſidiū, & vbi aliter veritas haberi non poteſt, per tex. in l. Diuus Pius in prin.ff.de quæſtionib.à Doctoribus cōmuniter ita intellectus, vt poſt Doctores,quos citat dicit Farinac.de indic. & tortu.q.38. n.4.Ideòq; nō ſemel, ſed pluries monendum reum eſſe dicit Cartar.ſupr.in num.59.& vbi in negatiua perſiſtat, etiam minas eſſe miſcendas,docet in nu.60.

45 Quibus pręcedētibus, ſi reus in negatione perſiſtat,torquēdus ęſt ex officio Iudicis,irrequiſito accuratore, ſed auditis ante torturam Aduocatis, & Procuratoribus rei; & intereſſe poteſt etiā in ipſa tortura Aduocatus,&Procurator Fiſci, vt per Cart. poſt Doctores, quos citat in d.lib.4.c.1. num. 62.& ſeq.vſq;ad nu.65.vbi poſt Imolam dicit, generalem eſſe conſuetudinē,vt examinaretur prius, an reus ſit torquendus, vel non, & in ipſa examinatione audiendi ſint Aduocati,& Procuratores reorum. Et quamuis talis cōſuetudo non ſeruetur in Ducatu Mediolanēſi,vt dicit Clar. in §. fi. q. 64. verſ. quæro nunc;tamen in hoc noſtro Regno ſeruatur,& ante torturā reo defenſiones dantur ad examinandam, an ſit torquendus,vel nō. Ideòq;faciēdum eſt prius decretum de publicatione actorum, iuxta dicēda in cap. ſeq. & poſtea ſunt illi dandæ defenſiones iuxta formam tradēdam

etiam

etiam in cap. ſequenti. Et quamuis in hoc noſtro Regno Magna Curia Vicarię torquere poſſit reos ex proceſſu informatiuo, vt dicit Molfeſ. in proœmio 1. par. ad Cōſuet. Neap. q. 5. num. 17. cum ſeqq. hoc tamen non procedit in Curijs Baronum, etiam habentium merum, & mixtum imperium, & ampliſſimas cōceſſiones, niſi hoc illis in ſpecie conceſſum ſit, vt per Molfeſ. in 2. par. ad dictas Conſuet. in addit. ad q. 4. nu. 5.

46 Datis autem defenſionibus ſi rei partes ſuccūbant, faciēdum eſt decretum de torquendo, & de iure hoc præcedere dicit Cartar. in d. lib. 4. c. 1. nu. 66. poſt Doctores, quos citat: quod decretū continere debere, docet, quòd viſa per Iudicē rei pertinacia, & viſis indicijs cōtra eū vigētibus, cū veritas aliter haberi nō poſſit determinauit, & determinat ad torturā eſſe deueniendum.

Et vt ex eodē decreto appareat fuiſſe auditas rei partes, datiſq; fuiſſe illi defenſionibus, eandem clauſulam in eodem decreto adderem; eſtq. in illo apponēdum tempus, & modus pro modo indiciorū, vt per Clar. in q. 64. num. 33. & quòad modum ſeruandum eſſe Prouinciæ conſuetudinem dicit in nu. 36. Et quòad tempus, quia de iure nihil eſt definitum, arbitrio Iudicis eſt relictum, vt dicit Cartar. in d. lib. 4. c. 1. nu. 113. ita vt ſecūdùm ſuum arbitrium, & conſcientiam illum detinere poſſit per vnum, vel per duos miſerere, vel per quartam, tertiam, vel mediam partem horę, aut ad ſummū per integram horā, vt qualitas perſonę, delicti, & indiciorum poſtulare videbitur, & refert Grillan. Cum. & Foller. dicentes, ꝙ rarò rei in tortura vltra horam ſunt detinendi.

Et quamuis Iudex fa-

tuus ſit dicendus, ſi cauſam exprimat in ſententia cap.ſicut,& cap.cùm Bertoldus, cũ ibi notatis per Doctores de re iudic. tamen communiter obſeruatur, vt in decreto torturæ Iudex exprimendo cauſam ſummariam receſeat omnia indicia,& omnes præſũptiones,quibus mouetur ad infligendum reo torturã, vt per Farin. in d.q.38.nu.8. & ſub hac forma decretum eſt formandum.

Forma decreti de torquendo reo per funem.

*Die 22. menſis Decembris anni 1637. viſa per R.P. N. pertinacia G. rei conſtituti, & viſis, ac conſideratis talibus, & talibus indicÿs cõtra eum emergentibus, ac talibus præſumptionibus; & auditis Partibus Aduocatorum eius, & conſideratis eis, quæ per ipſos adducebantur ad defenſam, ne reus ipſe torqueretur; cùm veritas aliter haberi non poſſit, determinauit, prout per præſens decretum determinat d.G. reum eſſe nunc torquendum ſpatio vnius horæ; vel ſibi benè viſo.*

*D.N. Iudex.* *D.B. Actuarius.*

47 Non eſt tamen prædictum decretum ex cautorum Iudicum cõſuetudine palàm interponẽdum: ſed ducto reo ad locum torturæ ſtatim cũ incipit ligari, decretum prædictũ de torquendo interponẽdũ eſt, & immediatè reus torquetur, vt per Maran. in 6.par.ſui ſpeculi nu.14. quem refert Clar. in d. q. 64.n.27. circa medium,& alios,quos citat, & ſequitur Cartar.in d.c.1.num. 68. Quæ quidem cautela adhibetur, nè detur reo materia appellandi,& per appellationem ligãdi manus Iudicis; nam etſi appellaret quando iam tormentis eſt applicatus, ex eo,quòd incępit ligari,appellatio nõ auditur,prout deter-

detèrminatum fuiſſe in Parlam. Pariſ. refert Clar. vbi ſupra, & Cartar.in d. c.1. nu.69. Sed cautelam prædictam inanem eſſe exiſtimat Farin. de indic. & tort.q.38.n.22.& omni iure, & ratione carere dicit;poſſeq;reum appellare affirmat, quam primùm videt ſibi comminari torturam, nedùm quando ſe videt duci ad locum torturæ,& ibidem ſpoliari,& ligari, & per talem appellationem ligari manus Iudicis,dicit per dicta ab ipſo ibidem in nu. 15. vbi hoc idem ſeruari in Magna Curia Vicariç refert ex Grammat. relato à Clar. in §. fi. q. 64. in verſ. ſed quid agẽdum. Niſi appellatio eſſet friuola, & calũnioſa, quia tunc illam Iudex reijcere poteſt, vt per Farinac. poſt Doctor. quos citat ibid. in nu. 23. cùm talis friuola appellatio regulariter à Iudice reijci poſſit, eaq; non obſtante ad vlteriora procedere valet abſq; vitio attẽtatorum, cap. cum appellationibus friuolis de appellatione in 6.& per Foller.in pra.crim. 3.p. 3.par. tit. etſi confitebuntur nu. 50.& alios,quos citat Farinac.in d.n.23.&24.Quç autem appellatio dicenda ſit friuola,& calumnioſa, cũ à iure diffinitum nõ ſit, Iudicis arbitrio eſt remiſſum, vt dixerunt Marſ.in l. quæſtionis modum nu. 45. ff. de quæſt. Menoch. de arbitr. iud. caſu 197.n. 7.& alij, quos citat, & ſequitur Farinac.in d.q.38, nu.27. Et in nu.28. addit, tunc in hoc caſu dicẽdam eſſe appellationem friuolam,& calumnioſã ex arbitrio Iudicis, quando ex proceſſu apparẽt legitima ad torquendum indicia, quæ purgata non fuerint intra terminum reo conceſſum ad ſe defendendũ ante torturç decretum,vt per Carrer. in pract. in 1. tract. de appellat. ad leg. obſeruare curabis, C. quo-

quorum appell.nõ recip. §.vigeſimus primus caſus eſt, num.2. & per Foller. in d.nu.50. in verſ.ad cognoſcendum,&perFarin. vbi ſupra, hancq; cognitionem ſpectare ad Iudicẽ à quo, probat in num.24. & teſtatur communẽ eſſe ſententiam.

Curareq; Iudex debet, vt reus ante torturam per decẽ horas non comedat, aut bibat;hancq;communem eſſe praxim dicit Cartar.in d.c.1. nu.78.& Farin.ſup. nu. 32. & dum ſpoliatur, & ligatur ad funem priuſquam eleuetur, benignè reus eſt admonẽdus iterum per Iudicem de veritate dicenda,& talis admonitio in actis eſt adnotanda. Et illo perſiſtente in ſua pertinacia eleuandus eſt, interrogariq; in ipſa tortura, & tormento poteſt non ſolùm de dicenda veritate circa delictum, ſed de quolibet indicio,quod cõtra ipſum vrget, & omnes reſpõſiones,& verba, quæ in tortura dicit in actis ſunt adnotãda,vt per Cartar.poſt Doctores, quos citat in d.c.1.num.81.& 82.

48 . Sed eſt aduertendum in noſtro Regno, quòd per Conſtitutiones illius, rei torquendi nõ ſunt pro crimine, pro quo non eſt imponenda pœna vltra relegationẽ, vt per Parid. de Puteo in tract.de sind. in ver. tortur. c. 5. num.2. quam refert Franc. Becc. in conſ.62.nu. 28. in fi.& Cartar.in d. c.1.num.24. & in num. 25. refert poſt Granut.Magnam Curiã, & Regias Audientias tormenta inferre indifferẽter etiam pro delictis,in quibus pœna temporalis remigationis eſt imponẽda,& idem eſſe dicit poſt Granut.quòad crimẽ Blaſphemię, & vbi pœna arbitraria eſt,& in num. 29. dicit,quòd ſecundùm omnes in omnibus delictis, pro quibus pœna corporalis eſt imponenda,indi-

ſtinctè

Digitized by Google

ſtinctè ad torturam procedi poteſt; nõ autem vbi imponenda eſt tũ pœna pecuniaria; eſſeq; hanc cõmunem Doctorũ opinionem, dicit poſt Doctores, quos citat Farinac. de indic.& tort.q.38.nu.6.

Et dato, quòd iure torquendus ſit, eſt tamen tortura adhibenda cum moderamine l.de minore §. tormenta ff. de quæſt. vt per Doctores, quos citat, & ſequitur Crauett.in conſil. 287.num.6. vbi dicit, quòd iſtud moderamẽ eſt relictũ arbitrio Iudicis per l. quæſtionis modum ff. de quæſtion.& quòd in hoc arbitrio Iudex conſiderare debet complexionem, & qualitatem rei, ſ. an ſit robuſtus, vel debilis, an nobilis, vel plebeius, ac qualitatem delicti, ſcil. an ſit leue, vel graue, vel attox.

49 Suppoſito autem, vel quòd reus à torturæ decreto non appellauit, vel quòd appellatio tãquam friuola, & calumnioſa reiecta ſit, reus ad torturã conſtituendus erit in hac forma.

Forma conſtituendi reum criminis ad torturam

*Die prædicta perſonaliter conſtitutus G. coràm tali Iudice, & Aſſeſſore in torturæ loco, & prſtito ei iuramẽto de veritate dicenda, tactis Euangelijs, fuit admonitus, vt veritatem manifeſtaret, & ne pateretur tormentis ſubijci: ſed cum in negatiua perſiſteret, fuit ſuppoſitus tali tormento, & in illo iam poſitus, fuit in primis interrogatus &c.* Et proſequitur examen circa omnia indicia, & præſumptiones, & ſcribenda ſunt in actis omnia verba, quæ dicit, dum manet in tormentis, & omnes admonitiones, quæ de tempore in tempus illi fiunt. Et caſu, quo fateri veritatem incipiat, & ideò deponi à tormento petat, in actis ita ſcribatur.

Et

*Et cùm ipſe reus in tormentis poſitus dixiſſet, vt deponatur, quia veritatem aperire vult: tunc D. Iudex mandauit, vt deponatur, & hoc facto ſic dixit.* Et ſcribatur in actis integra depoſitio ſine interruptione, & cùm finem fecerit, interrogari poteſt, ſi de aliquo eſt interrogãdus: & omnibus peractis ita ſcribatur in actis. *Et tunc Dominus mãdauit ipſum G. ad locum ſuum reponi accommodatis eius brachijs &c.* ſi tortura funis ſit tortus.

Si autem in negatiua perſiſtat ſic in actis ſcribatur.

*Et cùm d. G. reus in negatiua perſiſteret, cùm ab eo veritas haberi non poſſit, cùm ſtetiſſet in dicto tormento tanto temporis ſpatio D. mandauit a dicto tormento amoueri, & reponi ad locum ſuum, animo iterum torquendi, ſi repetitioni erit locus, & ſic, accomodatis illi brachijs, alijſq; neceſſarijs remedijs adhibitis, fuit repoſitus in loco ſuo,* vt per Cartar. in d. c. 2. nu. 9. ſed an, & quando tortura repeti poſſit, dicã infra in nu. 55. & 56.

Eſtq; aduertendũ, quòd ſi fortè reus in tormentis exiſtens ſpontè præter interrogata, & ea, de quibus eſt in proceſſu indiciatus, contra ſe imprudenter aliqua dixerit, manifeſtando aliqua ſua delicta, quorum nulla adſunt in proceſſu indicia, tali cõfeſſioni nulla à Iudice dãda eſt fides, vt poſt Bald. Hippol. de Marſ. Iacob. de Bellouiſ. & Iaſonem, quos citat, dicit Iodocus in ſua prax. crim. c. 39. num. 2. ſed poſt torturam fore à Iudice interrogandum dicit, quare nõ interrogatus prædictam cõfeſſionem fecerit, quia ſepè compertum eſt reos ob torturæ pœnam, ſiue dolorem confeſſos eſſe ea, quę nec opere, nec cogitatione commiſerunt. Et ſi fortè extra torturã, & trãſacto ſpatio 24. horarum poſt illam in cõfeſſione eiuſdem delicti perſiſtat, tunc Iudex id ſerua-

re poteſt quod dictum eſt ſupra in c.12.nu.48.

50 Et quia Regulares ſine interuentu ſeculariũ tortura funis torqueri nõ poſſunt, quando ſeculares vitare volunt, prout decet, maximè in Religionibus illis, in quibus obſeruãtia viget, ſupradictis ſeruatis, omiſſa tortura funis, deuenire debent ad torturã vigiliæ, cuius modum inferendi retuli ſupra in nu. 27.& illius decretum hoc modo formari poteſt.

## Formula decreti de torquendo reo per torturam vigiliç.

*Die 22.menſis Decembris 1637.Viſa per R.P.N.pertinacia G.rei conſtituti,& conſideratis talibus,& talibus indicijs, & talibus,& talibus præſumptionibus contra eum emergẽtibus, ac mala eius conditione, & fama, auditiſq; partibus Aduocatorum eius,& conſideratis eis,quæ per ipſos adducebantur ad defenſionem, ne d.reus torqueretur, cùm veritas aliter haberi non poſſit, mandauit, prout præſenti decreto mandat d. G.adduci ad locum pro ſua tortura præparatum ibiq; tormento vigiliæ ſupponi (cùm ipſe ob Regularem ſtatũ funis tormento commodè toqueri non poſſit) ſedens ſuper ſcamno ligneo cũ compedibus ferreis ad pedes à terra eleuatos,& manibus poſt terga ligatis, & fune eleuatis, adhibitis Cuſtodibus, qui nullo modo illum dormire faciant, & in d. tormento per quadraginta horas torqueri.* Infra quod ſpatium eſt pluries benignè admonendus, vt veritatem aperiat. Et caſu,quo indigeat exoneratione ventris., illi eſt hoc permittendum,& in actis notandum hoc modo. *Eadem die cùm ſtetiſſet dicto tormento ſuppoſitus ſpatio decem horarum,& petijſſet ire ad exonerãdum ventrem R.P. eidem hoc permiſit cum debita cuſtodia*, vt per Cartar.in d.c.2.nu.7. tempus autem quod conſummatur in vẽtris exone-

Digitized by Google

exoneratione, nõ eſt computandum in num. quadraginta horarum, quia interim non ſubijcitur tormento.

51 Sed in delictis atrociſſimis, nimirum leſæ Maieſtatis Diuinæ, & humanæ, aſſaſſinij, viarũ latrocinij, diſrobatorum famoſorũ, bannitorum, criminis veneni, & ſimilium, tortura vigiliæ dari poteſt acriori modo v3. adhibẽdo loco ſcamni plani, ſcamnum, quod capram vocant, eleuatum à terra, quantum eſt ſtatura vnius hominis, cõfectum duobus tabulis ita ſimul iũctis in cacumine, vt aciem faciant, ſed non acutam, & dilatetur ad ſimilitudinem dorſi capræ ſpatio vnius palmi, & ſuper aciem nõ acutam talis ſcamni equitare habet reus ſine caligis, ſed denudatus, vndiq; ligatus nè cadat, cum manibus retro iunctis, & eleuatis, ac ſi torquendus eſſet, & ſic detinetur ſpatio quinq; aut ad ſummum decem horarum, paulò plus Iudicis arbitrio, vt per Farin. de indic. & tort. q. 38. nu. 71. & Cartar. in d. c. 2. n. 8. vbi dicit, quòd in ſupradicto decreto de torquẽdo quãdo danda eſt hęc tortura vigiliæ durior, loco illorum verborum: *ſedẽs ſuper ſcamno ligneo cum compedibus ferreis, &c.* ponenda eſſe dicit verba hęc *ſedens ſuper capra lignea ſine caligis &c.* ſic exprimendo modum, quo reus hoc tormenti inſtrumento torquendus eſt, prout in omnibus tormenti generibus exprimendum eſſe dicit. Nec in decreto huius tormenti addendũ eſſe tempus dicit, ſed ſolũmodò dicendum eſſe docet, *mandat dicto tormento torqueri, & tormentari*: & arbitrio deinde Iudicis iuxta qualitatem indiciorum, & rei robuſticitatem Iudicis arbitrio reum ſuppoſitum dicti tormẽti inſtrumento eſſe deſinendũ dicit, vt ſic reus, vel innocens

cens appareat, vel ſupplicio ſit deputandus, vt in l. quæſtionis ff. de queſtionibus. Dummodò in dicto tormento non detineatur vltra ſpatium quinq; horarum.

52 Torto autem reo, qui in tormentis delictum cōmiſiſſe negauit, quaſi puram veritatem dixiſſe videatur, dicendum eſt, indicia contra ſe exiſtentia purgaſſe, & ita totum Mūdum tenere, & ſeruare dicit Clar. in §. fi. q. 64. n. 38. verſ. Illata ergo tortura ex Alber. in l. edictum nu. 2. ff. de quæſt. relato Boer. deciſ. 163. nu. 12. Gramm. deciſ. 8. poſt num. 9. & deciſ. 96. num. 2. & Couar. in lib. pract. qq. q. 23. col. 1. Et ſententiã hanc omnes in Italia obſeruare dicit ipſe Clar. ibidem ex pract. Caſonij fol. 75. num. 2. & ex Cæpolla in conſ. crim. 32. col. 1. verſ. *nec poteſt dici*, commmnem hanc eſſe obſeruantiam affirmat, & ex aliquibus ſupra allegatis Doctoribus dicit hoc procedere, etiam ſi delictū cōtra reum ſit plenè probatum, vt etiam per Crauett. in conſ. 287. nu. 4. & 7. in verſ. 3. reſpondeo, & in verſ. *ex premiſſis plura*. Et addit Clar. vbi ſupra, debere in hoc caſu Iudicē ſcribi facere in actis, qualiter tortura fuit moderatè adhibita, & indicia ſunt purgata, & poſtea reum relaxare fideiuſſoribus; & communem hanc eſſe praxim, & obſeruantiam dicit poſt Doctores, quos citat.

53 Sed Anton. Gomeſ. in 3. lib. variar. reſol. in c. 13. de delic. nu. 18. ab eodem Claro ſupra relato, dicit eſſe reum in hoc caſu diffinitiuè abſoluendum: & ita practicari teſtatur Carrer. in Pract. crim. fol. 171. n. 202. relatus à Simanch. de hæretic. c. 63. num. 36. & à Claro vbi ſupra, qui quidem in eodem §. fi. q. 62. n. 2. dicit, quòd in Ducatu Mediolanenſi quādo

indicia purgantur per torturam, vel quando contra reum non adſunt indicia ad torturam ſufficientia, vel ad imponēdam aliquã pœnam extraordinariam, tunc abſoluitur quidem, non tamen diffinitiuè; ſed ſtantib. rebus, prout ſtant, & in tali caſu ſi poſtea noua indicia ſuperueniãt, de nouo cõtra reum proceditur, non obſtante tali ſententia, & ita obſeruari in Hiſpania, & Gallia refert poſt Doct. quos citat. Sed Carauit. ſuper Ritu Magnæ Curiæ 248. num. 18. dicit cõmuniter obſeruari, vt in tali caſu inquiſitus præſtet fideiuſſionem de ſtãdo iuri, & ſe præſentando toties quoties fuerit requiſitus; at Gramm. deciſ. 8. & crim. 12. in fi. refert Conſil. Neapol. ſeruare, vt in tali caſu reus puniatur pœnis extraordinarijs: & hoc eodem anno 1637. Magna Curia pœna extraordinaria mulctauit quendam inquiſitum de aſſaſſinio, non obſtãte, quòd tortura grauiſſima vltra horam cum grauiſſimo pondere ad pedes tortus fuiſſet: ſed quia eſt hoc iuri, & æquitati contrarium, vt dicit Clar. in d. q. 64. nu. 38. in fi. ab alijs Iudicibus non eſt imitandum; & Magna Curia iuſtis ex cauſis ad prædictam ſententiam deuenit.

54 Quia autem de iure plenè abſoluẽdus eſt ille, qui per exactam torturam ab omnibus indicijs, & ſuſpitionibus ſit ſatis purgatus, vt dicit Iodoc. in ſua praxi c. 40. nu. 3. & vt dicit Clar. in d. q. 62. nu. 2. in fi. qui per torturam omnia indicia cõtra ſe exiſtẽtia purgauit, de iure loquẽdo, diffinitiuè fortè abſoluendus eſt, poſſunt fortè Iudices Regulares reum Regularẽ diffinitiuè abſoluere, quando ille per torturam omnia indicia contra ſe exiſtentia purgauit; illo tamen ſeruato, quod dicit

dicit Iodoc. in d. cap. 40. nu.1. ſcilicet vt poſt torturam, reus, qui conſtanter omnia in tortura negauit, reducatur ad carcerem, & ibi detineatur ſpatio decem, viginti, aut triginta dierũ amplius, vel minus, pro Iudicis prudentia ad videndum, an forſitan alia noua indicia ſuperueniãt, vt ex illis reus iterum torqueri poſſit, iuxta dicenda in num. ſeq. quę ſi non ſuperueniant, ex omnibus vinculis, & è carcere inquiſitus eſt liberandus, priſtinæq; libertati eſt reſtituendus, vel cũ ſententia omninò abſolutoria, prout de iure faciendum eſſe dictum eſt, vel iuxta conſuetudinem, de qua teſtatur Iodoc. in d.c.40. num.2. & poſt illum Clar. in d.q.62. num.2. in fi. dimittendus eſt cum ſentẽtia non omninò abſolutoria, ſed rebus ſic ſtantibus, & donec noua indicia ſuperueniant; & hoc eſt tutius; nam conſuetudo vim legis ita habet, vt tãquam lex in omni foro ſeruanda ſit, etiam ſi eſſet contra Canones. Cùm autem hæc rationabilis ſit, & tot annorum ſpatiò præſcripta, ſeruanda eſt, vt patet ex his, quæ dixi in meo Prompt. verb. Conſuetudo per tot.

55 Supereſt, vt videamus, an reus, qui ſemel eſt tortus poſſit iterum tormentis ſubijci? & pro ſolutione huius difficultatis ita eſſe diſtinguendum exiſtimo, quòd aut reus fuit ſufficienter tortus, aut non, ſed leuiter tantùm, prout diſtinxit Bald. in l.2. nu.6. verſ. item dicas C. quor. appell. vbi ſic ait: *Item dicas, quòd ſi tormenta non ſunt plenè impoſita, poſſunt repeti; ſin autẽ ſint plenè impoſita, nõ poſſunt repeti, niſi ex nouis indicijs.*

Quando igitur reus ſufficienter fuit tortus, torqueri iterum non debet, niſi noua ſuperueniant indicia, prout tenet etiam

Cynus in l. fin. C. de quæſtionibus, & Doctores communiter, quos citat, & ſequitur Clarus in d. quæſt. 64. num. 46. in verſ. ſi verò reus, & Farin. de indic. & tort. q. 38. nu. 72. & 73. & in nu. 74. damnat contrariam conſuetudinem, illamq; minimè attendendam eſſe dicit in nu. 75. & malè facere, addit, Aſſeſſores illam obſeruantes. Debereq; prædicta ſuperuenientia indicia eſſe fortiora, & vrgentiora primis, dicit in num. 76 per text. in l. vnius §. 1. ibi, euidentioribus argumentis oppreſſus ff. de quæſt. & communem hanc eſſe ſententiam dicit poſt DD. quos citat Crauet. in cõſ. 487. nu. 7. & ita praxim ſeruare refert Clar. vbi ſupra ex DD. ab ipſo citatis, ac ita ſeruari, & ſeruandum eſſe in praxi à bonis Iudicibus dicit Cartar. in practica interrog. reor. lib. 4. c. 1. nu. 123. & in nu. 125. dat conſilium, vt quando Iudex habet in carcere hominem ſceleſtum, qui ſufficienter fuit tortus, ex eo quòd contra eum fama publica aderat, & non ſunt noua indicia, vt ſepè illũ interroget de delicto, & circunſtantijs eius, ac indicijs, donec illũ ad vacillandum inducat, & ex hoc nouo indicio, quod eſt alterius ſpeciei, torqueri iterum poſſe affirmat poſt DD. quos citat, & Farinac. vbi ſupra in num. 77. addit, indicia ſuperuenientia non ſolùm eſſe debere vrgentiora, & clariora primis, ſed etiam diuerſi generis, ſecũdùm Parid. de Put. de ſind. ver. tortur. il 3. c. 4. incip. de repetit. num. 3. & Ang. de malefic. in verb. fam. pub. nu. 98. in verſ. quæro, quæ dicantur noua indicia, vbi explicat, ea eſſe noua indicia neceſſaria, vt tortura repeti poſſit, quæ à præcedentibus ſpecie differunt, vel ſubſtantia, vtputà quia prima indicia reſpi-

ſpiciebant malam famam inquiſiti, vel inimicitiam eius cum occiſo, & ex illis ipſe reus fuit tortus, & nihil faſſus eſt. Poſtea autē ſuperuenit vnus teſtis deponens, ſe vidiſſe eūdem reum vulnerantem occiſum, vel habentem gladiū euaginatū iuxtà occiſum, aut quid ſimile: q̄ indicia noua, quia à priorib. ſpecie, vel ſubſtātia differūt, & vrgentiora ſunt, ex illis pōt reus ſemel tortus iterū torqueri: ſed ſecus eſſe dicunt, ſi ſuperueniāt alij teſtes comprobantes eadem indicia, pro quibus inquiſitus fuit tortus, nēpè quia fuit tortus ob famam publicam, vel ob inimicitiam, vel ob fugā, & teſtes ſuperuenientes eadem indicia comprobant, & ita tenet Crauet. in d. conſ. 287. nu. 7. & alij multi, quos citat, & ſequitur Farin. in d. num. 77. & teſtatur de communi, & magis communi. Et hoc procedere dicit Farin. vbi ſupra in num. 73. etiam in delictis atrociſſimis, eſſeq; hanc concluſionem æquiorem, communem, & magis iuri conſonam, dicit poſt DD. quos citat, etſi nonnulli malè illam non ſeruent minus iuridicè, vt etiam poſt Brunum de indic. & tort. q. 5. par. 2. num. 62. dicit Cartar. in d. pract. interrog. reor. lib. 4. cap. 1. num. 123. in fi. & in num. 38. docet vbi ſup. Farinac. poſt Doctores, quos citat, quòd confeſſio extorta per torturam, quæ repetenda non erat, torto non nocet. Quò autem ad conſilium, quod dat Cart. in d. c. 1. nu. 125 de ſecunda tortura danda reo inducto à Iudice per interrogationes inducentes ad vacillandum, aduerte, quòd vt locum habere poſſit, eſt neceſſarium, vt nouum indicium vacillationis ſit tale, quòd ſit vrgentius, & clarius indicio illo, pro quo inquiſitus fuit tortus, per

ea, quæ dicta ſunt ſupra ex Farin.& alijs ab ipſo citatis, & per ea, quæ dicit ipſe Cartar.in d.n.123.

56 At quando reus ſufficienter tortus non fuit, ſed leuiter, vtputà quia ſecundùm indicia,quibus grauatus erat, arbitrio regulato Iudicis torqueri poterat ſpatio dimidię horæ, ſed fuit ab ipſo Iudice tortus ſpatio vnius quarti, poteſt tunc Iudex torturam illi repetere vſq;ad finem mediæ horæ, etiam nullis alijs ſuperuenientibus indicijs,& cōmunem hanc eſſe ſententiam dicit Farinac. poſt Doctores, quos citat vbi ſup. in nu. 83.& nullam habere difficultatem apud omnes, neq; ſecundùm praxim, neq;ſecūdùm iuris diſpoſitionem. Et addit poſt Clar.in d.§.fin.q.64. verſ. hæc autem omnia, ad fin. & ex Anton. de Canar.in tract. de quæſtionib. in 6.memb.poſt num.1. bonos Aſſeſſores incipere à leui tortura, & ſi ex ea veritatem habere nō poſſunt, illam repetunt; eſſeq; hoc laudabile, & ſecurum conſiliū dicit Cartar.in d.lib.4. c.1.n.127. in cuius calce, iuncto nu. 128. cū Claro, & Canar. vbi ſup. admonet Iudices vt in caſu, quo dubitāt de leuitate prioris torturę,ad torquendum iterum non procedant,& idem admonere dicit Marcum Antonium Eugenium in conſ. 76.nu.129.& ſeq.lib.1.& optima eſt admonitio, & omninò ſequēda,maximè à Iudicibus Regularibus, & ab omnibus alijs, qui Dei timorem habēt, quia in dubijs tutior pars eſt eligenda,& reo eſt fauendū, ſecundū vulgata iura.

57 Quando autem reus in tormentis delictum confeſſus eſt, iam dixi ſupra quòd in ſequenti die poſt ſpatium horarum 24. deducendus eſt corā Iudice, vt ea,quæ in tormentis dixit, extra tormenta ratificet; taliſq; ratificatio in hac forma erit facienda.

For-

Forma ſeruanda in ratificatione facienda à Reo extra tormenta quòad ea, quæ in tormentis confeſſus eſt.

*Die 23. menſis Decembris anni 1637. conſtitutus iterum perſonaliter G. coràm tali Iudice, in tali loco, & præſtito ei iuramento de veritate dicenda, tactis Euangelijs fuit primò interrogatus, an vltra ea, quę externa die dixit in ſuo conſtituto, exiſtens in tormentis occurrat illi aliud dicere?*

*Reſpon. Io hò detto il tutto, nè mi occorre altro, che dire.*

*Item interrogatus, an omnia, quę externa die dixit, & faſſus eſt in tormentis poſitus, vera ſint, & fuerint?*

*Reſpon. Tutto quanto io diſſi fu, & è vero.*

*Item interrogatus, an ſit paratus, & velit modò extra tormenta ea omnia approbare, & ratificare.*

*Reſpond. Signor ſi.*

*Et lecto ei per me de mandato D. Iudicis de verbo ad verbum, prout iacet, integro ſuo examine, ab ipſo bene audito, & intellecto, fuit interrogatus, an prædicta, quæ ſibi modo legi audiuit depoſita, ac dicta à ſe ſint, ea forma, & modo prout iacent, & an aliquid velit addere, vel minuere?*

*Reſpon. Tutto io hò detto come mi è ſtato letto, nè mi occorre, che aggiungere, nè che diminuire.*

*Et ſic fuit dimiſſus, & ex mandato D. ad largã poſitus fuit.*

58 Et quia aliquando pro conuincendo ipſo reo, vel pro recognoſcendo corpore delicti, exhibenda ſũt ipſi reo arma, vel ſcripturæ, aut ſimilia, cũ quibus, vel ipſe reus fuit captus, vel quæ fuerunt in eius domo reperta: nãq; quando quis imputatur, quòd arma prohibita retinet, vel quòd libellum famosũ cõfecerit, vel quòd aliquas lieteras ſcripſerit, vel receperit, vel quòd aliquid furatus fuit, vel quòd falſam fabricet monetã, vel quòd Regularis

pro-

Digitized by Google

proprietarius eſt,& pecuniam retinet,tunc practici Aſſeſſores Curiam cum Actuario,& Fiſcali mittere ſolēt,vel ipſi per ſe vnà cum prædictis accedūt ad habitationem imputati,& diligentiſſimè ibi perquirunt, an aliqua ex prędictis ibi reperiantur, vel ſigna,vel inſtrumenta,vel notę,vel ſcripturæ,quę ad rem faciant, & illa ſecum ad Curiam deferunt, hoc ſeruantes, vt quidquid in tali perquiſitione faciēda fecerint, & quidquid inuenerint per Actuarium adhibitis duobus teſtibus in actis redigantur. Res autem, quę aſportantur cum omnibus ſuis qualitatibus quantum fieri poteſt dilucidè in actis ſunt adnotandæ coràm dictis teſtibus, & aliquo ſigno ſignandæ ſunt etiam per teſtes, vtputà per literas A.B.C.D.ſi ſunt ſcripturę & per ſubſcriptionem teſtium,ac etiam ipſius Rei, quando præſens eſt, vel ſunt muniendæ ſigillo, ita vt ab ipſis teſtibus recognoſci ſine aliquo dubio poſſint, cùm ad Curiam reuerſę fuerint, vbi ſtatim ſunt ipſi teſtes examinandi,teſtificando non ſolùm quòd prædictę res fuerūt inuentæ in habitatione rei, & in tali loco habitationis, ſed etiā quòd talis res fuit ſignata tali ſigno, & aſportata,& in Curia recognita per eadē ſigna: Sintq; prædictæ res ſic ſignatæ conſignandæ,vel ipſi Actuario,vel alteri publicę perſonę,ita vt à reo inficiari non valeāt in eorum recognitione, vt per Tranquill. Ambroſ. poſt Doctores,quos citat in tract.de modo form.proceſſ.informat.lib.1.c.5.

59 Quæ recognitio facienda eſt in hac forma.

*Die 23. menſis Decembris anni 1637. Iterum conſtitut.G. coràm tali Iudice interrogatus,an ſi videret aliqua arma in habitatione ſua inuenta,illa recognoſceret?*

*Reſpondit*

*Reſpon. Signor sì, ch'io le conoſcerei.*

*Et exhibita per me de mandato D. ipſi G. talia arma regiſtrata in proceſſu fol. 30. & interrogatus, an talia arma habuerit in habitatione ſua?*

*Reſpon. &c. & ſcribatur reſpõſio, prout data fuerit affirmatiua, vel negatiua, & ſic de alijs inſtrumẽtis in habitatione Rei inuentis, & in caſu negationis cõuincantur per teſtes, qui interfuerunt perquiſitioni factæ.*

*Et quòad literas recognoſcendas.*

*Interrogatus, an ſciat ſcribere?*

*Reſpon. Signor sì, che sò ſcriuere.*

*Item iterrogatus, an ſi videret aliquam ſcripturam ſua manu ſcriptam, illam recognoſceret.*

*Reſpond. Signor sì, che io la conoſcerei.*

*Et exhibitis per me de mandato D. ipſi G. quibuſdam literis ſub datum Romæ die 13. Nouembr. 1637. incipientib. Signor mio come fratello hò inteſo della ſua, &c. cum ſubſcriptione G. cum inſcriptione à terg. Al Signor N. &c. quibus literis bene viſis, & inſpectis per ipſum G. ac etiam ab ipſo lectis.*

*Reſpon. Queſte lettere ſono tutte di mia mano &c.*

Sed ſi negaret, faciẽda eſt confrontatio cum alijs ſcripturis ipſius inquiſiti, adhibẽdiq; ſũt periti Scriptores, à quibus medio iuramẽto inquirendum eſt, an ſcriptura, & character ſit ſimilis, nec ne, & corũ dicta in actis ſcribãtur, vt poſt Vulpell. in conſ. 135. per tot. & in conſ. 35. n. 3. dicit Ambroſ. in d. lib. 2. c. 10. n. 4. & in n. 5. addit, in hoc ſtãdum eſſe Peritis in arte poſt Carrer. qui latè de hoc ſcripſit in ſua prax. crim. in 11. excuſ. fol. 209 & 210.

Quando autem inquiſitus negat ſe ſcire ſcribere, per teſtes eſt conuincendus, ſi fieri poteſt, vt

per Ambroſ. poſt Doct. quos citat in d.c.10. in fi.

60 Nec in caſu huius cap. in quo tractatur de reo eſt prætermittendum adnotare, quòd quando aliquis de aliquo graui crimine, quod cauſat infamiam, eſt accuſatus, denũciatus iuridicè, vel inquiſitus, interim ad honores, & dignitates promoueri non poteſt, vt eſt tex. & ibi gloſ. in cap. omnipotens Deus 3. de accuſat. & tradit Nauar. lib. 5. conſil. in tit. de accuſat. conſ. 6. in nouis, niſi poſt annum promoueatur, ſecundùm eãdem gloſ. per tex. in l. reus ff. de muneribus, & honoribus. Intellige niſi per ipſum ſteterit, quo minus cauſa intra annum expediretur, prout in tex. prædicto habetur; & procedit etiam ſi cauſa non expediatur ratione appellationis, ab ipſo factę, nam pendente appellatione ab honoribus abſtinere debet, vt in d. l. reus in fi. verũ quia cauſæ criminales à die cõteſtatæ litis, vſq; ad biennium incluſiuè prorogari poſſunt, non autem vltra de iure Codicis, vt in l. fi. C. vt infra cert. temp. crim. cauſ. terminent. & tradit glo. in c. de cauſis in verſ. certum terminum in fin. de offic. deleg. & Capy. in deciſ. 206. vbi in num. 1. in fi. poſt Salyc. in d. l. fi. col. j. dicit, procedere etiam ſi procederetur per viã inquiſitionis, cenſeo non poſſe interim reus ad honores, preſertim Eccleſiaſticos promoueri; nam cũ poſſit interim per ſententiam damnari, indecens eſt, vt in honore, vel dignitate aliqua coſtitutus, de graui delicto damnari poſſit.

61 Sed prædicta procedere intelligas, dummodò quis calumnioſè accuſatus, denũciatus, aut inquiſitus non ſit; nam ſi per maleuolos iniuſtè accuſatus, aut denũciatus eſſet, aut inquiſitus, nulla infamia

mia

mia pręcedēte apud graues, bonos viros, eius promotio impedienda non eſt, ſecundùm Nauar. in d. conſil. 6. poſt Hoſtienſ. & Ioan. Andr. in cap. meminimus de accuſat. & Felin. ibidem, aliàs eſſet in poteſtate cuiuſlibet impedire digniſſimos viros à conſequendis honoribus, & dignitatibus, ſi ſola accuſatio, denūciatio, aut inquiſitio ſufficeret ad repellēdum à concurſu, & à petitione beneficij, nō grauatum infamia apud graues, & bonos viros, quod eſſet abſurdum, & ideò non dicendum l. nam quod abſur. ff. de bon. liber. prout dicit Nauar. in d. conſ. 6. in nouis, & quòd pendentia accuſationis, vel inquiſitionis factę malo animo non impediat promotionem, probat tex. in d. cap. meminimus de accuſat. & tradit Nauar. in d. lib. 5. conſ. 7. in verſ. quart. vbi etiā dicit, ꝙ malus animus probatur ex coniecturis.

62 An autem poſſit Reus Iudici iuridicè interrogāti æquiuocare, veritatē tegere, quando contra illum criminaliter agitur in caſu quo imponēda eſt illi pęna capitalis, dixi in meo Prōp. in ver. crimen n. 13.

# De publicatione actorum, & teſtium, ac de dilationibus, & defenſionibus reo concedendis.

## Cap. XV.

*SVMMARIVM.*

1 *Publicationis actorum decretum faciendum eſt à Iudice, reo examinato, etiam ſi procedatur contra contumacem, & quomodo ſit facienda.*

*Publicatio actorum in cauſis criminalib. pertinet ad inſtantiam iudicij.*

2 Poſt publicationem actorũ dandus eſt reo terminus ad ſe defendendum.

Dilationes quot ſint dãdæ reo ad ſe defendendum, & actori ad opponendum.

Dilationum materia in criminalibus arbitrio Iudicis relicta eſt: & plures dilationes cõcedere Iudex ſolet. & in n.14.

3 L.fin. ff. de fer. & dilat. quomodo ſit intelligenda quoad dilationes concedendas.

4 Dilationes dandæ ſunt cauſa cognita quoad moderamen locorum, in quibus degent teſtes examinandi.

5 Dilatio priori loco aſſignãda eſt accuſatori, & poſtea reo: & ad ordinem iuris hoc pertinet: ſed ita vt dilatio conceſſa vni ſit etiam alteri communis quãdo Iudex procedit per viã accuſationis, aut denunciationis, non autem quando ex officio.

Fiſcus probat ſine aſſignatione dilationis, & poſtea aſſignãtur reo dilationes ad ſuas probationes faciendas, quando Iudex ex officio procedit.

Dilationes plures reo concedũtur, quando in illo non cognoſcitur calumnia, vel animus prolatandi iudicium.

6 Dilationes cum copia articulorum obiectorum an ſint dãdæ reo ad deliberandum poſt accuſationem illi factam.

7 Dilationes ita dandæ ſunt in cauſa adulterij, ſicut & in alijs cauſis contra nonnullos, qui hoc negarunt.

8 Dilationes dantur etiam cõfeſſis, & conuictis de crimine hæreſis.

9 In inquiſitionis hæreticæ prauitatis negotio, proceditur ſine ſtrepitu, & figura iudicij.

Dilationes non ad ſubſtãtiam, ſed ad figurã iudicij pertinent, & reſtringi poſſunt quando ſummarie proceditur.

Iudicium ordinarium cauſarum criminaliũ eſſe poteſt ſine lõgioribus dilationibus, & valet, niſi appelletur.

Dilationes breuiores concedẽdæ nõ ſunt accuſato de hæreſi.

Dilationes breuiores concedendæ non ſunt in cauſis criminalibus, in quibus eſt procedendũ ſummariè, & ſine ſtrepitu, & figura iudicij.

Dilationes breuiores non ſunt concedendæ in cauſis criminalibus Regularium, quando proceditur ſummariè, & ſine ſtrepitu, & figura iudicij.

10 Dilationes ad ſe defendẽdum concedendæ ſunt reo vnà cum copia indiciorũ non ſolũ ante ſententiam diffinitiuam, ſed etiam ante interloquutoriam

de

*de illo torquendo.*
*Dilationes tres ſunt reo conce denda etiam ante torturam.*
*Teſtes recipiendi ſunt pro defenſione rei, & ad probandam eius innocentiam poſt concluſionem in cauſa.*
*Dilationes ad ſe defendendum concedere reo Iudex licitè poteſt in criminalibus quandocumq; ante ſententiam: immò etiam poſt ſententiam condemnatoriam, differendo executionem illius.*
11 *Dilationum termino durãte ad defenſionem reis cõceſſo, Iudex ad vlteriora procedere non debet, alioquin omnia nulla ſunt: nec conualidãtur Partium conſenſu.*
*Dilationes termino durante Iudicis officium quieſcit.*
*In dilationis termino computantur dies tàm feriati, quàm non feriati.*
12 *Dilationis termino non obſtante quando poteſt Iudex ad vlteriora validè procedere.*
*Dilationes iam conceſſas abbreuiare Iudex ex cauſa poteſt: facereq; hoc debet expreſsè, vt poſſit tunc ad vlteriora procedere.*
*Dilatio ceſſat ceſſante cauſa, pro qua fuit conceſſa.*
13 *Dilationes conceſſas quando Iudex abbreuiare poteſt.*
*Defenſiones poſſunt aliquãdo dari reo exiſtenti in ſecretis: & quid ſit tunc faciendum.*
14 *Terminus ad ſe defendẽdum eſſe ſolet trium dierum: ſed poſſunt aſſignari plures termini Iudicis arbitrio.*
*Dilationes quaſcunque à iure conceſſas poteſt Iudex ex cauſa abbreuiare, & prorogare.*
15 *Pro reorum defenſione, termino durante quid facere debeant reorum Aduocati, & Procuratores, ac ipſe Iudex, & in n. 16. 17. & 18.*
18 *Iudex non ſecundùm propriam conſcientiam, ſed ſecundùm allegata, & probata iudicari debet.*
*Iudex ſupplere non põt ea, quæ ſunt facti in fauorem reorum: ſed ea, quæ ſunt iuris omninò ſupplere poteſt, & debet.*
19 *Pro defenſione reorum admittendi ſunt etiam teſtes non integri, & minus idonei, ac præſumptiones, ac teſtes deponentes de credulitate.*
*Homicidium factum fuiſſe cauſa defenſionis probatur per conſanguineos, ac feminas.*
20 *Defenſiones ex officio concedere Iudex debet quando reus illas non petit, etiam ſi ſit abſens, & etiã in notorijs quando reo competunt.*

21 *De-*

21 *Defenſio tutior in homicidio, vel vulnere, eſt veris teſtimonijs probare occidiſſe, vel vulneraſſe cauſa defenſionis cum moderamine, & quando dicitur defenſio facta cum moderamine. & in nu. 22.*

22 *Moderamen excedēs pro ſua defenſione mitiori pœna punitur.*

23 *Irregularitatem nō contrahit occidens, aut mutilans quando aliter mortem vitare nō poterat, etiamſi ex propria culpa inuaſus ſit.*

24 *Irregularis non eſt occidens præueniendo inſidiantem ſibi, ſi aliter euadere non poteſt.*

*Defenſionis cauſa inuaſorem occidens miſſam celebrando, quando alio modo ſe ſaluare non poſſet, poteſt licitè miſſam cōtinuare, etiam ſi inimicum præueniat.*

*Non polluitur Eccleſia ob effuſionem ſanguinis factam cauſa defenſionis.*

25 *Defenſio in iudicio iudicialiter à reo facienda eſt, & quādo ei à Iudice denegatur, facienda eſt per appellationem à tali grauamine, vel per recurſum ad ſuperiores.*

*Defenſio per calumniam, aut falſas allegationes eſt illicita.*

26 *Defenſio cum moderamine eſt licita etiam aduerſus Superiores excedētes in ſuo officio, & etiam contra patrem excedentē iura ſuæ poteſtatis.*

*Defenſio cum moderamine eſt licita contra clericum ſine incurſu excōmunicationis, aut irregularitatis.*

27 *Defenſio etiam armis fieri poteſt quando Iudex iniuſtè procedit, & alia via de facto quis ſe defendere non valet.*

*Clerici etiam eripere poſſunt de manu familiæ condemnatū iniuſtè.*

28 *Defenſiones iure naturali conceſſas Principes auferre non poſſunt, ſed conceſſam à iure poſitiuo poſſunt.*

29 *Defenſiones proprias reus renunciare non valet in cauſa criminali, niſi eſſet notorium, nullas illi defenſiones cōpetere, vel niſi iuſtā haberet cauſā; vel niſi ſpontè confeſſus ſit.*

30 *Pro defenſione reorum quæ conſiderare Aduocati, ac Iudex debēt circa dicta teſtium.*

31 *Defenſionis terminus aſſignandus eſt reo in iudicio ſpōtè confeſſo, etiam ſi non petat, ex praxi generali.*

32 *Reus ſpontè confeſſus pro ſua defenſione quæ probare poteſt.*

33 *Inquiſitus innocens, ſed conuictus tāquam reus quæ probare poteſt pro ſua defenſione.*

*Veriſimile quod non eſt, non eſt*

*eſt conſiderabile, nec credibile. Negatiua ſimplex etſi probari non poſſit, tamen probari poteſt coarctata loco, & tempore.*

34 *Vulnerati aſſertio etſi contra aliquem non probet, tamen per dictum ipſius probari poteſt negatiua, exculpando imputatum, niſi appareat de veritate in contrarium.*

35 *Per coniecturas inquiſitus ſuam innocentiam probare poteſt: & quæ illæ ſint, explicatur.*

36 *Procurator etſi admittendus non ſit ad defenſionem rei abſentis, eſt tamen admittendus ad excuſandam eius abſẽtiam pro vitanda pœna contumaciæ, non autem criminis, & ad alia, quæ explicantur.*

1 EXaminato iam reo, ſi delictum confeſſus eſt, vel conuictus de illo ſit, quia ante condemnationem ſunt defenſiones illi dandæ, & vt ad hoc deueniri poſſit, faciẽdum eſt à Iudice decretũ de publicatione actorũ, iuxta formam poſitam ſupra in c. 7. num. 23. in fi. & poſt illud danda eſt reo actorũ copia, iuxta formam traditam in d. c. 7. num. 15. in fin. & iuxta ea, quę ibidem dicta ſunt in n. 16. & ſeqq. vſq; ad nu. 22. Niſi procedatur contra cõtumacem, quia nulla tunc fit publicatiõ proceſſus, ſed ſtatim deuenitur ad condemnationem, etiam capitalem, vt dicit Schol. ad Trãquill. Ambroſ. in lib. 3. c. 1. nu. 3. At ego cenſeo etiã tunc publicationem prędictam eſſe faciẽdam, & priuſquã deueniatur ad condemnationem eſſe reo defenſiones aliquo modo dandas, quia tunc Iudex pro reo ſupplere debet, vt ſentit Nacta in 1. adnot. ad cõſ. 120. Alex. lib. 7. & adnotaui ſupra in c. 1. nu. 3. ſed quando reus præſens eſt in cauſis criminalibus, publicatio proceſſus ita pertinet ad ſubſtantiam iudicij, vt ſi omittatur, pfecto proceſſu informatiuo ex parte Iudicis, reoq; examinato, factiſq; debitis repetitionibus, & cõfrontationibus, proceſſus eſſet ipſo iure

iure nullus, quia tolleretur reo facultas ſe defendendi, vt per Clar. in §. fi. q.48. nu.1. ſed ſolet prius citari Pars offenſa ad ſubminiſtrandum, ſi quid habet contra ipſum reum, maximè quãdo adeſt querela, ac etiam ad videndũ fieri publibationẽ proceſſus, vt per Clar. vbi ſup. qui etiam ibidem dicit, ſolere Iudices vnico cõtextu publicare proceſſum offenſiuum, & eius copiã Parti decernere vnà cum termino ad faciẽdas ſuas defenſiones. Qui terminus aſſignandus eſt etiam accuſatori, ſi ipſe cõpareat, & petat ſibi ſtatui dilationem ad probandum; & interim ſuperſedere Iudex debet à publicatione proceſſus, vt per Clarum vbi ſupra, dicens, quòd ita vbiq; indiſtinctè ſeruatur: quæ dicta à Claro confirmantur per Scacc. lib. 2. de iudic. c.4. num.1. & 2.

2 Poſt autem prædicta, ſi Iudex terminum prędictũ non dedit, prout dãdum eſſe dixi iuxta communẽ praxim, de qua teſtatur etiam Farin. de indic. & tort. q.39. n.3. circa fi. poſt Clar. vbi ſup. & alios, quos citat, dare Iudex debet reo terminum, ſeu dilationem ad ſe defendendum, etiam ſi ab illo non petatur, vt per Foller. in ſua praxi crim. tit. & facta litis conteſtatione detur terminus ad probandum, in num.1. & eſt tex. in l. deſertorem §. ſi ad diem ff. de re milit. Et quamuis de iure dilationes duæ dãdæ ſint accuſatori in iudicijs criminalibus, & reo tres iux. tex. in l. fi. ff. de ferijs, non ſolùm in cauſis capitalibus, prout tex. ille loqui videtur, ſed in omnibus cauſis criminalibus quibuſcunq; vt dicit Clar. in d. q. 48. num. 2. in ver. quæro, quot dilationes, poſt glo. magnam ibidem, cuius ſententiã poſt Bald. in d. l. fi. in fi. dicit eſſe cõmunem, & de conſuetudine

dine obſeruari teſtatur poſt Ang. ibid. in nu.1.& Caſtr.poſt num.3. & alios Scribentes, & teſtatur ẽt de communi poſt Farin. in lib.2.qq.criminal.q.39. ampl.3. nu.5. & Clar. vbi ſup.Scac.in lib.2.de iudic. c.4. nu. 10. tamen ſecundùm Innoc. in c. ad petitionem num.4.de accuſat. & communem ſentẽtiam Canoniſtarum,de qua teſtatur Farinac.in d. q. 39. num. 5. & ipſe Clar. vbi ſup. poſt Ang.in l.2. nu.8. ff.de re iudic.materia dilationum in cauſis criminalibus arbitrio Iudicis eſt relicta;ideò ſolere Iudices reis plures dilationes cõcedere,pręſertim quando ſunt in carceribus,cùm in eo caſu ceſſet pręſumptio calumniæ, non autem accuſatoribus ita de facili, ne rei grauẽtur impenſis, dicit Clarus vbi ſupra citatus, & ſequitur Scacc. in d.c.4. num.13. niſi, vt addunt,accuſator præſtet fideiuſſionẽ de omnibus expenſis Parti præſtandis ſi non probet : & dicit Scaccia,quòd nec reo dilationem vltra quartam concederet,quando ageretur de exequutione pęnæ corporalis,quia poſſet præſumi peti tot dilationes ad retardandam executionem . Sed hoc dictũ intellige nõ habere locũ, quando pœna, quæ exequenda eſt, eſſet pœna carceris,nam tunc ceſſaret dicta ſuſpitio .

3 Sed aduertendum eſt, quòd etſi communis ſit prædicta ſententia de intelligẽda d.l.fi.ff.de ferijs, & dilation. quòad omnes cauſas criminales, tamen de iure verior eſt ſententia,quę docet,pręd.l.fi.eſſe intelligendam in ſolis cauſis capitalibus , prout loquitur,ac in alijs puniẽdis pęna corporis afflictiua, prout ſentit Guliel.de Cuneo, cui videtur adhęrere Bart. in d. l.fi.n.11.& alij multi, vt refert Caſtr. in d.l.fi nu. 3. Alex. in nu. 22.

22.& Iaſ. in nu. 50.vbi dicit ſecundùm omnes intellectum hunc eſſe de iure veriorem, & idem affirmat Lanfran.de Oria. in tract. de dilat.num.3.& illos citat, & ſequitur Scacc.in d.c.4. nu. 12.vbi idem refert tenere Cyn. in l. 1. C. de dilat.poſt Iacob.de Arena,quem citat.

4 Dandæq; ſunt dilationes cauſa cognita,vt dicit tex.in d. l. fi. & ſecundùm moderamen locorum, vt dicit prædicta gloſ.magna in d.l.fi.hoc eſt ita,vt concedatur tempus neceſſarium ad faciendas probationes ſecundùm diſtantiam locorum, in quibus degent teſtes examinãdi, vel ex quibus ſcriptura aliqua eſt deducenda, vt dixi in meo Prompt.ver. Dilatio num.7.in verſ.ſed de iure,& in princ. eiuſdẽ nu.7.tetigit, quid quòad hoc de iure, & quid in noſtro Regno ſeruandum ſit. Sed vide melius infra in num.14.

Quę cauſę cognitio nõ requiritur quòad dilationes in d.l.fi.conceſſas,niſi circa diſtantiã loci,vt dicit Scaccia in d.c.4.num. 14. nam cùm prędictę dilationes ex diſpoſitione iuris ſint dandæ,ſcilicet prima, & ſecunda, quæ danda eſt actori; & tertia, quæ eſt danda reo, dandæ illis ſunt etiam ſi aliàs probare potuiſſent,vt per Scacc.in d.nu.14.& 15.

5 Eſtq;dilatio priori loco aſſignãda accuſatori, ſiue denunciatori, ad probandum de iure ſuo,& illa finita eſt aſſignanda reo ad defenſam ſuam, vt poſt Vital. in tract.de malef. in rubr.de probatio. & quot ſunt genera probat. num. 19. dicit Scacc. in d. c.4. num. 4. vbi ad ordinem iuris hoc pertinere dicit, eſſeq;hanc concluſionem certam, & communem affirmat,nec adeſſe in hoc differentiam inter cauſas ciuiles,& criminales dicit. Declaratq;in num.6.hanc con-

concluſionem ita eſſe intelligendam, vt quamuis dilatio ſit prius concedẽda accuſatori, & poſtea reo, tamẽ ſi reus vti voluerit etiam dilatione conceſſa accuſatori, facere hoc poteſt, & è contra poteſt poſtea actor vti dilatione conceſſa reo, quia dilatio conceſſa vni, efficitur cõmunis etiam alteri, ſecundùm Iaſon. in l. fi. n. 33. ff. de fer. & Clar. in d. q. 48. in fi. quos citat, & ſequitur ipſe Scacc. in d. c. 4. num. 6. & cum Claro proximè citato dicit eſſe hanc communem opinionem contra Signorel. in conſ. 160. Quam ſuam declarationem ita eſſe intelligendã explicat Scac. vbi ſup. in nu. 8. vt tantùm habeant locum, quando Iudex procedit per viam accuſationis, aut denunciationis iuridicè, non autem quando procedit ex officio, in quo caſu dicit nunquam vidiſſe in praxi admitti reũ ad probandum, dum ſuas probationes facit Fiſcus, q̃ probat ſine aſſignatione dilationis, & cùm ſe probaſſe credit id, quod pr bare poteſt, tũc aſſignatur reo terminus ad probationes ſuas faciendas; concedendo illi nõ vnam tãtùm, ſed tres dilationes, vt dicit Iaſ. in l. properandum nu. 16. C. de iudic. iux. tex. in d. l. fi. ff. de fer. & ex cauſa cõcedẽda eſt illi etiam quarta dilatio, ſecundùm gloſ. magn. ibidem, & Farinac. qui alios citat in d. q. 39. n. 5. vbi etiam addit, quòd in Romana Curia ſolent Iudices non ſolùm conceſſas à iure, ſed etiã plures dilationes concedere ad faciendas ſuas defenſiones, quãdo in reo non cognoſcitur calumnia, ſeu animus prolatandi iudicium, immò etiam in tali caſu conſilium Iudicibus ipſe dat, vt etiam quartã concedant dilationẽ, quia eſt mora modici præiudicij, ẽt ſi reus nocens eſſet.

 6 Quan-

6 Quando aũt Iudex procedit per viam accuſationis dicit Iodo. in ſua prax. crimin. cap. 31. quòd reo volenti dilationem ad deliberandum ſuper libello, ſeu accuſatione ipſi criminaliter facta,& intentata,ſunt ei de iure tradendi articuli criminum obiectorum, & concedendæ iuſtæ dilationes,vt illis inſpectis, & cognitis, habitaq; matura cõſultatione, an ab eis ſe defendere, & expurgare poſſit; deliberet,an cedere,vel contendere debeat, vel ſi Iudici cõſentire habeat,vel eum recuſare:quam ſentẽtiam tenuit ante Iodocum gloſ. in auth. offeratur in verſ. ad iudicium C.de lit.conteſtat:vbi talis dilatio conceditur reo in ciuilibus ſpatio viginti dierum, ſed ſecus faciendum eſſe dicit Iodoc.in d.c.31.n.2.quãdo Iudex procedit ex officio, ſcilicet per viã inquiſitionis, quia tũc nulla dilatio eſt illi concedenda, nec copia articulorum eſt illi danda, ſed ſtatim reſpondere obligatur. At communis Doctorũ ſententia docet, nec accuſato prędictam libelli copiam, & dilationem eſſe dandam,prout tenẽt Doctores citati à Scacc.in d. c.4. nu.22. inter quos eſt Clar.in d.§. fi. q. 45. verſ. ſed hic quęro,vbi teſtatur de communi ſententia,& conſuetudine, quæ ſine controuerſia ſeruatur, vt dicit ipſe Scaccia ibid. in num.29.

7 Exiſtimarũt quoq;communiter Doctores,in crimine adulterij, ob eius immanitatem nullã omninò, vel vnicam tãtùm eſſe aſſignandam reis dilationem,prout tenet gl.in l.in crimine ff.ad leg.Iul. de adulter. per quem tex.dicit Clar.in d.§.fi.q.48.nu. 3.verſ.ſed nunquid, quòd in tali crimine de iure nõ eſt danda dilatio, niſi ex iuſta cauſa, & teſtatur de d.communi Doctorum

ſen-

ſententia Scacc. in d.c.4. nu.18. ſed Petrus de Bellapert.in l.fi. nu.9.ad fi. ff. de feri. quem citat, & ſequitur Cyn.in l.1.nu.8.in verſ.modò accedamus C. de dilat. cōtrarium tenet, & illos citat, & ſequitur, & paſſim eorum ſententiā ſeruari teſtatur Scac. in d.c.4.nu.21.& de eadē praxi teſtatur Clar.vbi ſupra, dicens, quòd de con-
8 ſuetudine ita dantur dilationes in cauſa adulterij, ſicut dantur in alijs cauſis criminalibus, quæ cōſuetudo, ni fallor, fundari poteſt etiam per d.l.in crimine ff. ad leg. Iul. de adult. ſic enim ait; *In crimine adulterij nulla danda dilatio eſt: niſi, vt perſonæ adhibeantur, aut Iudex ex qualitate negotij motus hoc cauſa cognita, permiſerit*. Ex his namq; verbis apparet poſſe Iudicem ex qualitate negotij arbitrio ſuo in adulterij crimine dilationes concedere, prout
9 expreſsè hoc dicit Franciſ. gloſſator in figuratione caſus eiuſdem legis, & prout tenent Canoniſtæ relati ſupra in num. 2. fieri poſſe in omni crimine. Et id, quod dicitur de cognitione cauſæ in præd. l. in crimine, intelligendum eſt procedere quòad diſtantiam loci, prout ſupra in num.4. intelligendam eſſe dixi d.l.fi.ff.de feri.& dilat.

Nec à prædictis dilationibus obtinendis, ſicut obtinentur in alijs criminibus excluduntur accuſati de crimine hæreſis, confeſſi etiam, vel conuicti, vt poſt Pegn. ad Direct. Inquiſitor. parte 3. comment.28.tenet, & probat Scaccia in d.c.4. num.37. & refert Pegn. vbi ſup. verba Concil. Biterrenſis in c.8. per quę determinatur in iſto crim. concedendas eſſe competentes dilationes, & eſſe benignè admittendas exceptiones, & replicationes.

Et quamuis *in inquiſitionis hereticæ prauitatis nego-*

*negotio procedi poſſit ſimpliciter, & de plano, & abſq; Aduocatorũ. & Iudiciorum ſtrepitu, & figura*, vt habetur in c. ſtatuta 20. de hæret. in 6. & tenent communiter omnes, nemine diſcrepante, vt dicit Scac. in lib. 1. de iudic. c. 52. nu. 2. & in cauſis, in quibus ſummariè proceditur dilationes ſint reſtringēdę, quia non ad ſubſtantiam, ſed ad figuram iudicij pertinent. Illa enim ſunt de ſubſtantia alicuius rei, ſine quibus res ipſa eſſe non poteſt, quia ſubſtantia dat eſſe rei, l. Iulianus §. ſi quis rem ff. ad exhib. prout eſt pretium in emptione l. pretia ff. de contrahend. empt. Inſtitut. de empt. & vend. §. pretium. Iudicium autem ordinarium cauſarum criminaliũ omnium eſſe poteſt ſine longioribus dilationibus, & valet, niſi appelletur, ſecundùm Scac. in d. lib. 1. de iudic. c. 53. nu. 14. in fi. ergo breuiores dilationes in iudicio ſummario concedi poſſunt; nihilominus accuſato de hęreſi breuiores dilationes concedendæ non ſunt, ſed ita ſunt concedendæ, vt in alijs iudicijs criminalibus, in quibus ordinariè proceditur, conceduntur; dãtur enim reo dilationes in cauſis criminalib. ad probandam ſuam innocentiam, & ad conſulendum propriæ famæ, quæ de iure naturæ eſt conſeruãda, & maximè in hoc crimine, quod plus alijs famam denigrat; & ita tenet Scac. poſt DD. quos citat in d. c. 4. difficult. 7. à num. 36. vſq; ad num. 41. vbi notabiliter infert, qđ etſi in clem. ſępè de verb. ſignific. mandetur, vt in cauſis ſummarijs abbreuientur dilationes, tamen hoc non habet locum in cauſis criminalibus, quãuis in illis ſummariè ſit ꝓcedēdum. Et ex hoc ſubinfertur, qđ etſi in cauſis criminalibus Regularium ſum-

ſummariè ſit procedendum per priuilegium Bonifacij VIII. relatũ ſup. in c.1.n.4. tamen nec quò ad illos dilationes ſunt diminuendæ ad ſe defendendum.

10 Suntq; prædictæ dilationes reo concedendæ ad ſe defendendum vnà cum copia indiciorum, non ſolùm prius quàm deueniatur ad ſententiam diffinitiuam, ſed etiam ad interloquutoriam de illo torquendo, prout de iure ciuili, & canonico probat Farin. in d. tract. de indic. & tort. q.39. nu.1.2.& 3. & in fine d.nu.1. teſtatur eſſe hanc communem, & receptam ſententiam, nec habere contradictorem, & Marſil. in l.1.nu.8. ff. de quæſt. aſſerit regulã eſſe generalem, vt priuſquàm ad torturam deueniatur debeat reo indiciorũ copia dari, nec non & terminus aſſignari ad ſe defendendum, ſi petatur, l. ſi vnum §. cognitorum, & ibi Albert. ff. de quæſt. Angel. in l. de tormentis col.2.C. de quęſtion. Debereq; Iudicem hanc cauſam palàm audire, & diſputare, adhibitis Aduocatis vtriuſque Partis, declarat Angel. in l. cuſtodias ff. de publ. iudic. Exiſtimoq; etiã in caſu torturæ concedẽdas eſſe reis tres prædictas dilationes, cùm text. in d.l.fin.ff. de fer. & dilat. indiſtinctè loquatur; & quia eſt mora modici prę iudicij, etiamſi reus nocens ſit, per tradita à Farinac. in d.q.39.nu.5.&6. & ex dictis per Cartar. in pract. interrog. reor. lib.4. c.1. num.165. vſq; ad nu. 198. vbi latè diſputat, an ſint etiam dandæ reo defenſiones, ſi illas facere vellet etiam in repetitione torturę; & quia defenſio nemini eſt denegãda, quocumque tempore per reũ poſtuletur, l. vnius §. cognitorum ff. de quęſt. Steph. Gratian. in deciſ. Rotæ March. deciſ. 144.



Digitized by Google

num.32. Et dicit Marant. in 6. par. ſui ſpec. tit. de dilat. num. 3. quòd in criminalibus ad defenſionẽ rei ad probãdam eius innocentiam poſſunt recipi teſtes quandocumque etiam poſt concluſionem in cauſa, & ita refert tenere Bart. in l. 1. §. fin. ff. de quæſtion. in l. diui fratres ff. pœn. & in l. 2. §. ſi publico col. 4. ff. de adult. Alex. in auth. iubemus circ. fin. colum. C. de iudic. Abb. in cap. ſuborta col. fin. de re iud. Paul. de Caſtr. in conſ. 325. & Franc. Aret. in conſ. 144. Vndè ipſe Marant. ibidem infert, nõ peccare Iudicem, ſi quãdocunque ante ſententiam concedat in criminalibus reo dilationem ad ſe defendendum. Et meritò hoc dicit, quia talis ſentẽtia probabilis eſt, & firmata auctoritate prædictorum grauiſſimorum Authorum; ideòq; in praxi ab illa nunquam recederem, etſi Bald. in l. cũ à nobis C. de dilat. dicat, dilationem ad ſe defendendum non eſſe concedendã poſt cõcluſionem in cauſa, ſiue præceſſiſsẽt dilationes, ſiue non. Imò plus dicit Foller. in rubr. recipiantur defenſiones reorum nu. 8. in ſua pract. crim. quòd defenſiones reorum debent audiri, & admitti etiam poſt ſententiam condemnatoriam, & debere tunc Superiorem ſuperſedere exequutionem ſentẽtiæ, affirmat poſt Bart. Marſ. & Innoc. ac Bal. & dicam infra in num. 20.

11 Durante autem termino dictarum dilationum, quæ conceduntur reis ad ſe defendendum Iudex ad vlteriora ꝓcedere non debet, vt expreſsè ex illo tex. hoc notat Marſil. in d. l. vnius §. cognitorum nu. 123. ff. de quæſtionib. & ita tenet Burſat. in conſil. 201. num. 75. lib. 2. & alij, quos citat, & ſequitur Farinac. in d. q. 39. nu. 7. pendente

dente enim termino dilationis, Iudicis officium conquieſcit,& dies tàm feriati, quàm non feriati in dilatione computãtur, vt determinatum eſt per tex. ad hoc notabilem in l. ſiue pars C. de dilat.per hęc verba: *ſiue pars, ſiue integra dilatio fuerit data, eo vſq. Iudicis officium conquieſcat, donec petiti temporis defluxerint curricula. Feria autem, ſiue repentinę, ſiue ſolemnes ſint dilationũ temporibus non excipiantur, ſed his connumerẽtur*, per quem tex. ita tenet Gratian. in d. deciſ. 144. nu.37. poſt Franc.in cap. ſignificante nu.15. de appellat.& per d.l.ſiue pars, quæ eſt 3.C.de dilat.non viſo Gratiano ita tenui in meo Prompt.verb.dilatio num. 13. Eſtq; hoc adeò verum,vt ſentẽtia, & omnia alia ſubſequuta ſint ipſo iure nulla, vt dicit Gratian.vbi ſupra nu. 38. poſt Pariſ. in conſ.16. nu. 14.lib.4.Rot.dec.37.n.2. de appellat. in antiq. & Vant.de nullit. ex defectu iuriſd.num.175. & nec ex Partium cõſenſu ratificari valeãt,vt per Gratian.ibid. in n. 39.in prin.poſt Bald. in d.l.ſiue pars,& Lancell. de attent.dilat. pend. n.5.

12 Quæ omnia inuenies me dixiſſe in d. verbo Dilatio num.13. ſed cum his limitationibus, ſcilicet, Primò, dummodò Iudex cõcedendo dilationes nõ reſeruet ſibi poteſtatem quandocunq; interim iudicandi, vt per Scac. in lib.2.de iudic.c.3.nu.170. quod tunc Iudices facere hoc ſolere dicit Farin.in d.q.39.num.11. vbi hanc ſententiam & ipſe tenet, quando ſuſpicantur, dilationem peti ex calumnia. Et in nu.12. introductum eſſe in Curia Gubernatoris Vrbis refert, vt in delictis notorijs, in quibus nulla defenſio cadere poteſt concedatur dilatio ad ſe defendendum v3. intra terminum trium dierum

cum clauſula *plus, vel minus arbitrio ipſius Iudicis.* Secundò, vt iudicare Iudex interim non poſſit, ſi pro tota cauſa fuit dilatio conceſſa; ſecus ſi pro vno articulo tantùm, nam tũc ſuper alijs articulis, ſuper quibus dilatio non fuit conceſſa iudicare valet, ſi ſeparata ſint, & non cõnexa, aliàs ſecus, vt per Cyn. & Fulgoſ. in d. l. ſiue pars. Tertiò, vt iudicare interim Iudex non poſſit, niſi ex cauſa dilationem reuocaret, illam abbreuiando, quod facere Iudicem poſſe dicit Gloſ. in ver. Curricula in d. l. ſiue pars, & Paul. de Caſtr. ibid. in nu. 2. & Bald. in num. 1. quem ſequitur Gratian. in addit. quam ipſe facit ad d. ſuam deciſ. 144. n. 15. vbi etiam dicit, hanc reuocationem eſſe faciendam expreſsè, nam aliàs nõ cenſetur dilatio reuocata, ſi de facto ad vlteriora procederet, vt determinatum eſſe dicit in Rot. Rom. coràm R.P. D. Brauo in vna Anconitana die 14. Nouembris, & in vna Amerinenſi die 13. Nouembris 1593. corã R.P.D. Iuſto. Quartò, iudicare Iudex poteſt tempore conceſſæ dilationis durante, quãdo cauſa, ob quam fuit cõceſſa dilatio ceſſat ante tempus conceſſę dilationis, vtputà ſi data eſſet dilatio trium menſium ad aliquid probandum, vel producendum, & fuit probatum, & productum in primo mẽſe, tunc poteſt Iudex ad vlteriora procedere, quia ceſſante cauſa dilationis ceſſat dilatio l. à filia §. alumnos ff. ad Senatuſc. Trebell. & ita tenet Fulgoſ. in d. l. 3. Et vide etiam tres alios caſus, in quibus Iudex procedere poteſt ad vlteriora, dilatione durante, apud Scac. in d. c. 3. nu. 171. 172. & 173.

13 Et quòad reuocationẽ à Iudice faciẽdam aduerte quòd non ſolùm eſt faciẽda expręſsè, vt dictum eſt,

eſt;& tenet etiam Farin. in d.q.39.nu. 10. ſed fieri non poteſt, nec debet ſecundùm Farinac.in d. nu. 10. niſi eſſemus in notorijs ob vitandum tumultũ in populo;quãdo imminet ſi retardaretur punitio delinquentis, nam tunc, ne ſequatur tumultus procedi poteſt ad vlteriora,non obſtante dilatione cõceſſa. Et idem eſt dicendum quando reus probabiliter eſt ſuſpectus de fuga, vt dixi in d.verb.Dilatio nu. 13.poſt Doctores ibidem citatos; poteſt enim tunc dilatio abbreuiari, ne péricuium ſit in mora,& dũmodò non denegetur illi neceſſaria defenſio, & interim eſt reus cautius cõſtituendus, maximè quia in tali caſu poſſunt dari defenſiones reo exiſtenti in ſecretis carceribus, nã etſi regulariter tempore defenſionis rei *ad largam*, vt dicitur,poni ſolcant,tamen ſtante qualitate perſonarum, & cauſæ ſolent etiam dari reo exiſtenti in ſecretis, vt per Tranquill. Ambroſin. in lib.3.de modo form.proc.inform.c.1. nu. 21. dummodo durante termino cõcedatur ipſi reo facultas alloquendi cum Procuratorib.& Aduocatis, ſaltem præſente ipſo Iudice, vel Aſſeſſore, vel Fiſcali, aut Actuario, vel alio nõ ſuſpecto,ab ipſo Iudice deputando, vt per Ambroſ. d.c.1.n.22.

14 Terminus autem, qui ordinariè dari ſolet reis ad ſe defendendum de conſuetudine,& ſtylo Curiarum eſt terminus trium dierum; ſed ex iuſta cauſa poteſt Iudex longiorem, aut breuiorem terminum aſſignare, vt poſt Cartar. dicit Ambroſin. de modo from.poceſſ.inform.lib.3. c.1.n.23.& 24. addens in nu.25.non eſſe ideò intelligendum vnicum tantùm terminum aſſignandum eſſe, ſed poſſe aſſignari plures, quãdo Iudex hoc æquum, & neceſſarium



Digitized by Google

eſſe duxerit, vt per Alex. in l. 2. num. 8. ff. de re iud. & Clar. in d. q. 48. nu. 2. verſ. quæro quos, & iuxta ea quæ ſupra in nu. 4. & 5. dicta ſunt; ſed dicit Marant. in ſuo ſpec. par. 6. ver. Dilatio nu. 15. & patet etiam ex dictis ſupra, quòd omnis dilatio eſt Iudici arbitraria, & habito reſpectu ad diſtantiam loci, ad qualitatem perſonarũ, & cauſę, longiorem, & breuiorẽ dilationem concedere poteſt, iuxta ſententiam Speculatoris in tit. de cit. §. nunc de tempore in fin. & in §. fi. in fi. & idem Marant. in tit. de dilat. nu. 16. ex Regijs Pragmaticis tradit tempus in dilationib⁹ aſſignandum, tàm habentibus teſtes præſentes, q̃ abſentes, quod quia maximè Regnicolę videre poſſunt apud illũ, hic breuitatis cauſa omittendum eſſe cenſeo, non omiſſo tamen eo, quod ipſe dicit tàm in principio, quàm in fine eiuſdem num. 16. ſcilicet, poſſe Iudicẽ ex cauſa quaſcunque à iure cõceſſas dilationes (& ſic ẽt ceſſas per Pragm. Regias) abbreuiare, & prorogare, vt not. Alex. & DD. in l. 2. ff. de re iud. & Abb. in cap. cùm ſit de appell.

15. Infra quem terminum reo aſſignatum curare debent reorum Aduocati vacuare, & perimere indicia contra reos in proceſſu probata, quando proceſſus eſt legitimè fabricatus, ita vt cum iuridico fundamento de illius nullitate dicere non valeant, facereq; hoc debent per allegationes veras, & iuri, ac DD. dictis conſonas, quando indicium à iure emanat; ſed ſi à facto proueniat, facto cõtrario euacuare illud nitantur, non quidem per mendacia, & calumnias, ſed per probationes veras, & reales, & propriæ conſcientiæ non contrarias, vt quia v. g. indiciatur quis per fugam poſt delictum, & veritas

eſt

eſt, quòd non aufugit, ſed ob aliquod negotiũ pertractandũ è loco diſceſſit. Indiciatur reus ob inimicitiã capitalem, debet Aduocatus conſiderare cauſam vndè proceſſit, & veris teſtimonijs probare illam non fuiſſe veram, vel non ſufficere rationabiliter ad talem vindictã faciẽdam: quod ſi probare non põt, quia vera eſt, & clara: tunc ſi fieri põt, probanda eſt recõciliatio per actus exteriores, ex quibus præſumitur, & inducitur, vt latiùs per Foller. poſt DD. quos citat in rubr. recipiantur defenſiones reorũ nu. 1. & 2. quem omninò videant Iudices, & Aduocati, quia ibi materiã hãc latè tractat.

16 Et quãdo reus aliquem vulnerauit, qui ſtatim mortuus non eſt; probent Aduocati ſi hoc legitimè ꝓbare poſſunt, eueniſſe hoc rixa, vel quòd mortuus nõ eſt ex vulnere, adhibendo reales fides Medicorum, quòd vulnus nõ erat mortale, & conſimilia, vt per Foller. latè poſt DD. quos citat vbi ſupra in n. 3. & 4. & 5. & in n. 6. dicit ea, quæ in contrarium poteſt probare Fiſcus.

17 Deficientibus autem Aduocatis in reorum defenſione, poteſt, & debet Iudex ex officio ſuo examinare teſtes à Parte non productos, etiam ipſa Parte non inſtante, nec poſtulante, ſecũdùm Bar. in l. 1. §. fi. cir. prin. ff. de quæſt. & in l. 2. C. de abolition. & Marſ. in ſua prax. crim. in §. oportunè num. 14. quos citat, & ſequitur Folle. vbi ſupra in nu. 9. per tex. optimum in l. ſi non defendatur ff. de pœn. vbi expreſsè determinatur, vt quando non benè defendũtur inquiſiti, Iudex, qui cauſam cognoſcit, de eorum innocentia quærere debet, & faciunt finalia verba text. in l. 2. C. de eden. cui concordat decretum Eleutherij Papæ in cap. iudi-

can-

cantem 30.quæſt.5.

18 Et quamuis Iudex ex eo, quòd non ſecundùm propriam conſcientiam, ſed ſecundùm allegata, & probata iudicare debeat, vt notatur ex c.2. de off.Ordin.& notat glo. & Bart.in l.illicitas §.veritas ff. de offic. Pręſid. & alij à me citati in meo Promptuario verb. Iudex num. 5. & latius ſcripſi in mea 3.par. lib.5.c.4.à nu. 26.vſq;ad nu.33. ſi videat partem alteram in probationibus defeciſſe, aut quidquam neceſſarium allegare omiſiſſe, non poſſit ipſe ſupplere, quia ſecundùm propriam conſcientiam iudicaret, vt tenet Vaſquez in 1.2. q.19. a.6.diſput.64.c.2. num.6. & 7.& ſequitur Sãchez in opere morali lib.1. c.9. n. 48.tamen, vt dixi in d.ver. Iudex nu. 6. eſt hoc intelligendum, vt ſupplere Iudex non poſſit, ſi Partes probare deficiant ea, quæ pertinent ad factum, at ſi deficiant quòad ea, quæ ſunt iuris, ipſe Iudex ſupplere poteſt,& debet iux. tex.apertum in l.vni. C.vt quæ deſunt Aduoc.Iudex ſuppleat; & probatur ex cap.bonę memoriæ,& ibi gloſ.in verſ.curauimus allegare, & ibi Doctores de poſtul.Prælator. Et ita tenet Gloſſ.in verſ.remaneat in d. c. iudicantem 30.q.5.Et ita intelligenda eſt doctrina Bartoli,Marſ. & Foller.relata in nu.pręced. vt ſcilicet debeat Iudex examinare teſtes à Parte non productos,etiã Parte non iſtante, ad probandum ea,quę ſunt iuris, non autem ea, quæ ſunt facti; nam alioquin & eorum doctrina, & iura,quæ allegant eſſent contraria dictæ leg. vnic. C. vt quæ deſunt aduoc. & iura iuribus concordare oportet cap.cũ expediat de elect. in 6.l.1.C.de inoff. dotib.

19 Admittendi ſunt etiam pro defenſione reorum teſtes non integri, & minus

nus idonei, ſecũdùm Speculat. in tit. de inquiſit. §. 1. verſ. ſed nunquid reus, quē citat, & ſeqtur Anan. in conſ. 59. & tenet Alex. in conſil. 24. incip. Animaduerſis col. 13. lib. 2. quos citat, & ſequitur Foller. in d. rubr. recipiantur defenſiones reorum nu. 10. & ad probandum homicidium factum fuiſſe cauſa defenſionis admittuntur conſanguinei fœminæ, etiam admittuntur prę ſũptiones, vt per Foller. prox. cit. in nu. 16. addens, quòd ad defenſionem plenè probant etiam teſtes deponentes de credulitate, ſecundùm Salyc. & Bald. in l. ſolam C. de teſtibus, & alios, quos citat. Ad elidendam autem plenam probationem homicidij ſufficit ad rei defenſionem ſi vnus teſtis dicat, ſcilicet ex cauſa ſcientiæ homicidium fuiſſe commiſſum cauſa defenſionis, vt per Boſſ. in tit. de defenſ. num. 3. eſt enim probatio contra probationem quærelantis, ſeu Curiæ, vt latius declarat ipſe Boſſ. in tit. de cõfeſſis col. penult.

20 Reò autē defenſiones non petente Iudex ex officio illas concedere debet, vt dicit Bar. in l. fi. nu. 11. ff. de fer. & dilat. per d. l. vnius §. cognitorum ff. de quæſtionib. & l. ſi non defendatur ff. de pœnis, & etiam poſt ſententiam, vt in l. 1. in fi. ff. de quæſt. & idem tenet Caſtr. in d. l. fi. n. 11. & alij, quos citat, & ſequitur Maran. in ſuo ſpec. par. 6. act. 3. num. 3. & dixi ſupra in num. 10. cum Foller. & alijs à me ibi citatis. Idemq; tenet Sigiſmun. Scac. de iudic. lib. 2. c. 4. diffic. 4. nu. 16. vbi etiam ex comm. Doctorum ſententia, & præſertim ex Baldo in tract. de ſtatut. in ver. terminum nu. 8. addit, Iudicem concedere debere terminum ad ſe defendendum reo confeſſo etiam non præ-

ſenti

ſenti, & illum errare ſi nõ concederet petenti: & in n.17. reprehendit Iudices amputantes reorum defenſionem: ſed intellige quando hoc facerent ſine cauſa, & nõ ſeruando ea, quæ dicta ſunt ſupra in nu. 12. eſſeq; illas concedendas etiam in notorijs, communis eſt Doctorum ſententia, vt dixi in meo Prompt. verb. defenſio in fi. ex Gomeſ. tom. 3. var. reſolut. c. 1. num. 43. ac ex Farinac. & alijs, quos refert in p. 1. q. 21. num. 27. & Ameſcu. in tract. de poteſt. in ſeipſ. lib. j. c. 17. n. 5. Dummodò in delicto notorio defenſiones reo cõpetant, iuxta dicta ſupra in c. 4. num. 18.

21 Ad defendendũ inquiſitos de homicidio, vel vulnere tutior defenſio eſt veris teſtimonijs probare illos pro defenſione proprię vitę vulneraſſe, vel occidiſſe; nam in tali caſu ſi defenſio facta ſit cum moderamine inculpatæ tutelæ, vt Legiſtæ dicunt, hoc eſt, cum debita proportione, de homicidio non tenetur ille, qui incontinenti aggreſſorem occidit, vt communiter Doctores docent in l. vt vim ff de iuſt. & iure; Quã proportionem tũc interuenire dixi in d. meo Prõpt. iar. ver. defenſio nu. 2. ex Fortun. Garcia in d. l. vt vim n. 4. ff. de iuſt. & iure, & gloſ. in cap. ſignificaſti de homic. quàndo ad defenſionem id agitur, quod repellere violentiã poteſt, & concordat Bar. in d. l. vt vim num. 9. dicens, moderatam eſſe defenſionem, quando aliter non potes euadere, quin tu offenſionem recipias. Et concordant ea, quæ dixi in mea 1. 2. lib. 3. c. 1. num. 3. Nec eſſe neceſſarias tres illas partes, quas pro inculpata tutela neceſſarias eſſe exiſtimauit Accurſius, probat Salomonius in d. l. vt vim à n. 6. vſq. ad 10. & p̄ſertim oſtendit proportio-

tio.

tionem prædictam neceſſariam non eſſe in armis, vt etiã dixi in d. verb. Defenſio num.2.

22 Diciturq; facta defenſio cum prędicto moderamine, ad hoc, vt reus defendi poſſit quòad forum exterius, ſi quis repercutiat poſt primum ictum, vt notat gloſ. magna in cap. ſignificaſti il 2. de homicid. & notant omnes in l. 1. C. vnde vi, & Salyc. in l. ſi quis à ſe fundum C. ad legem Iuli. de vi publ. & Felin. in conſ. 50. n. 14. in fi. & dixi in d. ver. Defenſio nu. 2. in verſ. & quãuis. Quod quidẽ moderamen ſi quis excederet, etſi punitione dignus ſit, mitiori tamen pęna punitur, quia motus corporis ad defenſionem violentus menſurari nõ poteſt, vt dicit Felin. in d. conſil. 50. nu. 19. & dixi in d. nu. 2. vbi etiam inuenies, quid ſit quòad prædicta dicendum in foro conſcientiæ.

23 Et ſi fortè ageretur cõtra Clericum mutilantem, aut occiſorem ad declarandum, illum non cõtraxiſſe irregularitatem, probare Aduocati veraciter debent illum mutilaſſe, vel occidiſſe, ex eo quòd aliter mortem vitare non poterat, nempè quia ita arctatus erat, vt fugere nõ poſſet, nec clamore, aut alia via ſe iuuare; quia tũc nullam irregularitatem incurreret, vt determinatũ eſt in Clement. 1. de homicid. & dixi in mea 3. p. lib. 7. c. 1. nu. 57. & in Prõptuar. d. verb. Defenſ. nu. 3. in verſ. quæ ſententia, vbi, & in d. c. 1. nu. 58. dixi hoc procedere etiam in caſu, quo quis ex propria culpa inuaſus ſit, ſi inuaſorem occidat, in caſu, quo mortem aliter vitare non valeret; & propria culpa ſit talis, vt illam committens periculum inuaſionis vitare non potuerit; quia ſi præuidere potuit, aut debuit, & non præuidit, mortem aliter vitare poterat

terat non committendo culpã,& ſic eſſemus extra caſum d.Clem.1.

24 Ille etiam, qui aliter euadere nõ valens ſi præueniendo inſidiantem ſibi occideret,& hoc probaret, declarandus eſſet à pœna irregularitatis immunis, per ea, quæ dixi in d.c.1. nu.59. & in d.verb. Defenſ. num.3. vbi etiam retuli, ita tenere Vaſquez in opuſc.de reſtit.c.2.§.1. dub.7. num.22. Imò plus dicit Salomoni. in d.l. vt vim ff. de iuſt.& iure num. 15.poſt Ioa. de Lignano, quem citat Panor.in cap. Clericis de vita,& honeſt. Cler. ſcilicet quod ſi Sacerdos inter miſſarum ſolemnia inuaſorem occideret ob defenſionem propriæ vitæ, quam aliter ſeruare non poſſet, ſtatim miſſam illi continuare liceret;tenent etiam eandẽ ſententiam Silue. in ver. bellum 2. q.3. dummodò concurrant ea,quæ habẽtur in d.Clem.1.Procedereq; prædicta dicas etiam ſi inimicum præueniret ex altari,quãdo aliter mortem euadere Sacerdos celebrans nõ poſſet,quia eadem & in illo militat ratio. Et probabilis eſt ſententia Sylu.in d.q.3.quòd nec in tali caſu pollueretur Eccleſia,cũ abſq.iniuria ſanguinis effuſio tunc fiat;& ad pollutionem Eccleſiæ requiritur effuſio ſanguinis cum iniuria, vt not.in cap.vnic.de conſecrat.Eccleſ.lib.6.& dixi in d.verb.Defenſio nu.5.

25 In iudicio autem iudicialiter defenſionem ſuã reus facere debet, etiam ſi à Iudice illi denegetur, per ea, quę dixi in d.ver. Defenſio num. 6. in verſ. & ſicut de iure per l.quiſquis C.de poſtul. faciendaq; eſt, quando ei denegatur vel per appellationẽ à tali grauamine, vel per recurſũ ad Superiores, vt in l.nec magiſtratibus, & ibi gloſ.& Doctor.ff. de minorib.Et ratio eſt, quia vt

vt dicit Anchar. in cap. 1. nu.4. de dilationibus, omnis modus defendēdi eſt commenſurandus modo offendendi, qui intenditur l. 1. & ibi notatur C. vnde vi, ſed in hoc caſu modus offendendi eſt per violentiam iudicialem; ergo per violentiam iudicialem eſt faciēdus modus ſe defendendi, non autem iniurijs, & opprobrijs, nec calumnijs, aut falſis allegationibus, & falſis teſtibus, quidquid in contrarium dicant Doctores à me citati in d. meo Prompt. ver. Aduocatus nu. 24. & alij; quia, vt ibidem dixi, in foro conſcientiæ nullo modo hoc licet.

26 Sed quia defenſio cum ſupradicto moderamine contra quemlibet inuaſorem licita eſt, cùm à iure naturali conceſſa ſit cap. ius naturale. 1. diſt. & dixi in d. verb. Defenſio nu. 6. in prin. licitam eſſe, ibidē addidi etiam contra Supe riores, quando excedunt in ſuo officio (ita ſcilicet, vt ad modum exceſſus defenſio fiat, per dicta in nu. præced.) vt eſt tex. & ibi gloſ. in l. prohibitū in verſ. reſiſtentibus C. de iure fiſci lib. 10. l. deuotum C. de metat. & epidem. lib. 12. & facit l. 1. C. quando licet vnicuiq; ſine iud ſe vendic. & etiam contra patrem, ſi excedat in his, quæ iure patriæ poteſtatis ſibi conceſſa ſunt, ac contra Abbatem, & alios Prę latos aliquid contra ſubditos attentantes vltra poteſtatem, & modū ſibi conceſſum, vt per D. Antonin. in 3. p. tit. 4. c. 3. §. 1. & Silu. ver. Bellum 2. q. 5. vbi idem dicit de vaſallis, & ſeruis contra dominos, & de vxoribus contra maritos, quando & ipſi excedunt poteſtatem ſibi cōceſſam in puniendo, vel corrigendo, vt dixi in d. ver. Defenſio num. 6. vbi etiam addidi, licitam eſſe etiam, contra iniuſtum Iudicem, iuxta ea, quæ dixi

in eod. Prompt. in verb. Damnatus ab homine nu. 10.& iuxta dicenda in num. ſequenti. Et licere etiam contra Clericum aggreſſorem ſine incurſu excommunicationis, aut irregularitatis, dixi etiam in d.nu.6. ex Gomeſ. lib. 3.var.reſol.c.3.nu.20. per tex.in cap.ſi verò il 1.de ſent. excomm. in verſ. ſi verò clericorum, & in Clement. 1. verſus finem de homicid.& per ea,quæ dixi in mea 3.part.lib.4.c. 1.nu.19. & aliquibus ſeq. & licere etiã contra furioſum, mente captum, vel dormientem offenſorem dicit Gomeſ. vbi ſupra. Quapropter ſi caſus occurreret, & eſſet quis ob aliquod ex prædictis inquiſitùs pro defenſione inquiſiti exceſſum offendentis probandum eſt ab Aduocatis, vnà cum moderamine offenſionis.

27 Quę dicta ſunt ſupra in nu. 25. ſcilicet vt ſi inquiſitus iudicialiter offendatur, iudicialiter ſe defendere debeat, intelligenda ſunt, vt procedant, quando iudicialiter facere hoc valeat per appellationem, vel recurſum ad Superiorem; nam ſi non valet, nẽpè quia de facto à Iudice impeditur, & de facto iniuſtè ad mortem eſt damnatus, vtputà, vel quia delictum nõ fuit ſufficienter probatum, vel quia pęna excedit culpam à reo cõmiſsã, tunc põt inquiſitus armis ſeipſum defendere, ẽt occidẽdo iniquũ Iudicẽ, aut miniſtros iniquos, vt dixi in d. meo Prõpt. in ver. Dãnatus ad mortem num.10.poſt D.Thom.& Vaſquez ibid. à me citatos: Et quòad miniſtros explicaui eſſe doctrinam prędictam intelligendam procedere, quando cum ſcientia iniquitatis ſententiæ, illam volunt exequutioni demãdare, ſed ſecus quãdo ignoranter, & bona fide exiſtimantes illam eſſe iuſtam. Eſtq; notandum

dum id, quod dicit Foller. in ſua prax.crim.rubr. etſi confitebuntur nu. 11. vbi admonet Iudices, vt iuſtè condemnent reum, nam alioquin etiã clerici eum eripere de manu familiæ, ſecundùm Alex. in conſ. 44.incip. poſt reditum primum, Alber. de Roſ. in l.addictorum C. de epiſc. audient. & Marſil.in ſua pract.crim. §. attingamus num. 41.

28 Nec poſſunt Principes defenſiones iure naturali conceſſas tollere ſecundùm Anch.in c.1. num.4. de dilat. per text.in §. ſed naturalia Inſtit. de iure nat. & videtur expreſſum in clem.paſtoralis §. ceterum, verſus fin. vt dixi in d. ver.Defenſio n.7.Et quãuis per nõnullas leges ibi citatas, ac in alijs defenſio quandoq; deneganda videatur, tamen non denegatur ea, quæ à naturali iure conceditur, ſed ea, quæ cõceditur à iure poſitiuo, vt tenet Anch. in cap. per tuas nu.5.& 6. de ſimon. Bald. in d.l.vt vim num.4. & 5.ff.de iuſt.& iur. & alij à me citati in d.num.7.& hoc ꝓcedere dicit Anch. in conſ.259.etiam ſi iudicium fiat ſummariè, vt dixi in d.n.7.in fi.

29 Nec ipſe reus proprias defenſiones renunciare poteſt in cauſis capitalibus ſecundùm gloſ. in l. pactum inter hæredem ff.de pact. & Bal.in l.vnic. num.27.C.de confeſſion. vbi nec fieri hoc poſſe etiã cum iuramento, cùm talis defẽſio à iure naturali ꝓcedat, & idem tenet Bart. in l.cuſtodias ad fi. ff.de publ.iudic. Couarru. qui alios citat in lib.4. decret. par.2.cap.12.num.16.niſi eſſet notorium, nullam illi defenſionem competere, vt poſt Bald. & alios quos citat tenet Clau.de Seyſſello in d. l. vt vim nu. 11.ff.de iuſt.& iure, vt dixi in d. verb.Defenſio nu. 8. in verſ.& opinionem. Quæ quidem ſententia

eſt

Digitized by Google

eſt limitanda, vt non procedat in caſu, quo quis iuſtam haberet cauſam renunciandi ſuis defenſionibus, per ea, quæ dixi in d.n.8. ante verſ.& opinionum: Item limita, vt non procedat in eo, qui ſpontè confeſſus eſt, quia ille ſuis defenſionibus renunciare poteſt, & talis renũciatio valida eſt, ſecũdùm Bald.in l. ſi accuſatoribus col.1.C.de accuſ. & in l.j. col.23.in verſ.ſuper quinto C. qui accuſ. non poſſ. & habetur per Marſil.in l.vnius §.cognitorum col. 12.in verſ. fallit tamen iſta concluſio ff. de quæſtion. quos citat, & ſequitur Foller.in ſua prax.crim. in rubric. & ſi confitebuntur n.72.

30 Pro defenſione reorum maximè conſiderandũ eſt ab Aduocatis, ac etiam à Iudice (cùm non ad factum, ſed ad ius pertineat quod eſt dicendum) an teſtes deponentes de delicto in genere cõmiſſo, aut de aliquo indicio, aut de ipſo delicto probent concludenter; nam ſi ſunt ſingulares, & contrarij, de iure non coniunguntur etiam ad faciendum indicium ad torturam, ſecundùm Bald.in l.ſi quis ex argentarijs §.1. ff.de edend. & in l.Spadonem §.quarta ff.de excuſ.tuto. ac in l.iuſiurandum C. de teſt. & Ioa.Calderi. & Butr. in cap.veniens il 1.de teſtib. quos citat, & ſequitur Foller.in d.ſua pract. crim. in tit. item quòd ſororem venenauit num.13. vbi & in ſequent. tradit, quomodo ſint defendendi illi, qui inquiſiti ſunt de propinatione veneni.

Conſiderare etiam Aduocati debent ea, quæ opponere poſſunt contra dicta teſtium, iuxta ea, q̃ dixi ſupra in c.7.nu.11. in verſ. quibus publicatis, vbi etiam dixi, ſtatuẽdum eſſe inquiſito terminum ad opponendum contra illos.

31

31 Sed quæri ab aliquo poteſt, an defenſio dari aliqua poſſit inquiſito, qui crimen commiſiſſe in iudicio confeſſus ſit ſpontè, & coràm Iudice competẽte? cui difficultati, ex eo videtur negatiuè eſſe reſpondendum, quòd qñ reus ſpontè delictum cõfeſſus eſt, talis confeſſio contra eum plenè probat, & ex ea plenè poteſt, & debet abſq; alia confeſione condemnari; & dici ſolet tunc, nullas eſſe Iudicis partes niſi condemnandi. Et hanc eſſe communem opinionem Doctorum dicit Gandin. in tract. de malef. tit. de quæſt. & torment. nu. 15. Clar. in §. fi. q. 65. num. 1. poſt Ruin. in conſ. 80. poſt num. 7. lib. 4. Viui. in lib. cõm. opinion. in ver. confeſſio facta ſpõtè, Imola in cõſ. 109. circa prin. & alios, quos citat, teſtantes de hac communi ſententia. Verùm quia multa probari, & deduci poſſunt contra propriam reorum confeſſionem, vt mox dicam in num. ſeq. praxis vniuerſalis ſeruat, vt reus cõfeſſus ſtatim nõ condemnetur, ſed vt præfigatur illi terminus ad ſuas defenſiones faciendas, & ad allegandũ quidquid vult contra ſuã propriam confeſſionem; de qua communi praxi teſtatur Salyc. in l. 2. num. 7. C. de cuſtod. reor. Anton. Gomeſ. in 3. lib. var. reſol. c. 12. de delic. num. 3. in fi. & poſt illos Clar. in d. q. 65. nu. 1. verſ. fi. Vbi addit, quòd etſi ſecundùm Boſſ. in tit. de confeſſ. nu. 2. talis terminus confeſſis aſſignandus non eſt, niſi illud petant, tamen praxis generalis ſeruat, vt illis aſſignetur etiã ſi non petant, prout dicit etiam Folle. in ſua prax. crimin. rubr. & ſi confitebuntur n. 64.

32 Contra aũt prædictam confeſſionem probare, & allegare poteſt non conſtare de corpore delicti, vel ſi de corpore delicti con-

conſtet, probare poteſt tale delictum ab ipſo non fuiſſe cõmiſſum, eò quòd tempore, quo fuit commiſſum, ipſe erat in partibus remotis, vel quòd erat in tali loco cum talibus, qui illum vidiſſent ſi delictum illud commiſiſſent: vel quod non fuit examinatus corã Iudice ſedente pro tribunali, ob quod eius confeſſio non eſſet iudicialis, vel illam fuiſſe extortam ſub promiſſione impunitatis: vel quòd fuit facta in proceſſu formato iuris ordine non ſeruato. Et caſu, quo talis confeſſio facta ſit in tormentis, probari poteſt indicia non fuiſſe ſufficientia, vel non fuiſſe ſeruata ea, quæ ſeruanda erant. Quæ omnia latè probat, & examinat Clar. in d.§.fi.q.55.per tot.

33 Et in caſu, quo inquiſitus, qui innocens eſt, conuictus ſit tanquam reus, probare poteſt ad ſuam defenſionem delictum illud nõ fuiſſe commiſſum, vel per euidentiam rei, vt putà quia ille, qui dicitur occiſus exhibetur viuus, vel domus, quæ dicitur combuſta reperitur illęſa, & huiuſmodi, vt per Clar. in d.§.fi.q.52.num.1.&2. vbi ex Bal. ex l. ſi quis teſtibus in fi. C. de teſtib.& Ang.de malef.in ver.com paruerunt, & produxerũt inſtrumentum pacis, & pract. Carrer.fol.558.nu.96. refert de facto contigiſſe, quòd exhibitum fuit corpus illius, qui dicebatur occiſus, & cùm repertum fuiſſet ſine vulnere, inquiſitus fuit liberatus, & abſolutus, licèt contra eũ plenè probatum fuiſſet. Idemq; dicit ipſe Clarus vbi ſupra in caſu, quo cõuictus probaret, quòd delictum, de quo eſt conuictus ſecundùm rerum naturam committi non potuit, exemplum de inquiſito, & cõuicto per Curiam Papię, quòd præpoſtera Venere fregiſſet cuidam feminæ inteſtinũ rectum,

ex

ex qua parte ipſa poſtea peperit, quod cum incredibile viſũ fuerit Senatui Mediolanenſi, accuſatum abſoluit; & meritò, quia quod non eſt veriſimile, non eſt cõſiderabile, nec credibile, l. quod habebat ff. de leg. 3. l. fi. §. fi. ff. de eo, quod certo loco, cap. quia veriſimile de præſumpt. Ruin. in conſ. 1. num. 2. ad fi. vol. 5. quem citat, & ſequitur Doctiſſ. & Clariſs. Criminaliſta D. Octauius Vitalianus in quodam conſilio impreſſo pro D. Ottauio N. verſus fi. in verſ. primò per. Et in nu. 3. vbi ſupra dicit Clar. poſſe etiã per teſtes probari, quòd delictum non fuit commiſſum; nam etſi negatiua ſimplex probari nullo modo poſſit ſecundùm omnes poſt Gloſ. cõmuniter receptam in cap. bone il 1. in verſ. per rerũ naturam de elect. tamen in num. 4. dicit, quòd probari poteſt coarctata loco, & tempore.

34 Licet autem aſſertio vulnerati contra aliquem non probet, nec faciat indicium ad torturam, vt dictum eſt ſupra in c. 14. nu. 17. in verſ. & dicit Clar. tamen prædicta negatiua probari poteſt per dictum ipſius offenſi, exculpando ipſum imputatum; nam talis exculpatio tollit omnia indicia, quæ ſunt contra ipſum, ita vt ex eis nec torqueri poſſit, prout tenet Bald. in l. 1. num. 33. C. comm. de leg. & communem hanc eſſe ſentintiam dicit Clar. in d. q. 52. nu. 5. poſt Plot. in conſ. 110. nu. 1. lib. 1. inter conſ. crim. diuerſorum. Quam tamen ſententiã ipſe Clar. ibid. in num. 6. dicit procedere, quando res dubia eſt, non autem quando apparet de veritate in contrarium, vel quando eſſent contra inquiſitum indicia valdè vrgentia, & delicto proxima; nam tũc ob excuſationem vulnerati inquiſitus torturam ſaltem vitare nõ

valet; & ita practicari teſtatur poſt Blanc. in pract. crim. fol. 28. nu. 101.

35 Probare etiam innocẽtiam ſuam inquiſitus poteſt per coniecturas, quarum Prima eſt, quando fugere potuit, & non aufugit, prout dixit Alciat. in reſponſ. 453. num. 5. poſt Bart. in l. ſi quis fugitiuus §. 1. ff. de ędil. edicto, quos citat, & ſequitur Menochius de pręſumpt. lib. 5. pręſumpt. 48. nu. 10. vbi ex Lucian. pręclarum refert exeplum Demetrij, & Antiphili, qui de ſacrilegio accuſati, & cùm in carcere incluſi eſſent, & cum alijs carceratis fugiẽtibus aufugere potuiſſent, & nõ aufugerunt, ob id à Pręfecto liberati fuerunt. Secunda, & validior coniectura innocentię eſt, quãdo inquiſitus ſpontè ſua Iudici ſe præſentat, vt dicit Cœpolla in conſ. crim. 31. num. 8. Blanc. in pract. crim. in 1. part. defenſ. nu. 131. Marſ. in pract. crim. in §. diligenter num. 204. cum alijs citatis à Menoc. in tract. de præſumpt. lib. 5. præſumpt. 48. n. 12. Pręſentatio enim ſpontanea maximum eſt innocentiæ indicium, cùm nemo reperiatur ita fatuus, & inſanus, vt nouens ſe eſſe reũ criminis, velit ſe ſua libertate priuare, & ſpõtè carcerare, putans fortè cęlare veritatem, quę tandem conculcari non poteſt, & maximè vbi de pœna mortis naturalis tractatur, vt dicit doctiſſ. D. Vilatianus in d. ſuo conſilio pro D. Ottauio N. in princ. col. vlt. & ita refert ex multorum auctoritate notare Grammaticum in conſ. 61. nu. 3. verſ. vlt. & ſatis conſiderandum, & in num. 4. Tertia coniectura innocentię eſt, quãdo inquiſitus ſua ſpontè carcerem ingreditur, vt patet ex proximè dictis ex Grammat. in d nu. 4. & ab eod. Gramm. conſ. 29. num. 32. Quam coniectu-

ram

ram eſſe efficaciorem ceteris dicit Menoch in d. præſumpt.48. num.14. & citat pro eadem ſententia Iacob.de Leonardis inter conſ. Socin.Iunior. conſ. 39.num.35.lib.2. Quarta coniectura innocẽtiæ eſt, quæ ſumitur ex exculpatione ſocij criminis cum moriturus eſſet: cùm & ipſe fuit, qui accuſauit, vt per Marſ.in pract.crim.in §.reſtat, & Blanc.in loco ſupra citato, & Menoch. qui illos citat, & ſequitur in d.præſumpt.48.nu.17. cũ quibus addit, tunc prę dictam coniecturam verã eſſe,quãdo pro commiſſo crimine alia coniectura non adeſt. Et prędictam coniecturam confirmat Vitalianus in dicto conſilio pro D.Ottauio N. ex dictis per Regentem Valenzuela in conſ. 102. in 3.art.& ex Bonac.de prę cept.Decal. diſput. 10.q. 3.n.19.& aliorum Theologorum affirmatium,credendũ eſſe reo exculpanti conſocium in articulo mortis.Quam ſententiam ego quoq;requiſitus pluribus rationibus comprobaui, quas omitto hic, quia(Deo dante) edendæ erunt in 3.tom.variar. reſolut. Alias innocentiæ cõiecturas vide apud Menoc.in d.præſumpt.48.

36 Et tandem eſt aduertendum,quòd etſi in cauſis criminalibus, ad defenſionem rei abẽtis, admittendus non ſit procurator, vt in l. accuſatorem §. ad crimen ff.de public. iudic. eſt tamen admittendus ad excuſandam eius abſentiam, pro euitanda pęna contumacię,non autem pro euitanda pęna crimini debita, vt eſt text.iuncta gloſ. in l.reos C. de accuſat. Vbi Salyc. in gloſ. mag. addit, quòd procurator admittitur ẽt quòad ea, quæ principaliter crimen non concernunt,vt ad dilatorias proponendas: ad dicendam

inhabilitatem Iudicis: incapacitatem accuſatoris; & ineptitudinem libelli. Et ſupradicta gloſa ordinaria in fine dicit, quòd in quibuſdam criminibus admittitur procurator abſentis etiam ad illum plenè defendendum, vt in l. Seruum, §. publicè ff. de procurator.

## De Sententijs ferendis. Cap. XVI.

*SVMMARIVM.*

1 *In ſententijs criminalibus ferendis miſericordiæ locus eſt concedendus.*

2 *In ſententijs criminalibus ferendis præcipitandum non eſt, ſed oportet cuncta rimari.*

3 *Ante ſententiam non ſolùm Pars, ſed etiam Fiſcus eſt audiendus, alioquin nulla erit, ſi contra Fiſcum prolata ſit. Fiſcum regulariter Regulares non habent: & quid in noſtra Religione.*

4 *Sententia etſi in criminalibus ferri poſſit, nulla Parte inſtante, tamen non eſt ferenda abſente Parte, contra quam eſt ferenda.*

5 *Sententia ferenda non eſt contra reum abſentem in delictis grauibus. Limita vt in nu. 6. & 8. Accuſator contra abſentem non eſt audiendus, vt procedatur in cauſa.*

6 *Sententia cōtra reum abſentem fertur in crimine læſæ maieſtatis. Item contra eum qui fecit aliquem Spadonem. Item de iure Canonico in cauſa degradationis. Item contra contumacem.*

7 *Sententia lata in abſentem potius præſumitur lata propter contumaciam, quàm propter delictum abſentis. Et quid in crimine hæreſis.*

8 *Abſens ex conſuetudine dānatur in contumacia etiam quando eſt illi imponenda pœna vltimi ſupplicij.*

9 *In abſentem ferre ſententiam criminalem non poteſt Papa, nec Imperator, niſi de plenitudine poteſtatis, & poſt citationem ad locum tutum.*

*Contra*

*Cõtra abſentem eſt neceſſaria trina citatio, vel vna pro omnibus.*

10 *Citatio eſt neceſſaria etiam ante ſentẽtiam Principis, quia pertinet ad defenſiones.*
*Sententias ſine citatione fert Conſil. Neapolit. nec defenſiones ideò tollit; & quare, & in num. 11.*
*Citatio ad defenſionem non pertinet poſt concluſionem in cauſa, ſed eſt ſolemnitas iuris.*

11 *Citatio facienda eſt ante ſingulos actus, ne nulli ſint.*
*Actus eſt nullus ſi in illo citatio omiſſa ſit, vel legitimè non eſt facta, vel exequuta.*

12 *Citatio facienda eſt ante ſententiam diffinitiuam, per quam reus eſt damnandus.*

13 *Sententia ferenda eſt in præſentia rei citati ad illam audiendam, quando ipſe reus in carceribus detinetur, & eſt cõdemnandus: ſi autem eſt abſoluendus, citandus eſt ad illam audiendam Accuſator, & Fiſcus.*
*Forma citationis ad ſentẽtiam contra reum ferendam.*
*Forma relationis factæ citationis ad ſentẽtiam pro Regularibus.*

14 *Sententia ferenda eſt cauſa cognita, & continere debet abſolutionem, vel condemnationem: proferendaq; eſt in ſcriptis etiam in cauſis ſummarijs.*

15 *Sententia proferenda eſt legendo ſcripturam, alioquin nõ valet, & ſcriptura debet præcedere recitationem, eſtq; legẽda ab eodem Iudice, qui illam fert. Sed hoc limita, vt in nu. 16.*

17 *Iudex ferens ſententiam ſedere debet pro tribunali, ſed hoc limitatur in nonnullis caſibus. Sedereq; debet pro tribunali in loco ſolito maiorum ſuorum, alioquin ſententia non valet, ſi eſt Iudex ordinarius, non autem ſi delegatus, vel Regularis.*

18 *Sententia continere debet nomen Iudicis ferentis illam, ac alia nonnulla, quæ explicantur.*

19 *Aſſeſſor aduertens velle Iudicem reum liberare, quando non eſt liberandus, & condemnare, quando nõ eſt condemnãdus, vel augere, aut minuere pœnam, quando augenda, vel minuenda non eſt, debet proteſtationem in actis facere, & nullo modo ſententiæ conſentire.*

20 *Sententia eſt ferenda in ſcriptis etiam in cauſis ſummarijs.*

21 *Sententia ferenda eſt libello conformis: ſed hoc non procedit in cauſis ſummarijs.*

*Senten-*

*Sententia cōdemnatoria ſequi non poteſt ex libello accuſatoris inepto, etſi probatio ad condemnandum apta ſit, niſi agatur ſummariè, ſola facti veritate inſpecta.*

22 *Sentētia abſolutoria reorum ferri poteſt etiam in diebus feriatis non ad honorem Dei: nō autem condemnatoria.*

23 *Forma ſentētiæ abſolutoriæ, quæ à quocunq; Iudice ferri poteſt, mutatis mutandis.*

*Forma abſoluendi inquiſitum, qui ſe purgauit per torturam.*

25 *Forma ſententiæ condemnatoriæ pro quolibet delicto, ipſo reo præſente.*

26 *Forma ſententiæ condemnatoriæ conſtituti in ſacris cū degradatione actuali, & remiſſione ad Curiam ſecularem, vt puniatur cum proteſtatione citra pœnam ſanguinis.*

27 *Degradatio actualis quomodo ſit facienda.*

28 *Forma ſententiæ poſitæ in num. 27 quid importat, & qui facere illam poſſunt.*

*Correctio iudiciaria primo loco pertinet ad Superiores Religionum, & ab ipſis eſt pœnitentia iniungenda, etiam ſi ſit ſalutaris.*

29 *In ſententia ſi non ponatur locus, in quo fertur, nulliter fertur. Limita quoad Regulares, ac quoad Iudices delegatos ad vnam cauſam.*

*Delegatus ad vnam cauſam poteſt ſibi eligere locum iudicij etiā extra territorium delegātis ſine cōſenſu domini territorij: ſed ſecus eſt quoad delegatū ad vniuerſalitatem cauſarū.*

30 *Epiſcopus, qui habet in ſua diœceſi plures terras, in quacunq; illarum eligere ſibi poteſt locum iudicandi, dummodò locus ille exemptus non ſit.*

*Epiſcopus in quocunq; loco ſuæ diœceſis poteſt per ſe, vel per alium ſedere pro tribunali, & iudicare, dūmodò hoc notificet Partibus.*

*Legatus in quocūq; loco ſuæ legationis ſedere poteſt pro tribunali, & iudicare.*

*Archiepiſcopus an in cauſa appellationis, vel alio iure ad Metropolitanum pertinente poſſit ſedere pro tribunali, & iudicare in diœceſi ſuffraganeorum; remiſſiuè.*

31 *Iudex quilibet ordinarius poteſt de conſenſu Partiū ferre ſententiam in loco non ſolito ſui territorij, prorogādo iuriſdictionem.*

*Iudex vnius territorij iudicare non pōt in alieno territorio ſine cōſenſu Iudicis illius territorij, in quo ſentētia eſt ferēda, alioquin nulla eſſet ſententia.*

Iu-

Digitized by Google

*Iuriſdictio iudicare volentis inhæret territorio ſuo, & extra illud cenſetur priuatus.*

*Iuriſdictionem exercere non poteſt Iudex extra ſuum territorium extra quod, vt iudicare poſſit requiritur cõſenſus Partis, ac Iudicis illius territorij, in quo iudicare vult.*

32 *Delegatus ad vnam cauſam poteſt de iure in alieno territorio ſententiã ferre ſine conſenſu Iudicis illius territorij, ſed ob abundantiorem cautelam tutius eſt licentiam impetrare.*

33 *Iudex appellationis poteſt in omni loco honeſto ſententiam ferre. Et idem poſſunt Vicarij Generales, & Præſides Prouinciarum.*

34 *Epiſcopus è diœceſi ſua expulſus poteſt in Diœceſi conuicina contra expulſores, & eorum fautores procedere.*

*Delegatus Apoſtolicæ ſedis ſi propter aliquorum potentiam, vel malitiam non poteſt iuriſdictionem exercere iuxta formam ſuæ legationis, eligere poteſt locum idoneum ad hoc faciendum.*

*Iudex quando locus ſolitus nõ eſt tutus, in alio loco iudicare poteſt, exprimendo in ſententia elegiſſe talem locum ob neceſſitatem.*

35 *Sententia lata, & tranſacta in rem iudicatã in exequutionem eſt demandãda ab eodem Iudice, qui eam tulit.*

*Sententia fruſtrà fieret ſi non mandaretur debitæ exequutioni.*

*Sententia inualida executionem non meretur.*

*Sententiam executioni demãdare non poteſt Iudex delegatus, ſed delegans hoc facere debet: niſi delegans Princeps ſit.*

*Delegatus Principis poteſt ſententiam ſuam exequutioni demãdare infra annum, aut Ordinario exequutionẽ committere.*

*Sẽtentiam exequutioni demãdat Iudex appellationis quando illam confirmat.*

*Sententiæ executio fit per Iudicem à quo, quando appellatio deſerta eſt.*

36 *Sentẽtia criminalis, ſi appellatum ſtatim non fuit, exequutioni demandari poteſt, nõ expectatis decem diebus.*

*Sententia lata contra confeſſum, aut conuictũ exequutioni eſt demandanda, appellatione non obſtante: niſi in appellatione allegetur error factus in confeſſione, vel alia iuſta cauſa.*

1 IN ſententijs criminalibus ferendis caueant

ueant Iudices, & Aſſeſſores vile eſſe exiſtimare reos abſoluerẽ, & magnificentius illos condemnare: nam etſi delicta punienda ſint, vt dixi ſupra in Proœmio huius Opuſculi, ita tamen faciendum hoc eſt, vt quãtum fieri poteſt, ſalua iuſtitia, miſericordię locus concedatur, frater enim, & caro noſtra eſt ille, qui iudicatur. Vnde meritò Anchar. in conſ. 24. incip. *Viſa inquiſitione*, inuehitur in Iudices maleficiorum, qui ad condemnationem anhelant. Et in cap. alligant autem 26. q. 7. ex D. Io. Chriſoſtom. dicitur: *Nonne melius eſt propter miſericordiam rationem reddere, quàm propter crudelitatẽ; Si enim Deus benignus eſt, vt quid miniſter eius auſterus erit?* Calixtus quoq; Papa in cap. ponderet, in fine 50. diſt. ſic ait. *Sententia, quæ vetat miſericordiam non ſolùm tenere fratres, ſed etiam audire fugite; quia prior eſt miſericordia omnibus holocauſtomotibus, & ſacrificijs.* Et Vulpianus Iuriſconſultus in l. abſentem ff. de pœnis dixit: *Sanctius* (ideſt melius) *eſſe impunitum facinus nocentis, quã innocentem damnare.*

2 Oportet etiam in ſententijs maximè Criminalibus ferendis cuncta rimari, & ad ſententiam cõdemnatoriam promulgãdam feſtinandum nõ eſt; præcipitata enim volũtas Iudicis eſt Nouerca Iuſtitiæ, ſecundùm Cardinal. per illum tex in Clement. Paſtoralis §. verùm in prin. de re iudic. ideòque inherendum eſt potius tarditati, quàm celeritati, ſecundùm Foller. in ſua Pract. crim. in Rubr. etſi confitebuntur nu. 12. in fi. ſeruãdumq; eſt Eleutherij Papę decretum in cap. iudicãtem 30. q. 5. dicentis: *Iudicantem oportet cuncta rimari, & ordinem rerum plena inquiſitione diſcutere,*

*re,interrogandi,reſpondēdi, obijciendiq; prębita patientia ab eo: vt ibi actio ambarum Partium illuminata ſit pleniter: nec litigantibus Iudex prius velit ſua ſententia obuiare, niſi quando iam peractis omnibus nihil habeant in quæſtione, quod proponant; & tamdiu actio ventiletur, quouſq; ad rei veritatem perueniatur: frequēter interrogari oportet, ne aliquid prætermiſſum forte remaneat, quod annecti conueniat.*

3 Aduertant etiam Iudices ante ſententiam nō ſolùm eſſe andiendas Partes, ſed nec etiam ferendā eſſe inaudito Fiſco, alioquin nulla erit, l. ſi Fiſcus ff. de iure Fiſci, & ex integro cauſa recognoſcatur, ſi tamen contra Fiſcū ſententia prolata ſit, ſecus ſi ad eius fauorem, vt eſt tex. & ibi gloſ. in l. non intelligitur §. Diuus Adrianus ff. de iure Fiſci, quam gloſ. ſequitur, & dicit eſſe notabilem Foller. in d. ſua pract. in rubr. pœnis debitis feriatur nu. 49. Et quāuis Regulares Fiſcum regulariter non habeant; in noſtra tamen Religione per decretū Capituli Generalis anni 1621. & habetur in 3. par. noſtrorum decretorum c. 9. num. 14. cuilibet Vocali Domus licet iudicialiter inſurgere ꝓ Congregationis noſtrę bono, non vt pars, & denunciator, vel accuſator, ſed vt Fiſci promotor, nè impunitū ſit delictum, ita vt etiam à ſententijs latis, vel à Præpoſito, vel à Viſitatoribus appellare poſſit, & inde laudabilis ſtylus inoleuit, vt occurrente caſu, & nullo ex Vocalibus inſurgēte, Fiſci Promotor conſtituatur.

4 Sententia etſi ferri poſſit in criminalibus, etiam nulla Parte inſtante, vt per text. in l. quamuis la 1. tenet Angel. de malefic. in ver. qui Iudex commmiſit L. Præconi num. 4. in fin. & ſequirur Foller. in ſua

practt.in d.rub. pœnis debitis feriatur num.nu.86. tamen ferenda nõ eſt abſente Parte, contra quam eſt ferenda, prout probatur ex d.l.quamuis,iuncta intelligentia Azonis,cum intelligentia Salycet.ibid. namque tex. illum ita sũmat Azo. *Abſente reo poteſt ferri ſentẽtia pro eo cõtra accuſatorem præſentem etiam in cauſa capitali*,Salycetus verò ita illum ſummat: *Abſentia accuſatoris poſt liquidationem criminis non impedit contra reum præſentem ferre ſententiam.*

5 Et in criminalibus non eſſe ferendam ſententiã contra reum abſentem in delictis grauioribus de iure ciuili eſt tex.in l.abſentem, & l.reos C. de accuſat.l.abſentem ff.de pœn. & de iure Canonico eſt tex.in cap. caueant , cap. abſente il 2.cap.re vera, & c. abſens 3.q.9. Imò tã de iure Canonico, quàm ciuili,nec cõtra abſentem accuſator eſt audiendus, vt in c. 1. 2. 3. & 4. in d. cap.abſente il 2. 3.q.9.& d.l. adſentem C.de accuſat. vbi gloſ. in verbo non poſſe,dicit,non eſſe accuſatorem audiendum, vt procedatur in cauſa, nam accuſatio recipitur,vt in l. ne diù C.de pęn.

6 Quod autem dictum eſt de non ferenda ſentẽtia contra abſentem,limita Primò,vt non procedat in crimine lęſe Maieſtatis, vt in extrauag. ad reprimendum tit. quomodo læſ.Maieſt.crimen in ver. ſuper d. crimine, & ibi gloſ.& Bart.ibid.& in l.1. ff.de requir.reis,Salyc. & Doctor.communiter in l. abſentem C. de accuſat. & dixi in meo Promptuar. verb.abſens num.23. Secundò limita, vt ibidem addidi,quòad eum,qui fecit aliquem Spadonem, vt in l. 4.ff. ad leg. Cornel.de Sicar. Tertiò limita,vt per Innoc.in c.veritatis de dolo, & contum.

vbi

vbi dicit ( prout eum refert Auguſt. ab Arim. ad Angel. de malefic. in d. ver. qui Iudex commiſit L. Præconi) quòd in cauſa degradationis etiam de iure Canonico poteſt ferri ſententia in abſentem, iux. notata in cap. qualiter, & quando de accuſat. Quod dictum intellige procedere, quando quis eſt contumax ſeruatis his, quæ habentur in cap. cùm non ab homine de iudic. & explicando tex. illum, proût ego explicaui in meo Prompr. in verbo Degradatio nu. 4. Quartò limita in abſẽte contumace, vt in Auth. vt omnes obediant Iud. §. ſi verò, collat. 5. quia pro pręſenti exiſtimatur, cap. in nomine Domini, extra de teſtib. & dixi in d. verbo abſens nu. 23. in limit. 3.

7 Sed aduerte, quòd ſẽtentia lata in abſentem potius præſumitur lata propter contumaciam, quàm propter delictum abſentis, vt poſt Hippol. in ſign. 4. incip. quamuis, dicit Royas in ſingul. 2. ad fauorem fidei num. 3. per tex. in l. ſi ideò ff. de euict. & l. præſens C. de pignor. & in num. 4. idem Royas dicit, hoc locum non habere in crimine hæreſis, ob quod ſi aliquis contumax extiterit per annum continuum, lapſo anno, vt verè hæreticus dãnatur ꝑ cap. cum contumacia, & c. vt inquiſitionis in fin. de hęretic. in 6. Et hoc euenire ſentit Royas vbi ſupra, quando quis etiam abſens damnatur ob eius inſordeſcentiam in excõmunicationem, contra ipſum latam in cauſa hæreſis.

8 Et quamuis de iure communi veriſſima ſit ſupradicta ſententia, quòd in criminalibus abſens damnari non debet, per iura citata ſupra in nu. 5. tamen prędicta iuris communis determinatio lo-

cum non habet, niſi tantum quando eſt imponenda pœna corporis afflictiua maior relegatione, vt per illum text. tenet gloſ. recepta in d.l. abſentem ff. de pœnis, vt dixi in d. ver. abſens num. 23. ſed hodiè de conſuetudine etiam quando eſt imponẽda pœna vltimi ſupplicij reus abſens damnatur in contumaciam, iuxta tradita per Farinac. lib. 1. qq. criminal. in tit. de inquiſit. q. 11. & per Clar. in d. §. fi. q. 44. per tot. & latè ego dixi in d. meo Prompt. in verb. Bannitus.

9 Imò nec Papã, nec Imperatorem poſſe ferre ſententiam criminalem in abſentem, ita vt de iure teneat, niſi de plenitudine poteſtatis dicit Auguſt. de Arimin. ad Angel. de malef. in ver. Qui Iudex commiſit L. Prçconi nu. 4. ita intelligens Angel. in l. in accuſationibus C. de accuſat. dixiſſe, quòd quãdo Papa, vel Imperator hoc facit, opus eſt, vt ſuppleat de plenitudine poteſtatis, aliàs de Iure non teneret. Et in n. 3. Auguſt. vbi ſupra addit cum eodẽ Ang. in d.l. reos, quòd licet Papa, & Imperator de plenitudine poteſtatis poſſint in criminalibus condemnare abſentem, tamẽ non poſſunt condemnare illum non citatum, vel citatum ad locum notoriè non tutum, quia per hoc auferrent illi ius defenſionis, quod eſt de iure naturali. Patẽtq; hçc ex Clem. Paſtoralis de ſent. & re iudic. vbi per Clem. Pap. nulla declaratur criminalis ſententia Henrici Imperatoris prolata contra Robertum Siciliæ Regem abſentem, ex eo quòd ad locum notoriè non tutum citatus fuit, etſi de plenitudine poteſtatis facta ſit. Et etiam cõtra abſentem eſſe neceſſariam trinam citationem, vel vnam pro omnibus dicit Boſſ. in tit. de ſent. num. 14. cum termino

mino omnium trium, & exprimendo, quòd ſit vnã pro tribus, per dicta ab eod. Boſſ. ibid. in n.4. poſt Felin. in cap. conſuluit col. 4. de offic. deleg. in verſ. in ead. gloſ.

10 Citationemq; eſſe neceſſariam ante ſententiam ẽt Principis tradit Roma. in conſ.478. Et ita tenet Maranta in ſuo ſpec. p.6. in tit. de citat. 1. membr. in d. nu.10. in ver. quartò limita contra Bal. & alios, quos citat, qui exiſtimarũt poſſe Principem, exiſtente iuſta cauſa, citationẽ omittere. Et rationẽ addit ipſe Maranta ibid. quia citatio ad defenſionem pertinet, quę à iure naturali procedit, & Princeps tollere nõ poteſt ea, quę sũt iuris naturalis. Addit tamen de communi ſtylo Sac. Conſ. Neap. Sacrum Conſilium omnes ſententias ferre ſine citatione, & illas valere, quia ſub nomine Regio proferũt. Nec ideò, vt ipſe dicit, defenſiones tolluntur, quia ſtylus eiuſdem S.C. ſeruat, vt poſt concluſum in cauſa Partes citentur, vt veniãt infra talẽ terminum ad allegandum verbo, vel in ſcriptis, quidquid pro ſua defenſione allegare volunt, quo termino elapſo, ſententia fertur ſine alia citatione. Et hoc ideò fieri dicit, quia poſt concluſionẽ in cauſa citatio ad defenſionem nõ pertinet, ſed eſt potius ſolemnitas iuris poſitiui, & ideò Princeps illam omittere valet.

11 Verùm quia ipſe Marãta in d. 6. par. in tit. de dilat. nu.3. dicit eſſe recipiendos teſtes in cauſa criminali ad defenſionem rei etiam poſt concluſionem in cauſa, vt dixi ſupra in cap. præced. nu.10. negari non poteſt, ſecundùm eundem Marantam, quòd citatio etiam poſt concluſionem in cauſa ad defenſionẽ pertinet; ideòq; dico ſtylum prędictũ Sac. Conſilij Neapol. ex eo iuſtificari,

cari, quòd citatio ſupradi-
cta, quę fit poſt concluſio-
nem in cauſa ex eodem
ſtylo valet, & intelligitur
facta citatio, etiam quòad
ſententiam. Imò ex eodē
ſtylo patet rationem Ma-
rantæ non valere, cùm ex
illo fiat citatio ad allegan-
dum quidquid volunt etiā
poſt concluſionē in cauſa.
Vnde fit, vt dici non poſſit
ſtylum Sac. Conſ. citatio-
nem ante ſentētiam omit-
tere, ſed anticipatè illam
facere, facta concluſione
in cauſa.

12 Sed ſtylus Sac. Conſilij
ab alijs Iudicibus, etiam
Regnicolis, non eſt ſeruā-
dus, quia citatio ad ius na-
turale pertinet, cū ad de-
fenſionē pertineat, ideòq;
nullo modo omittēda eſt,
etiam à Principe, vt patet
ex d. clem. Paſtoralis §. ce-
terum de re iudic. & notat
Bald. in l. cùm fratrem in
finalib. verb. C. de his, qui-
bus, vt indi. & Soc. in cōſ.
12. col. 2. in 1. vol. quos ci-
tat, & ſequitur Maran. ſu-
pra in num. 3. & in num. 4.
addit, faciēdam eſſe in ſin-
gulis actis iudiciarijs per l.
de vnoquoq; ff. de re iud.
per quē tex. & per l. nā ita
Diuus ff. de adopt. & per l.
fi. C. ſi per vim, vel ali. mo-
do. Eandem ſententiam
tenet Scac. lib. 1. de iudic.
c. 88. nu. 1. poſt Doctores,
quos citat, & communem
concluſionem hanc eſſe
dicit. Et in n. 18. dicit poſt
Doctores, quos citat hoc
adeò eſſe verum, vt ſi in
aliquo actu citatio omtta-
tur, dicatur nullus per d. l.
de vnoquoq; Et procede-
re dicit in n. 19. non ſolùm
quando in totum omiſſa
eſt, ſed etiam quando non
eſt legitimè facta, vel non
legitimè exequuta, & ita
tenere refert Iaſo. in rubr.
ff. de in ius vocand. nu. 7.
& 8. & Afflic. in dec. 182.
num. 4.

13 Et cùm vnus ex præci-
puis actis iudiciarijs ſit sē-
tentia diffinitiua, ante illā
citandus eſt reus, quando
eſt condemnandus. Imò,
vt

vt dicit Auguſt. de Arim. ad Angel. de malefic. in ver. qui Iudex commiſit L. Præconi, ad finem, quando reus condemnandus in carceribus eſt detẽtus, non ſolùm de iure citandus eſt ad audiẽdum ſententiam, ſed ſentẽtia proferenda eſt in pręſentia, & in facie ipſius rei, & ita dicit totum Mundũ ſeruare poſt Angel. in l.pen. §.ad crimen col.3.ff.de public. iudic.& in l.reos C.de accuſat.& de eadem conſuetudine teſtatur Foller. in rubr. pœnis debitis feriatur num.85.& in caſu, quo ipſe reus per ſententiam diffinitiuam eſt abſoluendus, tunc citandus eſt accuſator, & Fiſcus, vt tali die compareant ad audiendã ſententiam, vt per Scacc. in lib.1.de iudic.c.94.nu.2.& in eod. c.tradit, quomodo ſit procedendum, quãdo accuſator, & fiſcus citati non comparent; Citatiq; reus ad ſententiam in hac forma poteſt.

Forma citationis ad ſententiam contra reum faciendam.

*Die 12. Menſis Ianuarij anni 1638. de mandato Domini N. Iudicis in cauſa criminali, quæ coràm ipſo agitatur contra G. citetur ipſe G. ad audiendam ſententiam diffinitiuam dictę cauſæ, & ad videndum, & audiendum ſe condemnari tali die, prout de iure eſt condemnandus, &c.*

*D. N. Iudex.* *A. Actuarius.*

Quam citationem inter Regulares facere debet Actuarius cauſæ coràm duobus teſtibus, & omnia in actis notanda ſunt cũ relatione factæ citationis, & ſubſcriptione ipſius Actuarij, & teſtium. Fierique relatio poteſt in hac forma.

Forma-

Spec. in verſ. & demum fertur ſententia num. 17. & impugnat Bart. dicentem in extrauag. ad reprimendum in verſ. & figura circa fin. illam Clementinam non habere locum de iure ciuili; nam cùm nō habeamus legem contrariã, in vtroq; foro ſtandum eſt diſpoſitioni iuris canonici, per not. ab Abb. in c. 1. de oper. nou. nunc. & amplia vt inf. in num. 19.

15 Eſt ſententia proferenda legendo ſcripturam, alioquin non valeret, vt aduertit ex illo tex. Franc. in cap. etſi ſententiam nu. 1. de re iud. in 6. & ſic ſcriptura debet præcedere recitationem, nec ſufficeret, ſi Iudex ſcribēdo vnico cōtextu ſententiam ꝓferret, vt declarat Gemin. in cap. fin. in 2. & 3. not. de re iud. in 6. & ſequitur Marant. in ſpe. par. 6. in ver. & demum fertur ſententia nu. 57. & cum Bal. Franc. vbi ſupra contra Dominicum tenet, ſi recitetur poſtquam ſcripta fuerit, recitandamq; eſſe non mento tenus, ſed legēdo. Eſtq. legenda ab eodem Iudice, qui illam fert, ſi eſt literatus; in quo caſu nec per Aſſeſſorem legenda eſt, ſecundùm Lapum in d.c. & ſi ſententiam, & ſequitur Dominicus ibid. in nu. 13. & citat pro eadem ſententia Goffred. in ſum. de re iudic. in §. diffinit. & Archid. in cap. ſummoperè 11. q. 4. tenet eandem ſententiam Petr. de Ancharan. in d. cap. & ſi ſententia, num. 4. & Franc. in num. 4.

16 Quod vltimum dictum, ſcilicet, vt ſit ſententia legenda ab eodem Iudice, qui illam fert: Limitatur primò, vt non procedat quòad Iudices habentes eminentiam dignitatis, vt in d. l. 2. C. de ſentent. ex breuil. recit. & expreſsè hoc habetur quòad Epiſcopos in d. cap. etſi ſēten tiam, & ibi Anchar. in n. 4. & alij. Secundò limitatur,

vt non procedat, quando plures ſunt Iudices in eadem cauſa, quia tūc ſufficit ſi proferatur ab vno ipſorum, ceteris prçſentib⁹, & mandantibus, vt in cap. cū ab vno de re iud. in 6. & ibi Frāch. Tertiò limita, vbi eſt conſuetudo in cōtrarium, quia conſuetudo tollere poteſt omnes ſolēnitates in ſententijs neceſſarias, ſecundùm Archid. in cap. ſtatuimus 2. q. 1. quem citat, & ſequitur Franc. in d. cap. etſi ſentētiam num. 6. (vbi nouem limitationes ponit,) & alij, quos citat, & ſequitur Marant. in ſuo ſpec. in ver. & demum fertur ſententia, vbi refert conſuetudinem noſtri Regni, vt oēs ſentētiç tàm maiorum, quàm minorum Iudicum legantur per Actuarium, non per ipſum Iudicem.

17 Iudex ferens ſentētiam ſedere ēt debet pro tribunali, vt in §. ſedebunt in auth. de iud. & in c. fi. de re iudic. in 6. Eſſeq; hanc ſolemnitatem annexā cauſç efficienti, vt poſt Bart. & Bald. & Doctores in l. 1. C. de ſentent. ex breuil. recit. notat Maran. in d. rubr. & demum fertur ſententia nu. 55. vbi Primò limitat, hoc non procedere in interloquutoria, quia non requirit plenam cauſç cognitionem. Secundò limitat, non procedere in Iudice timente potentiam alicuius, quia poteſt ex turri, vel ſedendo ſuper equo, vt citò fugere poſſit, ſententiam ferre, prout tenent gloſſæ, & Doctores ab ipſo citati. Tertiò limitat, vt hoc non procedat in cauſis ſummarijs, in quibus poteſt Iudex ſtando, & non ſedendo ſentētiā ferre, vt in Clem. ſepè §. ſentētiam de verborum ſignif. Sedereq. debet pro tribunali in loco ſolito maiorum ſuorum, vbi ſcilicet Iudices ſui anteceſſores ius reddere conſueuerūt, alioquin ſententia non valet, vt ex tex. & ibi Bart.

gloſ.

gloſ.& Doctores in l.cùm ſententia C. de ſentent.& interloc. omni iud. & alij, quos citat,& ſequitur Maran.in d.rubr.& demum fertur ſententia num. 71. vbi teſtatur ita cõmuniter tenere Doctores in l.penult.per illum tex. ff.de iuſt.& iure,& Ang.de malefic.in verſ.ad noſtrum ſolitum Banchum iuris, & propterea addit Maran. ſolere in ſentẽtijs apponi clauſula: Nos talis Iudex &c.ſedentes pro tribunali in tali loco, vbi Curia regi ſolet, & ius reddi petentibus. Sed in nu.72.limitat Maranta hoc non procedere in delegato, ſed in Iudice ordinario tantùm, quia delegatus non habet certam ſedem deputatam, & ideò eligere ſibi poteſt locum vbi vult, etiam in Camera ſua, ſecundùm Bald. in d.l. penult. in 2. lect.ff.de iuſtit. & iure. Et idem dicendum eſt quòad Iudices Regulares,cùm & ipſi ſedem ad iudicandum deputatam non habeant.

18 Debet etiam ſententiã continere nomen Iudicis ferentis illam,& ſociorum, ſi Iudex collegas habeat, qa tunc omnes ſimul ſunt cauſa efficiens illius ſententiæ,quæ cauſa omnino in ſententijs eſt exprimenda,alioquin nullæ eſſent, vt putat Maran. in d.rubr. & demum fertur ſententia num.34.& 35.& debet ſecundùm Maran.in d.nu. 53.& Arim.infra citãdum exprimere an ſit Iudex ordinarius, vel delegatus, nomina actoris, & rei, ac cauſam, ſuper quam iudicium fundatum eſt,& ſubſtantialia proceſſus, nimirum viſo libello, ex quo conſtat,quòd talis accuſatus fuit de tali maleficio, vel de tali maleficio denũciatus, vel viſa inquiſitione, ex qua conſtat, quòd talis iuridicè fuit inquiſitus de tali maleficio, viſis teſtium examinationibus, vel viſa eius confeſſione, ex quibus,vel ex qua con-

ſtat tale delictum ab ipſo fuiſſe commiſſum, ideò eũ ad talem pœnam condemnamus. Et quando non eſt repertus culpabilis, eſt dicendum, viſis teſtium examinationibus, & quia non eſt repertus culpabilis, ideò eum abſoluimus, & ita in ſententijs criminalibus ſeruandum eſſe dicit ex communi Iudicũ obſeruãtia Alber. de Roſ. in l. properandum §. illo C. de iudic. quem refert, & ſequitur, & ab hac obſeruantia recedendum nõ eſſe dicit Auguſt. de Arim. ad Ang. de malef. in ver. & quia nobis conſtat nu. 4. & sẽtit Foller. in ſua Pract. crim. in rubr. pęnis debitis feriatur num. 88. vbi alios citat affirmantes in ſentẽtijs capitalibus eſſe inſerẽdam cauſam, ob quam ſcilicet quis damnatur, vel abſoluitur. Et hoc maximè dicas procedere, quãdo Iudex in criminalibus vult pœnam legis minuere, vel augere, nam cùm facere hoc ipſe non poſſit ſine cauſa, omninò debet in ſentẽtia cauſam inſerere, vt per Arimin. vbi ſup. in n. 2. & per dicta à Salyc. in d. l. properãdum §. illo. Et quamuis Salyc. ibi dicat, quòd aliàs Iudex cauſam in ſententia criminali exprimere non obligatur, tu tamen non recedas à prædicta obſeruantia, quia etſi etiam alij hanc Salyc. ſententiã teneant, & ideò ſentẽtia à nullitate ſaluari poſſet, tutior tamen eſt ſententia, quæ docet cauſam eſſe exprimendam, quam tenet Bald. in cap. ſicut nobis de re iudic. Alber. de Roſ. vbi ſupra, & refert idẽ tenuiſſe Iacob. de Arena, & ſequuntur Arimin. & Foller. in locis ſupra citatis, qui omnes fuerunt magni Criminaliſtæ. Ea tamen omnia quæ ipſum Iudicem mouẽt ad ſententiam ferendam, ipſe exprimere non obligatur, vt eſt tex. in cap. ſicut nobis de re iudic. & tradunt

Docto-

Doctores ibid. & in cap. cùm Bertholdus eod. tit. & tetigi ſupra in c. 14. nu. 46. in fin.

19 Quando autem Iudices Aſſeſſorem habent, & Aſſeſsor conſpicit de iure fieri nõ poſſe, vt reus liberetur, quando Iudices volunt illũ liberare, vel fieri non poſſe, vt cõdemnetur quando Iudices volunt illum cõdẽnare, vel nõ eſſe pęnam augendam, vel minuendam, quãdo Iudices illam augere, aut minuere volunt, tunc tacere nõ debet, ne taciturnitate ſua iniuſtitię cenſeatur cõſentire, ſed pertinaciter reſiſtere debet, & de iniuſtitia ita proteſtationem facere, vt in actis de hac ſua proteſtatione appareat. Et ita faciẽdum eſſe docet Ang. de malef. in verb. de conſenſu, & deliberat. num. 3. Et vt conſtet tunc de nullitate ſententiæ ob iniuſtitiam, debet Aſſeſſor in ſua proteſtatione exprimere cauſam, ob quam reus cõtra Iudicum ſententiam eſt abſoluendus, vel condemnandus, vel ob quam pęna non eſt augenda, vel diminuenda, prout ſentit Ang. vbi ſupra.

20 Eſtq; ſentẽtia ferenda in ſcriptis ẽt in cauſis ſummarijs, in quibus proceditur ſine figura iudicij, vt poſt DD. quos citat dicit Maran. in 4. p. ſpec. in rubr. an Iud. ſit cõpetens n. 37. per ea, quę habentur in clem. diſpendioſam de iudic. & idẽ affirmat in 6. p. in rub. & demum fertur ſentẽtia num. 17. per Clem. ſępè §. ſententia de verbor. ſignificat. vbi Papa mãdat, ſententiam in ſcriptis eſſe ferendam, non obſtante, quòd procędatur ſummariè, & ſine figura iudicij,

21 Et quamuis ſententia ferenda ſit libello conformis iuxta l. vt fundus ff. comm. diuid. & cap. licet Hely de ſimon. ac l. fi. C. de fideicomm. liber. & ibi Bald. & tradit Maran. in d. rubr. & demum fertur ſententia

tentia, alioquin dicit eſſe ſententiam imaginariam, & nullius momenti per l. imaginaria ff. de reg.iur. hoc tamen non procedit in cauſis, in quibus ſummariè proceditur, & ſola facti veritate inſpecta, qa poteſt tũc Iudex ferre ſen tentiam non conformem libello, vt declarat Iaſ.in l. vnũ col.17.ff.ſi cert.petat. quem refert, & ſequitur Maran. vbi ſupra in n.62. Vndè fit, vt ſi ab accuſatore nõ ſit poſitũ in libello, quòd delictum fuit cõmiſſum in loco, vel tempore, ratione cuius delictũ grauiori pœna eſt puniendũ, vel ratione cuius eſſet punibile, quod aliàs nõ eſſet, & poſtea probatum ſit delictum tali loco, vel tẽpore fuiſſe commiſſum, ideò tamen pęna non eſt augenda, & impunibile non efficitur punibile, quia ex libello inepto, & probatione apta ſequi non poteſt ſententia condemnatoria ſecundùm Bald. in l.1. ff. de iuriſdict.omnium Iudicum, Angel.in conſ.296. incip. Viſis actis prædictis, & alios, quos citat, & ſequitur Auguſt.de Arim. ad Ang.de maleſ.in verb. de anno præſenti in nu.7. vbi Angel.contrarium tenet poſt Doct.quos citat, tamen quando de delicto agitur ſummariè, ſola facti veritate inſpecta, prout proceditur apud Regulares priuilegiatos per priuileg.Bonif.8. de quo ſup.in c.1.& prout proceditur in M.C.Vicariæ per Ritum incip. Iſabella, & refert Foller.in d.rubr.pęnis debitis feriatur num.24.non obſtante ineptitudine libelli, & non obſtantibus quibuſcunq; nullitatibus, & defectibus, ſequitur ſẽtentia condemnatoria, vt per Foller.in d.nu.74.

22 Sententia abſolutoria reorum ferri poteſt etiam in diebus feriatis, modò non ſint feriati ad honorẽ Dei, vt per Bart.in l.cuſtodias ff.de publ.iudic. & ibi gloſſ.

gloſſ. & l. dies feſtos C. de ferijs, & ſequitur Foller. in d. rubr. Pœnis debitis feriatur num. 75. ſed in num. 76. contrarium dicit de ſententia cõdemnatoria, vt ſcilicet ferri non poſſit etiã in diebus non feriatis ad honorem Dei, ſed pro vindemia, vel cõſimili cauſa, vt per Gloſſ. & Bar. in d. l. Cuſtodias, & per Paul. Grilland. in tract. de relaxat. carcer. in tit. de abſol. innocẽtis. Quę ſententia tàm abſolutoria, quàm condemnatoria ferenda eſt iuxta ſequentem formam.

Forma ſententiæ abſolutoriæ, quæ à quocunque Iudice ferri poteſt, mutatis mutandis.

23 *Chriſti nomine inuocato: Nos N. Vicarius Generalis Reuerendiſſimi Epiſcopi B. vel Abbas talis Monaſterij, vel Viſitatores talis Religionis vnà cum C. Aſſeſſore*, ſi Aſſeſſorem habent, *viſis, & diligenter cõſideratis omnibus, & ſingulis, quæ habentur in proceſſu formato, & actitato corã nobis contra G. accuſatum de tali crimine à tali*, ſi proceditur per viam accuſationis, *vel denunciatum de tali crimine*, ſi proceditur per viam denunciationis, *vel inquiſitum de tali crimine*, ſi proceditur per viam inquiſitionis, *& viſis, & auditis eis, quæ contra ipſum ab Accuſatore, vel à Denunciatore, vel à Fiſco*, ſi Fiſcũ habent, *ſeu pro eius parte Aduocatis, adductę ſunt, & viſis, & auditis eis, quæ ad ſuam defẽſionem ipſe A. produxit, & quia repertus fuit innocens à maleficio prædicto, de quo fuit accuſatus, vel denunciatus, vel inquiſitus, Deum præ oculis habẽtes, vt de illius vultu noſtrũ iudicium prodeat, & oculi noſtri videant æquitatem, per hanc noſtram diffinitiuam ſententiam, quam in his ſcriptis ferimus.*

*Criſti nomine repetito: Sententiamus, declaramus, pronunciamus,*

*mus, atque definimus, dictum G. ob tale delictum illi imputatum, punibilem non eſſe, & ideò illum abſoluimus, & liberamus omni meliori modo, &c.*

*Lecta, lata, & publicata fuit hæc ſententia ſedentes pro tribunali in tali loco*, & explicetur locus, *vbi Curia Epiſcopalis regi ſolet, & ius redditur petentibus*: quæ vltima verba omittant Regulares, qui non habent locum vbi Curia Regi ſolet; & ſtatim poſt verba *ſedentes pro tribunali*, addant: *in camera tali*, & explicent cameram, *die 20. menſis Ianuarij anni* 1638. *Præſentibus N. & N. teſtibus ad hoc vocatis.*

Et ſubſcribenda eſt ſententia à Iudice, ſiue à Iudicibus, ac ab Aſſeſſore, & Actuario ſub hac forma.

*N. Vicarius Generalis Illuſtriſſimi, & Reuerendiſs. D. D. B. Epiſcopi talis Diœceſis.*

Vel

*D. A. Abbas talis Monaſterij.*

Vel

*D. C. Viſitator talis Religionis.*

*D. F. Viſitator talis Religionis.*

*D. I. Aſſeſſor talis Religionis, vel talis Iudicis.*

*D. P. Actuarius.*

24 Sed ſi fortè ex eo inquiſitus abſoluendus eſt, quia per torturã indicia, quæ contra ipſum conſtabant, purgauit, in hac forma abſoluendus erit.

Forma abſoluendi inquiſitum, qui ſe purgauit per torturam.

*Chriſti nomine inuocato: Nos N. Vicarius Generalis Reuerendiſſimi Epiſcopi B. vel Abbas, &c. viſis, & conſideratis omnibus, & ſingulis, quæ habẽtur in proceſſu formato, & actitato coram nobis contra G. accuſatum, vel denunciatum,*

*vel*

*vel inquiſitum de tali crimine, & quia repertus fuit vrgẽtia indicia contra ſe habere, à quibus per ſufficientem torturam ſe purgauit, & cùm per tot dies poſt torturam in carceribus detentus fuerit ad videndum, an noua alia indicia ſuperueniant, & non ſuperuenerint, rebus ſic ſtantibus, à tali crimine, de quo fuit imputatus, accuſatus, denunciatus, vel inquiſitus, Deum præ oculis habentes, vt de illius vultu iudicium noſtrum prodeat, & oculi noſtri videant æquitatem, & per hanc noſtram diffinitiuam ſententiam, quam in his ſcriptis ferimus.*

*Chriſti nomine repetito: Sentẽtiamus, declaramus, pronunciamus, atque definimus, dict. G. ob tale delictum illi imputatum, punibilem non eſſe, & ideò rebus ſic ſtantibus eum abſoluimus, & liberamus, donec noua indicia ſuperueniant, &c.*

*Lecta, lata, & publicata*, &c. prout ſupra in præcedenti ſententia, & cum eiſdem ſubſcriptionibus.

25 Forma ſententiæ condemnatoriæ pro quolibet delicto, ipſo reo pręſente.

*Chriſti nomine inuocato: Nos N. Vicarius General. Illuſtriſſimi, & Reuerendiſſimi Epiſcop. B. vel Abbas talis Monaſterij, vel Viſitatores talis Religionis, vnà cum A. Aſſeſſore,* ſi Aſſeſſorem habent, *Viſis, & diligenter conſideratis omnibus, & ſingulis in proceſſu formato coram nobis cõtra te G. ob tale delictum à te commiſſum contra R. prout in dicto proceſſu, de quo tu fuiſti accuſatus, vel denunciatus, vel inquiſitus. Et viſis, & auditis eis, quæ contra te ab accuſatore, vel denunciatore, vel Fiſco, ſeu pro eius parte ab Aduocatis adducta ſunt. Ac viſis, & auditis, infra terminum tibi aſſignatum pro tua defenſione, eis, quæ ad tuam defẽſionem à te, ſeu à tuis Aduocatis pro tua parte adducta*

*ſunt,& diligẽter, ac maturè omnibus cõſideratis, quia nobis legitimè conſtat, per tuam legitimam confeſſionem* (vel per legitimum numerum teſtium, ſi confeſſus non eſt, etſi conſtet vtroq; modo, vtrumq; modum in ſententia ponas) *tale delictum à te fuiſſe commiſſum, prout in actis noſtrę Curiæ, ne delictum hoc remaneat impunitum, Deum præ oculis habentes, vt de illius vultu noſtrum iudicium prodeat, & oculi noſtri videant æquitatẽ, per hanc noſtram diffinitiuam ſententiam, quam in his ſcriptis ferimus.*

*Chriſti nomine repetito: Sententiamus, declaramus, pronunciamus, atq; diffinimus te G. pro prædicto tali delicto contra R. commiſſum, repertum eſſe punibilem, & talem pœnam incidiſſe*, vel in arbitrariam, ſi arbitraria eſt; *ideò te ad illam per hanc diffinitiuam ſententiam condemnamus*, & explicetur pœna.

*Lecta lata, & publicata fuit hęc ſententia ſedentes pro tribunali in tali loco* (& explicetur locus) *vbi Curia Epiſcopalis regi ſolet, & ius reddi petentibus*: quæ vltima verba Regulares, qui nõ habent locum vbi Curia regi ſoleat, omittant, & ſtatim omnes addant poſt explicatum locũ: *ſedentes pro Tribunali Die 20. menſis Ianuarij 1638. Pręſentibus N. & N. teſtibus ad hoc vocatis.*

Et fiat ſubſcriptio Iudicum, & aliorum, prout ſupra.

26 Forma ſentẽtiæ condẽnatoriæ conſtituti in ſacris cum degradatione actuali, & remiſſione ad Curiam ſecularem, vt puniatur cum proteſtatione citra pœnam ſanguinis.

*Chriſti nomine inuocato: Nos N. Epiſcopus talis Dięceſ. Viſis, & conſideratis omnibus, & ſingulis in proceſſu formato coram nobis contra te G. ob homicidium proditoriè*

*à te*

*à te commiſſum mediante pecunię ſumma, quam à tali recepiſti, de quo tu accuſatus, vel denũciatus, vel inquiſitus fuiſti in perſonam R. prout in dicto proceſſu. Et viſis, & auditis eis, quæ contra te ab accuſatore, ſiue à Fiſco, & eius Aduocatis producta ſunt. Ac viſis, & auditis, infra terminum tibi aſſignatum pro tua defenſione, eis, quæ ad tuam defenſionem à te, ſeu à tuis Aduocatis pro tua parte adducta ſunt, & diligenter, & maturè omnibus conſideratis, quia nobis euidenter, & legitimè conſtat per tuam legitimã confeſſionem* ( Etſi alio modo conſtet, explicetur prout in forma præcedenti) *homicidium prędictum per aſſaſſiniũ à te fuiſſe commiſſum, prout in actis noſtrę Curiæ, nè delictum hoc tàm immane, & flagitioſum remaneat impunitum, Deum præ oculis habentes, vt de illius vultu noſtrum iudicium prodeat, & oculi noſtri videant æquitatem, per hãc noſtram diffinitiuam ſententiam, quam in his ſcriptis ferimus cũ præſentia Capituli de talium conſilio, & aſſenſu,* & explicentur nomina Conſiliariorum.

*Chriſti nomine repetito: Sentẽtiamus, declaramus, pronũciamus, atq; definimus te G. pro dicto homicidio contra R. proditoriè, & per aſſaſſinium commiſſo repertum eſſe punibilem, & priuilegijs Eccleſiaſticis priuandum, & degradationis actualis pœnam contraxiſſe; ideò te ad illam per hanc diffinitiuam ſententiam condemnamus, & Eccleſiaſticis priuilegijs te priuatum eſſe declaramus, reſeruando nobis poteſtatem te actualiter degradandi, & poſt degradationem tradendi Curiæ ſeculari, vt dignis pœnis puniaris, cum expreſſa proteſtatione, vt hoc faciat citra pœnam ſanguinis.*

*Lecta, lata, & publicata fuit hæc ſententia ſedentes pro tribunali in noſtro Epiſcopali Palatio, vbi Curia noſtra Epiſcopalis regi ſolet, & ius reddi petentibus Die 21. menſis*



Digitized by Google

*Ianuarij 1628. præſentibus N. & N. teſtibus vocatis.* Si autem in alio loco Diœceſis ſententiam ferat, illud exprimere debet. Et fit ſubſcriptio prout ſupra.

27 Et hora competenti fit degradatio actualis iuxta formam traditam in Pontificali Romano: aſſiſtereq; debẽt in illa, ſi actualiter eſt Sacerdos degradãdus, Epiſcopi ſex, in degradatione Diaconi, tres, & tres etiam in degradatione Subdiaconi, iuxta gloſ. in c. 2. in verb. Canonibus de pœnis lib. 6. q ſi commodè haberi nõ poſſunt aſſiſtere debẽt totidẽ Abbates, qui ſi nec commodè repetiri poſſunt, aſſiſtere debent totidem in dignitate Eccleſiaſtica cõſtituti, vt per Sacr. Cõc. Trid. in ſeſſ. 14. c. 4. de reformat.

28 Aduertendum eſt autẽ, quòd etſi per hãc ſententiam declaretur Clericus in ſacris conſtitutus priuilegijs Eccleſiaſticis priuatus, & contraxiſſe pœnam degradationis actualis, tamen quia per illam actualiter non degradatur, nec traditur Curię ſęculari, ſed reſeruatur, vt fieri hoc poſſit, forma talis ſententiæ non importat aliud, quàm verbalem degradationẽ, in ordine ad actualem, & ſic importat actum iuriſdictionis, nõ autem ordinis, per tradita ab Albert. in cap. quoniam q. 6. n. 7. & 12. de hęretic. & poſt illum à me in meo Promptuar. verbo Degradatio num. 13. ideòq; facere illã poſſunt omnes habentes poteſtatem iuriſdictionis per dicta ibidem, & ſic facere illam poteſt Epiſcopus electus, reſeruando ſibi poteſtatem actualiter degradandi cùm conſecratus fuerit, ac Vicarius Epiſcopi, vel Capituli reſeruando poteſtatem actualiter degradandi ſuo Epiſcopo pręſenti, vel futuro; poſsũtq; etiam illam facere Prelati Regulares,

qui

Digitized by Google

qui in ſubditos ſuos iuriſdictionis poteſtatem habent, reſeruando poteſtatem actualiter degradãdi Epiſcopo Diœceſano, nam degradatio actualis, quæ eſt actus ordinis etiam contra Monachos, & Regulares quoſcũq; ad Epiſcopum pertinet, vt tradit Bellarm. in obſeruat. doctrinę d.c.4.ſeſſ.13. Concil. Trid.

Aduertant etiam Superiores quarumcumq; Religionum, correctionem iudiciariam primo loco ad ipſos pertinere, vt dicit gloſ. in c. ea, quę in ver. per Abbatẽ de ſtat. monach. & eſt tex. in cap. quãto de offic. ordinar. ideòq; quãdo Viſitatores, ſiue tempore viſitationis, ſiue extra illud exiſtimant eſſe alicui Regulari iniungendam pœnitentiam, ſiue ſalutarem, ſiue iudiciariã, à Superiore non ab ipſis Viſitatoribus iniungenda eſt, etſi ipſi Viſitatores inquiſitionem fecerint, vt in d.c. ea, quæ, & ibi ſuprad. glo. & in d.c. quanto de offic. ordinar. & in ſolo caſu negligentiæ poteſtas dẽuoluitur ad Superiores maiores, vt in d.c. quanto, & dixi in meo Promptuar. ver. Crimen num. 10. verſus finem, & in totò illo numero inuenies, quomodo ſit hoc ſeruandum in noſtra Religione, ſtante decreto Capit. Generalis de quo in 3.p. noſtrorum decretor. c.9. nu. 8. quod decretum ibidem explicaui.

29 Et quòad id, quod indicaui ſupra, ſcilicet in formis ſententiarum eſſe ponendũ locum, in quo ſententia à Iudice fertur, ſciendum eſt, quòd etſi hoc faciendum ſit, quia alioquin ſententia non valet, & eſt ipſo iure nulla, vt ſupra dictum eſt per tex. & ibi Bart. & Doctor. in l. cũ ſententiam C. de ſentent. & interlocutor. omn. iudic. & per Maran. poſt Doctores, quos citat in 6. par.

ſpec.

ſpec.in rubr. Et demum fertur ſententia num.71. & ſupra in num.17. ego dixi hoc non procedere quòad Regulares, qui certam ad hoc ſedem deputatam nō habent (& hoc tunc maximè quòad Regulares verū erit, quando procedunt de plano, & ſine figura iudicij, in quo caſu omnibus ſic procedentibus licet ſine inualiditate ſentētiæ illam ferre, non in loco maiorū ſecundùm Bart. in l.nec quidquam §.de plano ff. de offic.Proconſul.& per adducta à Maran.vbi ſupra in nu.85.) Et ob eandem rationem idem dicit Maran.ſupra in num.72. quòad Iudices delegatos, quos poſſe dicit ſibi eligere locum vbi volūt, etiam in eorum camera, ſecundùm Bal.in d.l.cùm ſententia, aſſeritq; in num.73. hoc procedere quòad Iudicem delegatum ad vnā cauſam, quem dicit ipſe Maran. vbi ſupra in num. 75.in fi.poſſe etiam de conſenſu Partium ſibi eligere locum etiam extra territorium delegātis, & valere proceſſum, & ſententiam etiam ſine conſenſu domini territorij, per tex.quem dicit ſingularē in cap.ſtatutum §.in nullo de reſcript.lib.6. & ita refert in terminis tenere Abbatem in cap.pęn.nu.14.in verſ.venio ad 4.de offic.deleg.

Sed quòad delegatum ad vniuerſalitatem cauſarum ſecus eſſe dicit, quia ipſe tenetur ſeruare locū delegantis congruum litigantibus, & honeſtum, & quòd ad talem locum electum ſemper debet facere citationes, & ſententiam ferre ſecūdùm Bart. & Caſtrenſ.in l.ſi vt proponis la 2.C.quando, & quom.Iudex, & in l.j.in fi. C.de ſent.ex breuil.recit.

30 Nec procedunt prædicta quòad Epiſcopum, qui habet plures terras, & plura caſtra in Dięceſi ſua, quia

Digitized by Google

quia ſicut in quolibet loco ſuæ Diœceſis reſidere de iure poteſt ſecundùm omnes, ita etiam poteſt in quocunq; loco ſuæ Diœceſis non exempto per ſe, vel per alium Curiam regere, & citare, & ſententias ferre, vt eſt ex tex. in cap. cũ Epiſcopus de off. ordinar. lib. 6. vbi ita determinatum eſt: *Cùm Epiſcopus in tota ſua Diœceſi iuriſdictionem ordinariam noſcatur habere: dubium non exiſtit, quin in quolibet loco ipſius Diœceſis non exempto per ſe, vel per alium poſſit pro tribunali ſedere; cauſas ad Eccleſiaſticum forum ſpectantes audire; perſonas Eccleſiaſticas (cùm earum exceſſus exegerint) capere, ac carceri deputare; nec non, & cætera, quæ ad ipſius ſpectant officium liberè exercere*. Facereq; hoc ita valet, ac ſi eſſet in propria Eccleſia, vel palatio iuridico, vt ibidem dicit Gloſ. ſi. etiam mutato loco ſuorum maiorum, dũmodò hoc notificet Participatæ, vt notatur à gloſ. ibi in verſ. ſecundò nota: quę etiã in ver. Epiſcopus idem dicit quòad Legatũ circa ſuam legationem, vt in cap. nouit de offic. leg. Et quid ſit dicẽdum quòad Archiepiſcopos in cauſa appellationis, vel in alijs ad Metropolitanum pertinẽtibus, vide in c. 1. & in c. vt litigantes de off. ordin. in 6.

31 Quilibet etiam Iudex ordinarius de conſenſu Partium intra fines ſui territorij ferre pòteſt ſententiam in loco non ſolito, prorogando iuriſdictionẽ de loco ad locũ, vt ſi erat ſolitus habere tribunal in platea, poteſt fieri prorogatio, vt habeat circa plateam, prout tenet Abb. in d. c. penult. nu. 14. de offic. deleg. dicens ad hoc facere tex. in l. ſi, vt proponis la 2. C. quomod. & quan. iud. & idem Maran. in d. rubr. & demũ fertur ſen-

tentia nu.79.qui citat pro eadem ſententia Bart.in l. pen.circ.fi.ff.de iuſt.& iur. & glo.fin.in l. cùm non eo die C.quan.prouo. nõ eſt neceſſe.Et quamuis multi teneant, fieri hoc poſſe etiam in alieno territorio, ſine conſenſu Iudicis illius alieni territorij,tamẽ Bal. in l.ſi qui ex conſenſu C. de Epiſcop.aud. neceſſarium eſſe dicit,vt interueniat conſenſus Iudicis illius territorij, in quo ſententia eſt ferenda, aliàs ſentẽtia eſſet nulla, prout refert, & ſequitur Abb. ſup.in nu.15.dicens hoc eſſe verius;quia iuriſdictio eius,qui iudicare vult in alieno territorio inhęret territorio ſuo,& extra ſuũ territorium cẽſetur priuatus l.3.ff.de offic.Proconſul.& legitur,& notatur in cap.nouit de offic.leg. & ibi gloſ.fi.quæ latè probat non poſſe Iudicem extra ſuum territorũ iuriſdictionẽ exercere; & vide gloſ. in verb.expenſis in d.c.vt litigãtes de offic.ordinar. lib.6.quam citat Abb.vbi ſup.& ſingularem appellat,quatènus ait, quòd ad hoc,vt Iudex poſſit cognoſcere in alieno territorio, oportet, vt conſentiant Partes, & Iudex illius territorij,aliàs non poteſt.Et ad hoc citat præd.gloſ.c. 1.2.& 3. 9.q.2.d.l.3.ff.de offic.Præſid.l.vlt.ff.de iuriſd.omn. iudic. & facere dicit cap.nouit, & quæ ibi notantur de offic.leg.tenet eandẽ ſentent.Marãt. in d.rubr.& demũ fertur ſententia n.77.poſt Abb. & Bald.ſupra, ac Bart.& Doctores in l.quęro ff.ſol. matrim.

32 Sed eſt aduertendum, gloſſ.pręd.loqui tàm de Iudice delegato ad vnam cauſam, quàm de ordinario, & vtrumq; iudicat nõ poſſe iudicare extra territorium delegãtis,vel proprium ſine conſenſu Partium, & Iudicis territorij, in quo iudicare vult. Et Abbas licentiam Iudicis terri-

territorij eſſe neceſſariam cenſet per ſupradicta, ſolummodò quòad Iudicem ordinarium, non autem quòad delegatum in vnã cauſam, vt dixi ſupra in n.30.per tex.in d.c.ſtatutum §.in nullo de reſcript. in 6.&idem tenet Maran. in d.num.77.per prędictũ tex.vbi ita determinatum eſt: *In nullo quoq; caſu prędictorũ Iudex extra Ciuitatem, ſeu Diœceſim, in qui bus deputatus fuerit*, *citet Partes, nec de cauſa ſibi cõmiſſa cognoſcat: niſi ad id expreſſus acceſſerit earundem conſenſus*. Qui tex.cũ de ſolo conſenſu Partium verba faciat,& nihil dicat, de conſenſu Iudicis territorij,illum minimè neceſſarium eſſe oſtendit in Iudice delegato, iuxta vniuerſale axioma, quòd qui de vno dicit, de alio negare videtur,cap.non nè de præſumpt.l.cùm Prætor in prin.ff.de iudic. Nec obſtant iura,quæ adducit gloſ.in cap.vt litigãtes, quia omnia loquũtur de Iudice ordinario, non autem de delegato ad vnã cauſam. Vndè fit, vt de iure dubitandum non ſit de ſententia Abbatis,ſed ſi caſus mihi conſulendus occurreret, conſilium darem, vt delegatus ad vnã cauſam, ſi vellet iudicare cum conſenſu Partium extra territorium delegãtis,conſenſum petat à Iudice territorij, in quo iudicare vult,prout ipsũ feciſſe refert Maran. vbi ſupra in nu.75. non ſolùm ad tollendam omnem ambiguitatem, ſed ad abundantiorem cautelam.

33 Iudex etiam appellationis poteſt in domo ſua, & in omni loco publico, vel honeſto iuſtitiam regere,& ſententiam ferre, ſecũdùm gloſ.in d.l.cùm ſententiam C.de ſenten. & interlocut. omniũ iud. & ibi Bar. in 1. lect. & Caſtr.ac Doctores communiter, vt teſtatur Maran.in ſupra cit. rubr. &

demum fertur ſententia nu.81. Et idem dicit Marant. ibid.in num.82. de Vicarijs Generalibus, & Præſidibus Prouinciarum quando diſcurrunt,ſiue viſitant prouinciam,quia in quolibet Prouinciæ loco ad eorum electionem ius reddere poſſunt, & ita tenere refert Alberic.de Roſ.& Moder.in l.pęnult. ff.de iuſt.& iure, Bald.in l.teſtamenta omnia C.de teſt.ac Angel.de malef. in verſ.ad noſtrum ſolitum bancum iuris.

34 Epiſcopus quoq; quãdo à Dięceſi ſua eſt expulſus poteſt in aliena Dięceſi conuicina iuriſdictionem exercere,procedendo contra expulſores, & eorum fautores,iuxta formam clement. 1. de foro compet.& tradit Maran. ſupra in n.84.Ac etiã quilibet Delegatus àb Apoſtolica ſede, qui in certo loco inquiſitionem facere debet, & ſententiam ferre ex forma ſuæ legationis,ſi propter potentiã, vel malitiam illius,contra quem inquirendum eſt, facere ibi hoc non valet, eligere poteſt ad hoc faciendum locum aliũ idoneum,& ſecurum, vt in cap.ſtatuimus de offic.de. leg.in 6.& idem facere poteſt omnis Iudex, quãdo locus ſolitus non eſt tutus, vel propter metum Tyramni,vel propter bella,vel peſtilentiã, vel quia minatur ruinam; poteſt enim tunc alium locum eligere, & ibi ſententiam ferre exprimendo, quòd propter illam neceſſitatẽ talem locũ elegit, & priorem mutauit, prout poſt Baldum tenet Maran.in d.rubr. & demum fertur ſententia nu.83.

35 Lata autem ſententia, & poſt decem dies tranſacta in rem iudicatam (niſi fuerit appellatum iuxta dicenda in cap. ſequ.) faciẽda eſt ipſius executio, quia fruſtra fieret,ſi debitæ non mandaretur executioni

cutioni cap. quòad cõſultationẽ de re iudic. & notat gloſ. in rubr. C. de execut. rei iudic. Vnde fit, vt indubitati iuris ſit, omnẽ ſententiam iam trãſactam in rem iudicatam, hoc eſt, poſt decem dies ex quo fuit lata, ſi interim appellatum nõ ſit, poteſt exequutioni demandari ab eodem Iudice, qui eã tulit, vt in d.c. quòad conſultationem de re iud. & in l. cũ quędã puella ff. de iuriſd. omn. iudic. Intellige dũmodò ſententia valida ſit; nam inualida executionẽ non meretur l. 4. §. condẽnatum, & ibi Bart. & Doctor. ff. de re iudic. l. ſi cùm nulla ff. eod. gloſ. in l. 2. C. de edict. D. Adri. tollen. Bart. in l. 1. C. de exequut. rei iudic. & alij. Et quòad Iudicem eſt intelligẽdum, modò ſit Iudex ordinarius, & ab illo appellatum non ſit; nã ſi Iudex eſt delegatus non poteſt ipſe ſententiam, quã tulit executioni demandare; ſed eſt hoc faciendum à delegante l. à Diuo Pio in prin. & ibi Bart. & Doctor. ff. de re iudicata, l. properandũ §. ſin autem reus C. de iudic. & notat Abb. in cap. ſi quis contra Cler. col. ſi. de foro competenti: niſi ſit delegatus Principis, quia ipſe poteſt ſententiã ſuam executioni demandare infra annum tàm de iure Canonico, quàm ciuili, & poteſt etiam executionem Ordinario committere, vt ꝑ Maran. poſt Doctor. quos citat in 4. par. ſpec. in 5. diſt. prin. nu. 45. in verſ. 18. differunt. Quando autem appellatũ fuit, Iudex appellationis ſententiam exequitur, ſi illam confirmet ſecũdùm Bart. in l. eos in fin. princ. & in l. pręcipimus C. de iudic. ſed ſi fortè appellatio deſerta ſit, quia tunc ac ſi non fuiſſet appellatum executio fit per Iudicem à quo, ſecundùm Bart. & Bald. ac Doctores in l. ſi contra C. de appell.

& per Maran.in 6.p.ſpec. in ver.& poſt õnia aduertatur circa executionem num.6.

36 Sed ſcias,quòd quãdo poſt ſentẽtiam capitalem ſtatim ex Parte condemnati non fuit appellatum, Doctores nonnullos tenere,poſſe Iudicẽ ſententiam executioni demandare non expectatis decẽ diebus, prout tenent Guliem. de Cun.Petr.& Bal. in l. addictos C. de Epiſcop.audien.& alij citati à Foller.in ſua Pract.in rub. Pœna debita feriantur n. 5. vbi etſi referat alios tenentes contrarium, dicit tamen de conſuetudine ſeruari,vt quando non eſt appellatum, ſentẽtia executioni demandetur, non expectatis decem diebus, ideò ſint rei cauti, vt ſtatim appellent; dummodò non ſint confeſſi,aut conuicti, quia tunc, non obſtante appellatione, ſententia executioni demandatur,vt per Foller.vbi ſũpra in nu.6. niſi in appellatione allegetur error factus in cõfeſſione,vel alia iuſta cauſa, quia tũc dicit, appellationem eſſe admittendam.

## De Appellationibus. Cap. XVII.

*SVMMARIVM.*

1 *Appellare ad ſuperiorem poteſt infra decẽ dies Pars, quæ per ſententiam ſe grauatam eſſe ſentit.*

*Appellationis definitio, remiſſiuè.*

*Appellatio alia iudicialis, & alia extraiudicialis, & vtraq; explicatur.*

2 *Appellatio tàm in ciuilibus,quàm in criminalibus cauſis permiſſa eſt,exceptis quibuſdam caſibus.*

*Appellatio à correctione ſuorum Superiorum de iure communi Regularibus eſt inter-*

*interdicta, quando ſuperiores crimina corrigũt iuxta regulam, & conſtitutiones quòad ea, quæ ad regulam, & cõſtitutiones pertinent, & in corrigendo non excedunt modum.*

*Prelatus Regularis, vt ſuſpectus recuſari non poteſt quando corrigit iuxta modum Regulæ, & Conſtitutionum.*

*Pœna quando appoſita eſt pro correctione morum nec appellatio, nec querela ad Sedem Apoſtolicam eſt permiſſa; nec illam appellatio, aut quærela ſuſpendit.*

3 *Quòad appellationem varijs Summorum Põtificum Priuilegijs multa ſunt Regularibus interdicta, quæ referuntur.*

4 *Appellatio quando Regularibus eſt interdicta, appellare non poſſunt; ſed recurrere valent ad Superiores Prælatos habentes in eis iuriſdictionẽ, quando Prælatus notabiliter modum non excedit: ſi tamẽ exceſſus ſit manifeſtus. Et redditur ratio in n. 5.*

5 *Sententiæ potius, quàm appellationi fauendum eſt in fine cauſæ: & in dubio pro ipſa ſententia eſt iudicandum.*

*Dubium circa ſententiam Prælati ex quibus capitibus oriri poteſt.*

*Correctiones, iuxtà Regulas à Religioſis patienter ſunt ſubſtinendæ, quando ſine proceſſu proceditur.*

6 *Appellare à punitione in caſu dubio Regulares poſſunt, quando Prælatus procedit per viam iuridicam, etiam ſi puniat ſecundùm Regularem obſeruantiam.*

*Appellare ſubditi valent quando Prælatus excedit modum in corrigendo, & ipſe Prælatus tenetur tunc deferre appellationi, aliàs punitur.*

7 *Dubia pluribus modis eſſe poteſt iuſtitia punitionis, ſeu ſententiæ circa delicta Regularium, quæ de iure cõmuni ſunt puniẽda.*

*Appellationi etſi in caſu dubio ſit deferendum, hoc*

ta:

*tamen non procedit quòad ſententiam finalem, & diffinitiuã, ſed quòad ſentẽtias interlocutorias, & grauamina, quæ fiunt in principio, vel medio cauſæ.*

8 *Acceſſus ad Superiores valet ſicut appellatio à iuſto grauamine.*

*Appellare facto plus eſt quàm verbo.*

*Acceſſus ad Superiores etſi ſit Regularibus vetitum ſine eorum licentia, tamen non ideò eſt illis vetita appellatio.*

*Appellationem Regulares gradatim facere debent, & quomodo.*

9 *Appellatio ad Papam fieri poteſt in cauſis Eccleſiaſticis, omiſſo medio: ac etiã in cauſis temporalibus ab eis, qui ſunt de temporali iuriſdictione Eccleſiæ, licèt fieri non poſſit ad Imperatorem omiſſo medio.*

10 *Appellare Regulares, & ẽt noſtri ad Papam poſſunt immediatè.*

11 *Appellare prohibẽtur in criminalibus omnes clarè conuicti, & ſponte confeſſi, eorumq; appellatio reijcitur.*

12 *Appellare non valet conuictus de furto manifeſto, etſi confeſſus non ſit. Et ex Ritu Magnæ Curiæ, quãdo non appellatur à ſententia irrogandi torturam.*

*Appellare licet quoties allegatur iuſta, & rationabilis cauſa illicò probanda, ẽt ſi appellatio ſit prohibita, ac etiam quando ſententia eſſet notoriè iniuſta.*

13 *In appellatione à ſentẽtia diffinitiua ponenda eſt cauſa grauaminis in genere, dicendo ſe eſſe grauatum, & ſententiam eſſe iniuſtam. ſed in appellatione ab interlocutoria nominatim ponenda eſt cauſa grauaminis, & quando plures ſunt, omnes ſunt exprimendæ.*

*Appellatio ab interlocutoria iuſtificari non poteſt ex noua cauſa, ſed iuſtificari poteſt ex nouis, & diuerſis probationibus. Limita vt in nu. 18. in fi. ſed appellatio*

*tio à diffinitiua iuſtificatur ex noua cauſa, & etiam ex nouis, & diuerſis probationibus.*

*In cauſa appellationis à diffinitiua quod probatum non eſt, probari poteſt, & quod deductum non eſt, deduci poteſt.*

*In appellatione à diffinitiua tunc tantùm eſt exprimenda cauſa grauaminis, quando in caſu, de quo eſt quæſtio, eſt prohibita appellatio.*

*In appellatione nunquam exprimenda eſt cauſa grauaminis, nec eſt facienda in ſcriptis, quando proceditur ſummariè, prout fit in noſtro Regno, & à Regularibus participantibus.*

14 *In appellatione quando de iure* Canonico *eſt exprimenda cauſa grauaminis, ſufficit expreſſio etiã cauſa minimæ.*

*Appellatur de iure Canonico etiam ob cauſam minimam, dummodo exprimatur rationabilis cauſa talis grauaminis.*

*Soli appellationi friuolę nõ eſt deferendum: & quæ appellatio ſit dicenda friuola.*

*Cauſa quando eſt commiſſa appellatione remota, ex nulla cauſa appellari poteſt, niſi in iure ſit expreſſa. Et eſt expreſſa, quando quis iniuſtè grauatus fuit.*

*Clauſula* Appellatione remota *quid operatur; & à quo talis clauſula apponi poteſt.*

15 *Appellatio quando interponi poteſt, ſi ſequatur ex interuallo poſt ſententiam, eſſe debet in ſcriptis quòad diffinitiuam: ſed quòad interlocutoriam eſt ſemper appellãdum in ſcriptis, niſi habeat vim diffinitiuę. Dũmodò non procedatur ſummariè.*

16 *Appellatio quando cenſetur facta in continenti.*

17 *Appellatio quando cenſetur facta in ſcriptis.*

18 *Sententia quando dicitur interloquutoria.*

*A ſententijs interlocutorijs de iure ciuili non appellatur, niſi contineant grauamen*

*men per ſententiam diffinitiuam irreparabile.*
*Grauamen per diffinitiuam irreparabile quando eſt dicendum.*
*Appellatio ab interlocutoria, quæ habet grauamen irreparabile, poteſt ex nouis cauſis iuſtificari, ſicut appellatio à diffinitiua.*

19 *Appellari poteſt etiam de iure ciuili à ſententia interloquutoria, quæ vim habet diffinitiuæ, tàm ſi ſit negatiua, quàm affirmatiua; & ponuntur exempla vtriuſq;*

20 *Appellatio ab interloquutoria in quibus caſibus hodiè non admittitur ex Sacro Conc. Trid. cum nõnullis ampliationibus.*

21 *Non appellans voce incõtinenti, appellare poteſt in ſcriptis infra decem dies à die ſcientiæ; alioquin ſententia tranſit in rem iudicatam, niſi grauamen ſit ſucceſſiuum, habeatq; cauſã continuam.*

22 *Appellatio quid cõtinere debet. Et illa interpoſita intra quos dies tenetur appellans Apoſtolos petere; & qua diligentia in nu. 23.*
*Apoſtoli appellationis quid ſunt.*

24 *Appellanti quot tempus præfigere poteſt Iudex appellationis.*

1 POſt quam à Iudice ſententia fuit promulgata, ſi Pars per illam ſe eſſe grauatam ſentit, infra decem dies ad Superiorem appellare poteſt, vt in Auth. hodie C. de appellat. & quia appellationis deſcriptionẽ poſui, & explicaui in 3. p. meæ Inſtit. lib. 3. c. 2. q. 1. in prin. & non eſt neceſſariũ illam hic repetere, eam ſi vis ibi videre potes, & hic ſcias, appellationem duplicẽ eſſe, ſcilicet iudicialem, & extraiudicialem. Appellatio iudicialis dicitur illa, in qua quis de pręterito ſibi illato grauamine appellat, hoc eſt ad Superiorem recurrit pro iuſtitia obtinenda circa id,

quod

quòd ſe grauatum eſſe ſentit, cap. vt debitus, & cap. dilectus, & cap. inter cetera de appellat. Extraiudicialis autem dicitur illa, quæ fit à futuro, vel inſtãti grauamine, cap. cõſuluit, & cap. cùm dilectus, cap. cõſtitutus, & cap. bonæ memoriæ de appellat. Specul. in tit. de appellat. §. reſtat videre num. 11. in fi. & dixi in meo Prompt. verb. appellatio nu. 1.

2 Eſt autẽ appellatio tàm in ciuilibus, quàm in criminalibus cauſis permiſſa l. litigatoribus, & l. in maioribus C. de appell. Exceptis quibuſdã caſibus, qui habentur in l. obſeruare C. quorum appellat. non recipit. quos latè cõgeſſit Anton. Nicel. in cõcordant. gloſ. concord. 6. à num. 15. & Maran. in 6. par. ſpec. actu 2. qui eſt de appellat. in 4. q. princ. à n. 246. vſq. ad num. 367. Et quòad Regulares omnes interdicta eſt appellatio à correctione ſuorum Superiorum; & hoc non ſolùm ratione priuilegiorum, ſed etiam de iure cõmuni. Nãq; de iure communi in cap. ad noſtrã de appellat. & in cap. reprehenſibilis in fin. eod. tit. pręcipitur, vt quando Prælati Regularium ſubditorium crimina corrigunt iuxta tenorẽ mandati, quod in Regula, & Conſtitutionibus Ordinis continetur, ad appellationis remedium conuolare non poſſint: ſed humiliter, ac deuotè ſuſcipere debeant, quod pro ſalute ſua eiſdẽ fuerit iniunctum. Quæ iuris communis determinatio ita eſt intelligenda, vt gloſ. fi. & Doctores explicant in d. c. ad noſtram, vt tũc locum habeat, quando Pręlati ad ſubditorum correctionem procedunt quòad ea, quæ ad Regulam, & Ordinis Conſtitutiones pertinent, vt citata Iura loquuntur; & dummodò tunc in corrigendo modũ non excedant. Ideò enim

tunc appellatio à correctione non admittitur, vt dicit prædicta gloſ.fi.circa fi.quia talis correctio fit ad pœnitentiam, & ſic ad fratris emendationem, & extra formã iudicij.Ideòq; admittitur appellatio,quã do Prælatus in correctione modum excedit,vt patet ex cap.de priore,& ex alijs iuribus citatis ibidem à gloſ.1. quia excedendo modum,nõ corrigit iuxta tenorem mandati, quod in Regula,&Conſtitutionibus Ordinis continetur.

Quando autem iùxta modum prędictum Prelatus corrigit; non ſolùm non appellare,ſed nec recuſare illum tanquam ſuſpectum ſubditus poteſt, vt aduertit prædicta gloſ. fi.& eſt tex.in cap.in ſpeciali in fi.de appellat.Immò quando pœna appoſita eſt pro correctione morum, nec appellatio, nec quærela, etiam ad ſedem Apoſtolicam interpoſita,impedit pęnæ exequutionem, nec illam ſuſpendit, vt probatur ex Sac.Conc.Trid.ſeſſ.24.c.10. de refor. & notat Salzedo ad Diaz in cap.79.§. eſt tamen.

3 Et ex Priuilegijs diuerſis Religionibus cõceſſis, quòad appellationẽ multa ſunt Regularibus interdicta: nãq; Bonifac.Papa VIII. in Bulla relata ſupra in c.1.nu.4.non ſolũ conceſſit priuilegium MagiſtroGenerali,& Prioribus Sãcti Dominici,vt in corrigendis,& puniendis Fratribus eiuſdemReligionis nõ liceat ab eiſdem punitionibus, & correctionibus appellare, vt patet ex fine prędictæ Bullæ relatę in d.num.4.& idem conceſſiſſe Sixtũ IV.Carmelitis refert Peregrin.in compend. noſtr. Priuileg. in verb. Appellatio §. 1. Idemq; conceſſum fuiſſe Franciſcanis, & Auguſtinianis refert Lezana in 1.tom. qq. Regul. cap.9. num.4. poſt Caſſarubium

in

in compend. priuileg. Mẽdicant. ver. Appellare. Iulius Secũdus conceſſit ẽt Cononicis Regularibus S. Saluatoris, vt Generalis, alijq; Prçlati non ſolũ procedere ciuiliter, & criminaliter poſſint. ſecundùm Conſtitutiones, & Statuta eiuſdem Ordinis, omiſſis apicibus iuris cõmunis, dilationibus, terminis, & litium anfractibus, ſed vt nulli Prçlatorũ, vel Canonicorũ prædicti Ordinis appellare liceat ab Inſtitutis, Ordinationibus, correctionibus, & mãdatis Capituli, ſui Prioris Generalis, aut aliorum Prælatorum ipſius Congregationis, ad quẽcunq; etiam ad Summum Pontificem, & Apoſtolicam Sedem, niſi de ſpeciali Sũmi Pontificis licentia. Appellationeſq; deſuper pro tẽpore interpoſitæ, & indè ſequuta irrita habeantur, vt patet ex Bulla eiuſdem Summi Pontif. regiſtrata in 1. tom. Bullar. Roman. 30. in ordine Bullarum eiuſdẽ Iulij II. incip. Inter cæteros; & prædictæ conceſſiones habẽtur in §. 12. & 13. & refert breuius Peregrin. in cõpen. præd. in d. ver. appellatio §. 2. Item Cirſtercienſibus priuilegium conceſſum eſſe, vt à correctonibus Præpoſiti Generalis, vel Viſitatorũ appellari non poſſit, etiam ad Sedem Apoſtolicam, ſub pœna excommunicationis Sedi Apoſtolicæ reſeruatæ, niſi ad generalem congregationem, & in caſu denegatç iuſtitię, aut pro notoria iniuria; prout refert Suar. tom. 4. de Relig. lib. 2. c. 11. nu. 2. in fi. & Frater Thom. à Ieſu in tract. de viſitat. Regular. tract. 3. c. 17. nu. 2. referuntq. ſumpſiſſe illud ex compẽd. Priuileg. Societ. Ieſu ver. Appellatio. §. 2.

4 Sed quamuis circa intelligentiam prædictorum canonum, & priuilegiorũ multa dixerit Suar. in d. c. 11. à nu. 3. vſq; ad 9. oſtendens

dens, iuſtè Religioſis appellationẽ regulariter eſſe interdictam, & ab eis regulariter appellandum non eſſe, ſed faciendum eſſe recurſum ad ſuperiores Prælatos, non ſolùm cuiuſq. propriæ Religionis, ſed ad alios quoſcũq; habẽtes ſuper illis iuriſdictionem ad mutandum præceptum, vel pœnam à Superioribus impoſitam, vſq; ad Summum Pontificem: tandem tamen in d. nu.9. ſe explicat eſſe prædicta intelligenda, quãdo Prelatus non excedit limites iuſtitiæ, etiã ſi ſummo rigore vtatur; ſed quando excedit, & ipſe tunc inter Religioſos appellationem locum habere concedit in rebus grauibus, tanquã neceſſarium medium ad repellendam grauem, & manifeſtam iniuriam. Tu autem tene menti ea, quæ dixi in meo Promptuario ver. Appellatio nu.10. in verſ. Tu verò, vt ſcilicet ſi Prælatus in corrigendo notabiliter modum excederet, poſſe Regularem per viam appellationis ad Superiorem, & præſertim ad Papam recurrere, vt in d.c. de priore, iuxta ſentẽtiam Abb. in d.c. ad noſtram num.9. Roman. in conſ.351. & Calder. in conſ.20. de regularibus, poſt quos idem affirmaui in mea Reſolutione 195. n.6. Dummodò appellãs in ſua appellatione expreſſam mentionem de exceſſu Prælati faciat, vt poſt Innoc. notat Abb. in d.c. ad noſtrã nu.9. & dixi in d. ver. appellatio n.10. ſed ſi fortè ſimplex Monachus eſſet ille, qui appellat, valida erit eius appellatio, quia cùm non teneatur eſſe literatus, vt dicit gloſ. in c. legi q. 1. ſcire non obligatur prædictas Doctorũ ſubtilitates, vt dixi in d. reſolut. 195. nu.6. & ob eandem rationem idem dicẽdum eſt de laicis quarumcũq; Religionum. Neceſſariumq;

riumq; eſſe addit vbi ſup. Suar.in nu.10.vt iniuſtitia ſit tũc clara, nec ſatis eſſe quòd ſit dubium, an ſententia ſit iniuſtà, nec ne, per rationes, quas ipſe ibidem adducit. Et Frat. Thomas à Ieſu in d.c.17. num.6.cenſet,prohibitiones appellandi Religioſis factas in tali ſenſu eſſe accipiẽdas, vt ipſis appellare non permittatur, quando Prælatorum exceſſus non fuerit manifeſtus, quamuis alijs in caſu dubio appellatio conceſſa ſit. Et idem tenet Lezana in d. c.9.num.7.vbi probat in raro, & graui caſu,in quo euidenter cõſtaret, quòd Religioſo fieret notabilis iniuria in fama,honore,& reputatione à ſuis Superioribus, eſſe illi licitam appellationem.

5 Ideòq; euidentiã prędictam in appellatione Regularibus neceſſariã eſſe dicunt, citati DD. ac etiã Couarr.in pract.qq.c.23. num.6.verſ.6.& 8.& ſentiunt Summiſtæ communiter in verb.appellatio,vt teſtatur Suar. in d.nu.10. quia in caſu dubio eſt obediendũ Pręlato,& ius eius eſt præferendum, vt dicit Suar.ſupra; ſed tu dic magis iuridicè,q.a in fine cauſę potiùs eſt fauendum ſententiæ, quàm appellationi; & in dubio pro ipſa ſententia eſt iudicandum, vt dicit Franc.in cap.de priore num.2.de appellat. per notata in l.Herẽnius §. Caia ff. de euict.& ita etiam refert dixiſſe notabiliter Bald. in addit. ad Speculator. in tit. de appellat.col.11. in verſ.in dubio potius defertur, & pro quo in ſimili dicit eſſe gloſ.in cap.cùm ad ſedem de reſtit.ſpol. Et pręterea aut Prælati corrigunt, & puniũtReligioſos ſibi ſubditos quòad exceſſus Regulæ,ſiue cõſtitutionum, & decretorum ſuæ Religionis.& ſic tantùm quòad ea, quæ ſecundùm regulam ſũt delicta, & pęna affecta

affecta; aut quòad ea, quę ſũt delicta, & pęna affecta de iure communi. Et in priori caſu ſcire procedãt Prælati Regulares ſecundùm regularem obſeruãtiam, ſiue procedant per viam proceſſus iuridici, ex duplici capite oriri poteſt dubium circa iuſtitiam punitionis, & correctionis, ſcilicet, vel quia factũ ipſum negatur ſufficiẽter eſſe probatum; vel quia arbitraria eſt pęna à regula poſita; quia ſi eſt determinata, ex hoc capite dubium oriri non põt. Quãdo autem dubium ex eo procedit, quòd ſubditus prętendit factum non eſſe ſufficienter probatum, & Superior prætendit contrarium in caſu, quo procedit ſine proceſſu iuridico, ſed ſecundũ regulares obſeruantias; & tunc præſumendum eſt pro facto Prælati propter conditionem ſtatus, vt dicit Suarez vbi ſupra; & quia inter religioſos huiuſmodi correctiones patienter ſubſtinere non ad iniuriam, ſed ad ędificationem computatur; Et Monachus, ſiue Religioſus quilibet, qui non fictè, ſed verè ad Dei ſeruitium acceſſit, cor, & animã ſuam ad huiuſmodi tribulationes præparare debet ſecundùm S. Dorotheũ in ſerm. 13. in princ. Et hoc maximè in noſtra Religione ſeruandum eſt, in qua ſpecialiter, ſãctèq; determinatũ eſt, vt Superiores infligentes pœnas regularem mortificationẽ præferẽtes pro tranſgreſſione Cõſtitutionum, Decretorũ, vel Ordinationũ noſtrorum, non teneantur iudicialiter inquirere, nec teſtes vocare, nec latę pęnę rationem reddere, cũ huiuſmodi ſint apud Religioſos viros mortificationis, humilitatiſq; potiùs exercitationes, quã pęnę: prçcipiturq; vt ab eis, ne ad Superiores noſtrę Religionis appellatio admittatur, prout ex determinatione

tione Capit. Gener. anni 1621. habetur in 3. p. noſtror. Decretor. c. 9.

6 Quando verò Superior procedit per viam proceſſus iuridici ad infligēdam pęnam contra tranſgreſſores Regulę (quod tamen in noſtra Religione eſt vetitum per ſupradictum decretum) & per ſubditum negatur, factū eſſe plenè probatū, & ipſe illud negat, tunc ſtādum eſt actis, & in caſu dubię probationis ſubditus non eſt iuxta ſententiam latam, vel ferendam puniendus, quia ſibi imputare debet Prælatus, ſi hanc viam elegit, in qua pro puniendis delictis probationes eſſe debent luce clariores; & in caſu, quo Prælatus ſententiam punitionis ferat, appellare poteſt ſubditus à tali iniuſta ſentētia, quia in tali modo procedendi euidens eſt, & manifeſta iniuſtitia ex actis; & pro Prælato præſumi non poteſt, cùm excedat modum regularis obſeruantię, puniendo per viam iuris, quod punire poterat ſecundum ipſam regularem obſeruantiā, vt per Innoc. in cap. cum ſpeciali nu. 9. de appellat. Et quando Prælatus excedit modum in corrigēdo, ſubditus appellare valet, vt tenēt Doctores citati ſupra in c. 8. nu. 19. & Silueſt. in verb. Appellatio q. 7. & eſt tex. in cap. de priore de appellat. vbi Franc. in num. 2. in verſ. fallit quando, docet quòd quando Prælatus modum excedit, tunc ſubditi quātumcūq; religioſi iniquè correcti appellare poſſunt, & Prælatus tenetur deferre appellationi, aliàs punitur, vt in d. textū.

7 At quando delicta ſunt talia, vt ex iure communi ſint ponienda, in quo caſu ſola via iuridica procedi poteſt, pluribus modis dubia eſſe poteſt iuſtitia punitionis, ſeu ſententiæ; nā vel ad illam ferēdam proceditur

ceditur ſecūdùm formam iuris,& tot.modis dici poteſt ſententia dubia, quot modis dubitari poteſt, an in actis, ex quibus fuit probata,interuenerint ſolemnitates à iure requiſitę; aut proceditur ſimpliciter,& de plano ſine ſtrepitu,& figura iudicij,& de iuſtitia punitionis dubitari poteſt tot.modis, quot dubitari poteſt, an interuenerint, vel defuerint in actis ea, quæ ſūt eſſentialia iudicij,

Et quia delictū habet aliquādo à iure determinatam pęnam, aliquando arbitrariam,& determinata ex circumſtātijs minui, & augeri poteſt, iuxta dicēda in cap.ſeq.ex omnibus his cauſis ſententia, ſeù iuſtitia punitionis poteſt eſſe dubia, & cùm loquamur de ſentētia finali, in dubio fauendū eſt ſententiæ; & pro ipſa ſententia eſt iudicandum, vt dictum eſt ſupra in num.5. Nam, etſi in dubio appellationi ſit deferendum, vt poſt Innoc. in cap. dilectus il 2. de reſcript. dicit Franc.in d.c.de priore nu.1.& Nauar. in conſ.4. de appellat. num.2.quia appellatio ſemper dicitur eſſe iuſta,quātum ad hoc, vt Iudex à quo deferre teneatur; quando ſcilicet in appellatione eſt expreſſa iuſta cauſa grauaminis, & manifeſtè non eſt falſa; nam tūc vel cauſa expreſſa eſt manifeſtè vera, & non eſt dubitandū, appellationē valere: vel eſt dubia, & quia tunc ad Iudicem à quo non pertinet iudicare,an iuſta,vel iniuſta ſit cauſa illa in appellatione expreſſa, ſed hoc pertinet ad Iudicem ad quem, ideò ipſe Iudex à quo ſuperſedere interim obligatur,iuxta tex.in cap. dilectus il 2.de reſcript.& in l. chyrographis §.1.ff. de adminiſtr. tut. & ibi Bart.& Franc.vbi ſupr.tamen,vt aduertit idē Frāc. vbi ſupra in n.2. hoc non pro-

procedit in ſentētia finali, & diffinitiua, ſed in ſentē-tijs interloquutorijs, vel in grauaminibus quæ fiūt à Iudice in principio cauſæ, vt in d.l. dilectus, nec procedere dicit idē Frāc. ibidem quòad ſententias, quæ feruntur in medio cauſæ, quia tunc in caſu dubio ita æqualis eſt conditio ſentētiæ, & appellationis, vt pariter vtriq; fauendum ſit.

8 Et quāuis acceſſus ad Superiores valeat ſicut appellatio à iuſto grauamine, vt dicit Cardin. Bellarmin. infra citādus, quia plus eſt facto appellare, quàm verbo, vt dicit gloſ. fi. in c. meminimus de appellat. per tex. in c. dilecti 1. & 2. & c. vt noſtrū eod. tit. & Regularib. ſit vetitū à Conuētu recedere prætextu accedendi ad Superiores, ſine eorum facultate, vt in Conc. Trid. ſeſſ. 25. c. 4. de regularibus, tamen appellatio non videtur prohiberi per prędictū decretum, vt per Naua. in cap. non dicatis n. 61. 12. q. 1. & tradit Card. Bellarm. in obſeruation. ad doctrinam d. c. 4. in verſ. etiam prætextu, & Nau. in conſ. 4. de appell. poſt n. 5. in ver. ad ſecundū. Sed vt refert Bellarm. in d. obſeruat. in d. c. 4. in verſ. non liceat, hinc emanauit decretum ſacrę Congregat. Regular. incipit. Quoniam anno 1587. *Nè liceat Regularibus omiſſis ſuis Superioribus habere recurſum ad Vrbem Romanam, niſi gradatim, ideſt à Priori ad Prouincialē, à Prouinciali ad Generalē, & à Generali ad Protectorem, & contra facientes ad ſuos eoſdem Superiores ſæuiori pęna plectendi remittātur*. Et paulò inferius idem Bellārm. in obſeruat. ad verſ. *etiam prętextu*, addit ex declaratione eiuſdem Sacræ Cō-gregationis à Protectore ad Sac. Congregationem appellandum eſſe. Refert etiam eandem Sacr. Cō-

Mmm grega-

gregationis declarationẽ Suar.to.4.de Relig.c.11. nu.5.Nec fuit opus, vt in d. declarat. addatur à Sacra Cõgregatione, ad Papam eſſe appellandum, *quia ad Romanam Eccleſiã ab omnibus* (maximè tamẽ ab oppreſſis) *eſt appellandum, & concurrendũ, quaſi ad matrẽ, vt eius vberibus nutriatur, auctoritate defendatur, à ſuis oppreſſionibus releuetur; quia non poteſt, nec debet mater obliuiſci filium ſuum*, vt determinatum eſt à Zephirino Papa in c.ad Romanam il 2. 2.q.6.dummodò quis ad ſe releuandum, non autem ad differẽdum appellet, prout declarauit eſſe intelligendam prędictã Zephirini determinationem Iulius Papa in cap. ideò huic ſãctę in fi.2.q.6.

9 Appellareq; ad Papam poſſunt omnes, omiſſo medio, in cauſis Eccleſiaſtici fori, & etiam in cauſis temporalibus, illi, qui ſunt de temporali iuriſdictione Eccleſiæ, vt per Franc.in c. dilecti il 3. nu. 25. de appellat. per tex.in d.c.ad Romanam, & idem Franc.in rubr.de appellat. num.7.dicit, quòd etſi ſecundùm leges gradatim eſt appellãdum ad proximum Superiorem, ita vt nec poſſit appellari ad Imperatorem, omiſſo medio, vt l.Imperatores ff.de appellat. tamen ſecũdùm Canones appellari poteſt ad Papam, omiſſis medijs, vt in d.c.ad Romanam 2. q.6.& in c.ſi duobus de appellat.Aretin.in d.l.Imperatores nu.1.Dec.in d. c.dilecti num.17.fallen.5. Marant.in 6.part. ſpec. in ver.& quãdoq; appellatur nu.369. & addit tex. in c. ſollicitudinẽ de appellat. & alios citat. Et in n.370. limitationem addit, quam etiam ponit vnà cum alijs Franc. in d.c. dilecti n.25. tenet etiam ſupradictam ſententiam Lancellot. in tract. de attentat.par.2.c. 12.ampliat.21. nu.3. tit.

5.&

5.& alij multi, quos citat, & ſequitur Sigiſm.Scacc. in tract.de appellat. num. 46.vbi, & in aliquibus ſequentibus reſpondet aduerſarijs, qui contra prædictam canonicam determinationem malè ſcripſerunt; & rationes reddit, quarè appellari poteſt ad Papam abſq; medio, non autem ad Imperatorem.

10 Cùm autem prędicta iuris Canonici determinatio vniuerſalis ſit, comprehendũtur in illa Regulares omnes, ita vt & ipſi poſſint ſine medio, quãdo à Superioribus iniuſtè grauati ſunt, ad Summũ Pontificem appellare, ſi volũt, alioquin prædictum ſacræ Congregationis poſitum ordinem ſeruare obligantur, & in noſtra Religione, in qua Prouinciales non habemus, vt à Præpoſito ad Prouincialem appellare quis poſſit, determinatum eſt, vt à Præpoſito ad Viſitatores ſit appellandum, & à Viſitatoribus ad P.Generalem, & eius Cõſultores, prout determinauimus in Capit.Gener. anni 1621. & habetur in 3.p.noſtrorum decretorũ c.9.nu.8.& 9.

11 Sed eſt aduertendum, quòd appellare prohibẽtur in criminalib. omnes illi, qui de aliquo delicto per claras probationes ſunt conuicti, & illud etiã ſpontè confeſſi ſunt, vt eſt tex.in l.2.C.quorũ appellat.non recipiunt. Sed ſecus eſt ſi ſint conuicti tantùm, non autem confeſſi, vel confeſſi, non tamen ſpontè, ſed metu tormentorum, vt in d.l.2.habetur, & per Paulum de Caſtro ibidẽ, & licèt dicta l.2.loquatur ſolummodò in caſu homicidiorum, veneficorũ, maleficorũ, adulterorũ, & eorũ, qui manifeſtam violentiã cõmiſerũt, tamen determinatio prędicta locum habet in omnibus delictis ſecundùm communem omnium ſententiam, de qua teſtatur

Imol.in l.fi. §.iuſtus nu.8. ff. de appell. & Deci.in c. cum ſpeciali §.porrò de appell. Si autem appellauerint Rei cōuicti,& ſponte confeſſi, eorum appellatio reijcitur,& ſententię contra ipſos latæ exequutio non ſuſpenditur, & ita conſuetudinem ſeruare dicit Bart. in l. qui vltimo verſus fin.ff.de pęn.& refert Clar.in §.fi. q.94.n.j. in verſ. ſi ergo talis reus. & ratio eſt, nam cū conuicti per claras probatiōnes,& ſpōtè confeſſi ſint, appellando cēſentur hoc facere ad impediendam ſententiæ exequutionem, cùm tunc nullo modo ꝓbare contrarium poſſint.

12 Conuictus autem de furto manifeſto,etſi confeſſus non ſit,appellare non valet, vt poſt Andr. de Iſern. in Conſt. Regni in tit. quæ ſint regal. in verſ.& bona,&c.colu.10. dicit Maran.in 6.par. in verſ.& quandoq; appellatur nu.359.nec etiam appellatur ex Rit.Mag.Cur. à ſententia irrogandi torturam, quando contra reum adeſt vnus teſtis de viſu, & publica fama, vt refert Marant.in d.ver.& quandoq; appellatur nu. 329. Multi etiam relati à Scacc. in tract. de appell. q.17.lim.4.nu.72.tenent, conuictum teſtibus appellare non poſſe,quando nihil contra teſtes illos fuit oppoſitum,niſi aliquam iuſtam cauſam alleget, ꝑ quam appellatio iuſtificetur;ſed ipſe Scac.poſt Doctores,quos citat in n.73. contrarium eſſe verum probat, & communem hanc eſſe ſententiam,&in praxi receptam eſſe teſtatur.Et quia multa delicta, & cauſas,in quibus appellare non licet, enumerat, & latè examinat Marant. in d.6.par.in ver.& quandoq; appellatur à nu.284 vſq;ad nu. 367. ac ipſe Scac.in d.lim.4.vbi etiam ampliationes,&limitationes ponit, tu vide ibi, &

ad-

Digitized by Google

aduerte, quòd ex eius dictis generalis regula colligi pôt, vt appellare liceat, quoties allegatur iuſta, & rationabilis cauſa illicò probanda, etiam ſi prohibita ſit appellatio, ac etiã quòd in omnib⁹ caſibus, in quibus eſt prohibita appellatio cẽſetur permiſſa, quando ſententia eſſet notoriè iniuſta, vt poſt Farin. in q. 101. num. 112. ver. ſublimita ſextò, tenet ipſe Scac. in d. lim. 4. n. 99.

13 Aduerte tamen, quòd in appellatione à ſentẽtia diffinitiua eſt neceſſariũ, vt ponatur cauſa grauaminis, ſufficit tñ, ſi appellãs in genere dicat ſe eſſe grauatum, & ſententiam eſſe iniuſtam ſine alia cauſæ expreſſione, vt patet ex text. in l. 1. in fin. ff. de appell. & relat. & notat glo. & Abb. ac Franc. in c. cùm in Eccleſia num. 4 de appell. & Bart. in d. l. 1. §. fin. & gloſ. in c. quòad conſultationem in verſ. non exprimens de re iud. & poſt illos Marant. in 6. p. ſpec. in verſ. & quandoq; appellatur nu. 153. At in appellatione ab interlocutoria nominatim eſt exprimenda cauſa grauaminis, vt eſt tex. in c. vt debitus de appell. & tradit Franc. in d. n. 4. & alij cit. à Maran. in d. nu. 153. ita vt appellatio ab interlocutoria iuſtificari nõ poſſit niſi ex cauſa in appellatione nominatim expreſſa, vt in clem. appellãti de appell. & tradit Franc. vbi ſupra. Imò quãdo plures ſunt cauſæ, omnes ſunt exprimendæ nominatim, nec ſufficit ſe remittere ad acta, vt eſt text. in d. clem. appellanti, & tradit Marant. poſt DD. quos citat vbi ſupra. Aduertit tamen Franc. vbi ſupra in num. 5. quòd etſi appellatio ab interloquutoria iuſtificari nõ poſſit ex noua cauſa, iuſtificari tamen pôt ex nouis, & diuerſis probationibus, qa diſpoſitio l. per hanc C. de temp. appell.

Digitized by Google

appell. & c. cùm Ioannes de fid.inſtrum.habet locũ etiam in appellatione ab interloquutoria,dummodò ad probationem cauſę expreſſæ cõcludant,& ita tenere refert Cyn. Bald. & Speculat. appellatio à diffinitiua iuſtificari poteſt etiam ex nouis cauſis, & ex nouis probationibus, iuxta tex.notab.in l.Titianus ff.quod cum eo; nam in cauſa appellationis à tali ſententia, quod non eſt probatum probari poteſt, & quod deductum non eſt,deduci poteſt,vt in d.l. per hanc, & in d.c.cùm Ioannes.; & tunc tantùm in appellatione à diffinitiua eſt exprimenda cauſa grauaminis, quando appellatio eſt prohibita à lege, vel ab homine, aliàs appellatio nõ valet,vt per Maran. poſt Doct. quos citat vbi ſupra in n.156. Et communis eſt Doctorum ſentẽtia, teſte Decio in c.ad noſtram nu.13. de appellat. tàm in appellatione, à ſententia diffinitiua,quàm ab interlocutoria habẽte vim diffinitiuæ eſſe exprimẽdam cauſã, quando in caſu illo eſt ꝓhibita appellatio.

Sed in noſtro Regno nec etiã in appellatione ab interlocutorijs neceſſarium eſt exprimere cauſam grauaminis, nec vt appellatio fiat in ſcriptis, cùm in illo quòad omnes cauſas ſummariè procedatur abſque ſtrepitu, & figura iudicij,vt notat Follerius in addit.ad Maran. in d. rubr. & quandoquè appellatur poſt num.154. ex Angel. in conſ.267. & & Franc. in c. vt debitus n.17.de appell.vbi Franc. ideò euenire hoc dicit, quia vt prædicta ſeruẽtur in appellatione, maximè ab interlocutoria ad iuris ſolemnitatem pertinet, ideòq, omitti poſſunt vbi ſummariè proceditur, & ſine ſtrepitu, & figura iudicij. Quapropter omitti poſſunt à Regularib.gauden

dentibus priuilegio Bonifacij Papæ VIII. de quo ſup. in c. 1. num. 4.

14 Et de iure Canonico quando cauſa grauaminis eſt exprimenda in appellatione, exprimere ſufficit quamcunq; cauſam, etiam ſi minima illa ſit: namq; ex hoc iure pro quacũq. cauſa grauaminis, etiam minima appellari poteſt, vt eſt tex. in c. de appellat. eod. tit. dummodò exprimatur rationabilis cauſa illius grauaminis, vt dicit Frãc. in cap. paſtoralis nu. 3. in verſ. oportet ergo de appellat. vt in cap. vt debitus eod. tit. ſoli enim appellationi friuolę non eſt deferendum per tex. in cap. cũ appellationibus de appellat. in 6 ex cuius gloſ. in 1. not. appellatio friuola dicenda eſt illa, quæ interponitur ſine cauſa, vel ex cauſa irrationabili, vel falſa. Niſi cauſa per reſcriptũ cõmiſſa eſſet cũ clauſula *appallatione remota*; nam tunc ex nulla cauſa appellari poteſt, etiam ſi iuſta, & rationabilis ſit, vt dicit Philip. Franc. vbi ſupra, niſi talis cauſa, propterq̃ appellatur ſit in iure expreſſa, ita vt in ſpecie reperiatur permiſſa appellatio à iure in tali caſu, vt eſt text. in c. paſtoralis de appell. in princ. vbi etiam vnus caſus exprimitur, vt ſcilicet appellari poſſit, tali clauſula non obſtante, quando quis iniuſtè grauatus fuit. Quæ autem ſint aliæ cauſæ in iure expreſſæ Franc. ſupra ſe remittit ad Specul. in tit. de appell. §. 2. in verſ. ſed quã dices, vbi multas cauſas enumerare teſtatur.

Quid autem operetur dicta clauſula *appellatione remota* tàm de iure canonico, quàm de iure ciuili latè examinat Franc. in d. c. paſtoralis à nu. 3. vſq; ad num. 14. & pleniſſimè hoc tractare Ioann. de Imola in l. 1. ff. à quib. app. pell. non licet, refert Marant. in d. verſ. & quãdoq;

ap

appellatur num.338. & in nu. 337. dicit talem clauſulam in reſcriptis quòad ſententiam diffinitiuam ſolum Principem apponere poſſe per d.l.1.in fi.ſed ſecus eſſe dicit quòad interloquutoriam,quam ponere poſſe dicit etiamſi inferior à Principe ſecundùm Bart.in d.l.1. à quib. appell. non licet.

15 Sed eſt aduertendum, q in caſibus,in quibus appellatio conceſſa eſt,ſi ſequatur ex interuallo poſt ſententiam, eſſe debet in ſcriptis l.1.§.fi.cum l.ſeq. ff. de appellat. & notatur in cap.cùm in Eccleſia de appell. at ſi incontinenti fiat ſufficit viua voce appellare,vt per Abb.in cap. cùm iniuſtè num.12. de Procuratoribus,& eſt tex. in l.2. ff. de appellat. vbi gloſ.1.dicit viua voce appellati poſſe per totam eandem diem,in qua promulgata eſt ſententia,dūmodò ſit Iudex ibidem in eadem figura iudicij. Et dūmodò appelletur à ſententia diffinitiua, nā ſi appelletur ab interloquutoria,ſiue incontinenti, ſiue ex interuallo appelletur, in ſcriptis eſt appellādum, eſtq. in illa exprimenda cauſa rationabilis, ob quā appellatur, vt eſt tex.in c. 1.de appellat.in 6.vbi gloſ. hoc notat in ver. interloquutoria; & dicit Marant. poſt Doctores,quos citat in d.6.par. in ver.& quandoq;appellatur num.138. ita cōmuniter ſeruari tàm de iure Canonico, quàm ciuili. Niſi interloquutoria vim habeat diffinitiuæ, nam tunc in appellatione à tali ſententia ſeruanda ſunt ea, quæ ſeruantur in appellatione à diffinitiua, & ſic ſi incontinenti fiat appellatio,fieri poteſt viua voce ſicut in diffinitiua, ſuntq.in ea ſeruandę omnes alię ſolemnitates,quę ſeruantur in appellatione à diffinitiua, vt dicit Frāc. in cap. vt debitus honor num.16.in verſ.ſed quando

do interloquutoria, poſt Angel.in conſ.217.conſtituto in 1.col.& ſequitur Maran.poſt alios,quos citat in d. verſ. & quandoq; appellatur. Sed prædicta intellige, dummodò non procedatur ſummariè, cũ prædicta pertineant ad figuram iudicij,iuxta dicta ſupra in nu.13.in fi.

16 Et dicit Franc.in d.c.vt debitus honor nu.15. in verſ. Septimò quæritur, poſt Doctores,quos citat, quòd tunc dicitur incontinenti appellari, quando appellatur adhùc ſedente Iudice pro tribunali, etiã ſi Iudex ſedeat per magnã horam, ſecus ſi à tribunali, vel à Banco diſceſſerit. Et Maranta in d.ver.& quandoq; appellatur num.137. ex communi Doctorum ſentẽtia dicit,appellationem incõtinenti eſſe factam,ſi facta ſit poſt latam ſententiam adhùc Iudice pro tribunali ſedente, & qui nondùm ad actus externos diuertit, etiam ſi tota die in foro pro tribunali ſederit,& ſequitur Eman.Suarez in theſau.receptarum ſentent. ver. appellatio n. 203.& 204.& dixi in meo Prompt. verb. appellatio num.2. in fi. & ſecundùm hanc ſententiam tandem concludit Mara. vbi ſupra in fi.d.n.137.poſt citatas, & concordatas varias circa hoc Doctorum ſentẽtias.

17 Quando autem appellatio in ſcriptis eſt facienda,ſcias non eſſe dicẽdam illam fuiſſe factam in ſcriptis, ſi quis coràm Notario cauſę,ſiue Actuario diceret ſe appellare, & illum rogaret, vt ſuam appellationẽ in actis ſcriberet, & adderetur aliqua cauſa grauaminis, vt docet Ang. communiter receptus in l.à ſententia in fi.ff.de appellat.ſed eſt offerẽdus libellus in ſcriptis coràm Iudice à quo;eſtq; in illo exprimenda ſpecialis cauſa grauaminis, etiã

Non ſi ſit

ſi ſit notoria, vt poſt Doctores, quos citat, tenet, & probat Franc. in d.c. vt debitus honor num. 12. & 20. Et quamuis Angel. vbi ſupra, & Speculat. in tit. de appellat. §. 1. in 4. par. teneāt, in libello appellationis eſſe dicendum, quòd in his ſcriptis appellatur, alioquin appellatio non valeret, tamē Franc. ſupra in num. 13. dicit hoc non eſſe verum, ſed ſatis eſſe appellationem in ſcriptis producere abſq; illis verbis, prout tenet glo. quam ipſe Franc. notabilem eſſe dicit in cap. fi. de re iudic. in 6. in verſ. illuſtrium, in fi. ac Imola in d.l. à ſentētia §. fi. ſufficereq; dicit Franc. in d. num. 13. in verſ. Quintò quęritur poſt gloſ. in c. appellatio eod. tit. in 6. quamlibet ſcripturam priuatam, dummodò coadiuuata ſit teſtibus, vt probari poſſit fuiſſe appellationem in ſcriptis factam. Ideòq. tutius eſſe dicit, vt Notarius, vel Actuarius ſcribat in actis appellationē tali die fuiſſe in ſcriptis præſentatam. Nec eſſe neceſſarium addit, vt talis appellatio legatur corā Iudice à quo, ſed ſufficere cędulam appellationis in ſcriptis producere, licèt illa nō legatur coram Iudice, vel coram teſtibus, vt eſt tex. in cap. appellatio de appellat. in 6. ſed talem appellationē dicit Franc. ibid. Parti eſſe intimādam per publicam ſcripturam ſecundùm formam Clem. cauſam de elect.

18 A ſententijs autem interloquutorijs (ideſt ab illis, quæ principale negotium alicuius cauſę nō definiūt, ſed illas Iudex facit ſuper aliquo articulo, ſiue dubio emergenti, vel incidenti in principio, vel in medio cauſæ, vt dicit gloſ. in clem. 1. in verſ. diffinitiua, de ſequeſtrat. poſſeſſ. & fructuum, & facit tex. in l. à diuo Pio. §. in venditione ibi: *ſic deniq;*

*Iudices*

*Iudices interloqui ſolent* ff.de re iudic.) etſi de iure ciuili appellandum non ſit, vt in l. 1. in fi. primi reſponſi ff.de appell.& relat. & in l.ante ſententiam C. quor. appellatio non recipit. tamen ſi interloquutoria continet grauamen per ſententiam diffinitiuã irreparabile, vtputà quia Iudex pronunciaret aliquem eſſe torquendum, tunc à tali interloquutoria appellari poteſt, ſi iuſta cauſa appellandi adſit, vt eſt tex. in l.2. ff.de appellat.recipiend.vel nõ, & ibi Bart. Illud autem grauamen dicitur per diffinitiuam irreparabile, ꝑ quod quis nõ deſinit eſſe lęſus, etiam ſi in diffinitiua obtinuerit, ſecundùm Bald.in l.2.nu.5.C.de Epiſc.audient.& Suar.de Paz in ſua prax. in proęmio ſextæ par. 1.tom. n.22. Quando autem interloquutoria habet grauamen irreparabile põt appellatio ẽt ex nouis cauſis iuſtificari, ſicut appellatio à diffinitiua, vt poſt Bal. tenet Maran. vbi ſupra in num. 169. & appellatio à tali ſententia ligat manus Iudicis ante inhibitionem, vt per Maran. ſupra in nu. 212.

19 Appellari etiam de iure ciuili poteſt à ſententia interloquutoria, quando vim habet diffinitiuæ, vt per Bart. in d.l.2. ff. de appellat. recipie. & ſequitur Suarez de Paz in proęmio ſextæ par.tom.1.num.23. & ponunt exemplum de ſentẽtijs interloquutorijs negatiuis, vtputà ſi Iudex pronunciet non eſſe procedendum in cauſa illa ex eo, quòd accuſator non egit intra tempus pręfixũ, vt in l.Titia ff.de accuſat. vel ſi pronunciet non eſſe procedendum ob exceptiones obiectas. Et quò ad ſententiã interloquutoriam affirmatiuam Bar. ponit exemplum, quando Iudex pronunciat, procedendum eſſe in cauſa, nõ obſtãte exceptione inepti

libelli,& idem tenet Bald. in l.2.num.5. C.de Epiſc. audie. Ang.in d.l.2. nu.6. ff.de appell.recipien.& facit tex. in l.4. ff.de appellat.recipien.vel non.

20 De iure autem Canonico olim appellatio ab interloquutoria indiſtinctè admittebatur,vt patet ex cap.vt debitus, & cap. ſuper eo il 2.de appellat. & in alijs cõcordantibus, ſed hodiè per Sacrum Conc.Trid. in ſeſſ.13.c.1. in fi.de reforma.ſancitum eſt, vt in cauſis Viſitationis, & Correctionis, ſiue habilitatis, & inhabilitatis, & in criminalibus ab interloquutoria, vel alio quocunq;grauamine non appelletur, nec huiuſmodi appellationi deferatur, niſi interloquutoria vim habeat diffinitiuæ, vel cõtineat grauamen per diffinitiuam irreparabile, nõ obſtante quocunq; ſtylo, & conſuetudine in cõtrarium. Idemq; quòad cauſas ciuiles diſponit in ſeſſ.24.c.20.in princ.de reform.

Quam determinationẽ ampliat, vt procedat etiã ſi grauamen reparari poſſit, ſed cum magna difficultate Io. Maria Nouar. in concluſ. practicab.in tit. de appellat. nu.18. ex Bar.per illum tex.in d.l.1. §.quæſitum nu.6. in fi. ff. de appellat. ac ex Feli. in cap. accepimus nu. 5. de fide inſtrum. & ex alijs, quos citat: Et in num.19. ampliat, vt procedat etiã quando grauamen reparari poſſet,ſed nõ ex toto; & ita refert,tenere Surdũ deciſ.36.nu.14.Felin.in cap. cùm ſuper nu.17. de re iudic. Ricc. in Praxi reſol.405. part. 1. in magnis nu.3.& Gonzal. in reg.8. Cancellar.gloſ.9. §.1. nu. 178. & idem Nouar. vbi ſupra ampliat,vt procedãt prędicta etiam quòad interloquutoriam de carcerando ; affert enim talis interloquutoria remediũ irreparabile, ideòq; huic appel-

appellationi eſt deferendum; eſtq. transferendus proceſſus ad Iudicem appellationis, ſed interim Reus in carceribus remanere debet, donec Iudex appellationis cauſa cognita aliud iuſſerit, iuxta declarationem Sacræ Congregat. de mente Summi Pontificis, quam declarationem refert Addit. ad Quarant. in ver. Archiepiſcop. auctori. quòad appell. lit. I. & poſt illum Nouarius ſupra in num. 20.

21 Appellare volens ſi incontinenti voce non appellauit, appellare in ſcriptis poteſt infra decem dies, à die ſcientiæ promulgatæ ſententiæ enumerandos, vt in auth. hodie C. de appell. & in cap. quòad conſultationem de ſentent. & re iud. iūcto cap. concertatione de appellat. in 6. & dixi in meo Prompt. verb. Appellatio nu. 3. quo termino elapſo ſententia tranſit in rem iudicatam, & executioni mandatur, nullaq; erit appellatio facta poſt dies p̄dictos, vt ex citatis iurib⁹ patet. Curruntq; dies prędicti de momento ad momentum, vt per glo. & ibi Bart. in l. 1. §. dies ff. quando appell. ſit. Sed tempus prædictū in principio eſt vtile, cùm impedito currere non incipiat, ſed poſtea efficitur continuum, vt in d. §. dies, & ibi Bar. & Marant. in d. verſ. & quandoq; appellatur nu. 215. Eſt tamen aduertendūm, quòd ſi grauamen eſt ſucceſſiuum, & habet cauſā continuam, numquam currit tempus decem dierum ad appellandum, ſed durante grauamine ſemper pōt appellari, & ſemper dicitur eſſe infra decē dies, ſecundùm Bald. in l. ſi clericus C. de Epiſcopal. audien. referentem ita tenere Specul. in tit. de appell. verſ. ſed dices quid, quos citat, & ſequitur Franc. in cap. ſuper eo il 2. n. 4. de appell. & dicit

eſſe

eſſe dictum ſingulare, & menti tenendum,& ſequitur poſt alios, quos citat Maran. vbi ſup. in n.216.

22 Cõtinereq. appellatio debeat nomen appellantis, & appellati, & continentiam ſententiæ, à qua appellatur cum relatione Iudicis à quo, & ad quẽ, vt in l.1.§.fin.ff.de appell. Sed ſufficit in illa apponere nomen officij Iudicis à quo, licet eius propriũ nomen non apponatur, ſecundùm Bart.in d.§.fin. num. 6. & ſequitur Suar. de Paz in d.proęm.nu.37 &quòad Iudicem ad quẽ ſufficit ſi dicatur, appello ad Iudicem competẽtem iuxta text. in l. qui Romæ §. Seia ff. de verb. oblig. vt per Suarez vbi ſupra, qui addit hoc procedere tàm de iure canonico, q̃ de iure ciuili, vt contra Panorm. reſoluit Dec. in cap. inter cetera nu.4. de appel.& alij ab ipſo Suar. citati ibidem.

23 Appellatione interpoſita tenetur appellans intra triginta dies, à die ſententiæ latæ numerandos, Apoſtolos petere, & etiã recipere l. Iudicibus C.de appellat. cap. ab eo eodem tit.in 6.alioquin appellans præſumitur ſuę appellationi renunciare, vt habetur in d.cap.ab eo. Si autem Iudex illos concedere neglexerit, inſtanter ab appellante eſt requirẽdus iteratis vicibus cõgruo loco, & tempore, & proteſtatione pręmiſſa, aliàs perindè eſt, ac ſi Iudex requiſitus nõ eſſet, vt not.in d.c. ab eo, & probatur ex clem. quãuis de appel. & aduertit Maran. in d. tit. & quandoq; appellatur num.214. facta verò prædicta diligentia, poteſt appellans ſuam appellationẽ proſequi, ſiuè tacitè, ſiuè expreſsè illi fuerint Apoſtoli denegati, vt probatur ex d.c. ab eo,& ex d.clem.quamuis §.fi.& dixi in meo Prõpt. verb.appellatio nu. 4. vbi etiam

etiam explicaui eſſe Apoſtolos literas, quas à Iudice à quo dantur appellãti vnà cum proceſſu cauſæ, vt illas deferat ad Iudicẽ ad quem.

24 Verùm quia poteſt Iudex à quo appellatũ fuit ſecundùm locorũ diſtantiam, & perſonarum, ac negotij qualitatem tẽpus præfigere appellanti ad appellationem ſuam proſequendam, nè cauſæ criminales in longum tẽpus differantur, hoc facere de conſilio debet, etſi nõ teneatur; & tenetur appellans infra illud tẽpus appellationẽ proſequi, alioquin ſententia tenet, iuxta tex. in cap. cùm ſit Romana, & ibi gl. & DD. de appell. Non poteſt tamen Iudex à quo præfigere terminum ad finiendam cauſam, ſed tantùm ad illam proſequendam, & vt inſtare teneatur pro executione cauſæ, & non deſiſtat, vt poſt Abb. notat Dec. in d. cap. cùm ſit Romana nu. 21. in cuius initio etiam aduertit poſſe quidem prædictum Iudicem terminum à legibus appellanti datum reſtringere, nõ autem ampliare. Poteſt ẽt Iudex ad quem ſi ex dilatione viderit periculum imminere, terminum, & ipſe moderari, ẽt ſi vtraque Pars velit ad annum appellationis proſecutionem differre, vt eſt text. in cap. oblatæ de appellation.

De

## De cognitione aliquorum delictorum in genere, & de pœnis delictis debitis. Cap. XVIII.

*SVMMARIVM.*

1 *Hęreſis delictum vt in genere conſtare poſſit quæ requirantur.*

2 *Hęreſim in genere non probant teſtes dicentes ſimpliciter, & in genere aliquē eſſe malæ famę, ſed in ſpecie dicere debent cauſam malę famę; eſſeq; debet cauſa in iudicio ſenſus corporis, non in iudicio intellectus.*

*Hęreticus vt quis ſit cenſendus non in iudicio hominum, ſed in iure conſiſtit.*

*Propria confeſſio nō præiudicat in his, quæ ſunt iuris.*

*Hęretici dicto nō eſt ſtandum, ſi ipſe affirmet ſe eſſe hęreticum, niſi hęreſim exprimat cum ſuis qualitatibus.*

3 *Delictum hæreſis verbo explicatum quādo per famam probari non poteſt quomodò ſit probandum, vt de illo in genere conſtare poſſit, & in cauſa procedi.*

*Ad ſubiectum hęreſis pertinet, vt error ſit in intellectu, & vt ſit cū pertinacia.*

*Hęreticus non eſt non baptizatus verba hæreticalia proferens.*

4 *De delicto in genere quomodò conſtare debet quando hæreſis ſcripto eſt manifeſtata.*

*Delicti cognitio ad Iudicē principaliter ſpectat; cognoſcereq. ipſe debet non ſolùm delictum eſſe cōmiſſum, ſed teſtes debent hoc deponere in actis.*

5 *De delicto in genere quomodò conſtare debet, quando hæreſis facto eſt manifeſtata, ſiuè poſt ſe veſtigium relinquat, ſiue non.*

6 *Quando de corpore delicti conſtare non poteſt, niſi de per-*

*perſona delinquentis cõſtet, non eſt ideò inquiſitio omittenda; ſed cauendum eſt, ne teſtes de delinquentis perſona interrogentur, quam ſi teſtes nominant, eſt in actis ſcribenda.*

7 *Hæreſis crimen qua pœna ſit puniendum, remiſſiuè.*

8 *In Blaſphemiæ crimine quomodò conſtare debet de corpore delicti.*

9 *Blaſphemiæ crimẽ quibus pœnis ſit puniendum, remiſſiuè.*

10 *Sacrilegij crimẽ quomodò committi poteſt, explicatur, & quomodò cõſtare debeat de corpore delicti, dicitur.*

11 *Sacrilegij pœna eſt extraordinaria, & arbitraria: & quid in noſtro Regno.*

12 *In crimine leſę Maieſtatis quomodò de delicto in genere conſtare debeat. Et qua pœna ſit puniẽdum, remiſſiuè.*

13 *Falſi crimẽ quatuor modis committi ſolet, & qui illi ſint, explicatur; & quomodò conſtare debeat de corpore delicti in genere, & quibus pęnis ſit puniẽdum, remiſſiuè.*

14 *Homicidiũ pluribus modis committi ſolet, & quomodò in illis de delicto in genere conſtare debeat.*

15 *Homicidium quando eſt qualificatuũ quomodò de delicto in genere conſtare debeat.*

16 *Homicidiũ quibus pęnis ſit puniendum, remiſſiuè.*

17 *In furto quomodò cõſtare debeat de corpore delicti; & in nu.20. & qua pęna puniri debeat, remiſſiuè. Et quid in noſtro Regno in n.18. vbi etiam agitur, qua pęna punitur de iure Canonico.*

19 *Infames efficiuntur Clerici actione furtiua condẽnati, & cenſentur beneficio priuati.*

21 *In vſurę crimine quomodò conſtare debeat de corpore delicti.*

*Vſura probatur per probationes leuiores, & per argumenta, & coniecturas, cùm ſit difficilis probationis; & quid quòad condemnandũ,*

*& quid in noſtro Regno.*

22 *Vſurarij de iure communi arbitrio Iudicis ſunt puniendi: & quid de iure Canonico, & quid quòad clericos.*

23 *In simoniæ crimine quomodò conſtare debeat de delicto in genere. Et quibus pęnis simoniaci ſunt puniendi, remiſſiuè.*

24 *Apoſtasia duplex, & quibus pœnis ſit punienda, remiſſiuè.*

25 *Fugitiuus à Religione quis ſit dicendus, & qua pęna ſit puniendus.*

*Quibus pęnis singula delicta ſint punięda, remiſſiuè.*

26 *Pęnæ imponendæ delinquentibus, culpæ reſpondere debent, & delictis ſunt cõmenſurandę.*

27 *Pęnę tempus quando in impoſitione pęnæ eſt determinatum, finito tempore finitur pęna.*

*Tempus limitatum licentiam concedit pro homine, quando in ſententia nihil fuit additum.*

28 *Epiſcopi, & omnes Eccleſiaſtici iuriſdictionem ſua iure habẽtes ſunt ordinarij, & in cauſis ad ſuum tribunal ſpectantibus procedere poſſunt ad capturã, & reos condemnare ad pęnam, quę non ſit ſanguinis, in quo caſu reos ad Iudicem ſecularem remittere debent.*

## *De Hæreſi verbis manifeſtata.*

1 ETſi nõnulli exiſtimarunt, delictum Hæreſis in genere conſtare nõ poſſe, cùm ſit delictũ, quod animo ſolo perficitur, tamẽ quia puniri põt quando id, quod malè in mente retinetur, aliquo externo, ſigno foris oſtenditur, arg. l. cogitationis ff. de pœnis, meritò Bald. in l. ſi quis nõ dicam rapere num. 4. C. de Epiſcop. & Cler. dixit, quòd licèt delictum hæreſis ſola mẽte, & cogitatione perficiatur, puniri tamen poteſt, quando illa mentis excogitatio detegitur, & probatur, vel dicto, vel ſcripto,

pto, vel facto aliquo, ex his quæ enumerantur per Simanc. de hæretic. c.30. nu.9. & Clar. in §. Hæreſis in verſ. ſed hic incidenter nu.24. ideò explicandum erit, quomodò de hęreſi in genere conſtare poſſit, ad hoc vt DD. Inquiſitores de tali delicto proceſſum formare valeant. Et quòad hæreſim, quæ dicto, ſiue verbo exprimitur ex Ioan. Bernardino Muſcatello in ſua Pract. crim. tit. de crimin. lęſę Maieſt. diuinæ num.13. patet eſſe neceſſarium, ad hoc vt de delicto in genere cõſtare poſſit, vt teſtes deponant eſſe publicam vocem, & famam Titium eſſe ſuſpectum de hęreſi, & à fide Catholica deuiare.

2 Et quamuis ipſe Muſcatel. cum hoc tranſeat, aduertant tamen Domini Inquiſitores, quòd teſtes deponentes aliquem eſſe malæ famæ ſimpliciter, & in genere, non probant, niſi in ſpecie dicant cauſas, ob quas Titius eſt malæ famæ, vt poſt Bald. in conſ.77. col.2. & in conſ. 78. col.2. poſt med. lib.3. dicit in terminis Craueta in conſil. 262. nu.2. in fi. quem ſequitur in terminis, alijs citatis, Decian. in tract. crimin. lib.5. c.35. n.18. vbi etiam dicit, cauſas eſſe debere conſiſtentes in iudicio ſenſus corporis, non in iudicio intellectus. Quam quidẽ famã ſic probatam dicas cum ipſo Muſcatello vbi ſupra reſultare loco cognitionis, ſeù probationis delicti in genere, ex doctrina Baldi in l. cùm probatio ff. de probat. ſi tamen cauſæ à teſtibus adductę ſint tales, vt ſecundùm noſtrã fidem Catholicam inducant, aut ſapiant hæreſim: nam ſi tales non ſunt, etiã ſi teſtes dicant vnam ex cauſis, quarè Titius eſt de hæreſis infamatus, eſſe, quia ipſemet dixit ſe eſſe hæreticum, tñ nõ ideò cõſtat de delicto in genere,

quia vt quis ſit hæreticus cenſendus, non in opinione alicuius hominis particularis, ſed in iure cōſiſtit, vt per Crauettam in d. conſil. 262. num. 3. in fi. & in his, quæ ſunt iuris propria confeſſio non præiudicat, l. ornamentorum ff. de aur. & arg. leg. & latè per Decian. in d. c. 35. nu. 19. vbi circa fi. dicit, nec eſſe ſtādum dicto hęretici affirmantis ſe eſſe hæreticum, niſi hæreſim exprimat cū ſuis qualitatibus, & circunſtantijs, non aūt ſi ſimpliciter, & in genere fateatur ſe eſſe hęreticū, quia & ipſe in hoc decipi poſſet, & falsò credere, quòd id, quod credit eſt hæreticum, quod in veritate non eſſet.

3 Si autem prędicto modo per famam delictum hæreſis verbo explicatum in genere probari non poteſt, vt Inquiſitores inquirere contra aliquem poſſint, probare prius debent, informationem aſſumendo, quòd verba, quæ quis dixit, ſecundùm noſtram Catholicam fidē ſunt hæreticalia, & in illis perſeuerat, & pertinaciter, ac conſtanter illa defendit: duo enim ad ſubiectum ipſius hæreſis pertinent; alterum tanquam materiale, ſcilicet, vt error ſit in intellectu, alterum tanquam formale, ſcilicet vt ſit cum pertinacia, nam alioquin nō eſſet hęreſis, vt dixi in meo Promptuar. ver. hęreſis num. 1. ideòq. illa non probata, non cōſtaret de delicto in genere. Item probare etiam debēt, quòd ille, qui talia verba dixit, eſt baptizatus, nam alioquin nō eſſet hęreticus, per ea, quæ dixi in d. ver. hæreſis nu. 16. & expreſsè hoc tenet Muſcatellus vbi ſupra in nu. 19. & alioquinnon conſtaret de delicto in genere, vt per Muſcatell. ſupra in nu. 20. & 21. nam quoties lex diſponit aliquid reſpectu certę rei, & qualitatis,

debet

debet prius conſtare de illa re,& qualitate,l.diuus ff.de teſtam.milit.Iaſ.&alij in l. ſi quando C. vnde vi.

*De hęreſi ſcriptis, vel factis manifeſtata.*

4 QVando verò hęreſis ſcriptis, vel factis eſt manifeſtata,cùm tunc poſt ſe veſtigium relinquat, vt de delicto in genere conſtet, neceſſarium eſt, vt Inquiſitor, ſi hæreſis ſcripto eſt manifeſtata,proprijs oculis hęreticalia ſcripta legat; ad Iudicem enim congnitio hæc principaliter ſpęctat, vt omnes Criminaliſtę colligunt ex tex.in l.1.§.item illud ff.ad Senat.conſ.Syl. & teſtatur Muſcatell. in procemio ſuę Pract. n.12. addens, quòd illi ante omnia cōſtare debet delictum eſſe commiſſum: Verùm quia de hoc in actis conſtare debet,& de hoc teſtes ſunt examinandi,ſecundùm omnes,ideò debet curare Inquiſitor, vt ſcripta legantur etiam per duos teſtes omni exceptione maiores, ac Sacræ Theologiæ profeſſores,ad hoc vt de viſu talis ſcripturæ, vel libro, teſtimonium reddere poſſint, & legiſſe proprijs oculis in illa, vel illo talem propoſitionem hęreticalem, ſeù hæreſim continētem. Et ratio eſt,quia Iudex nō ſolùm debet cognoſcere delictum eſſe cōmiſſum, ſed teſtes debent hoc deponere in actis per ſēſum corporeum; & communē hāc eſſe praxim dicit Muſcatell.in d. Procemio nu. 17. vt teſtes particulariter examinentur ſuper cognitione delicti, & eius qualitatibus.

5 Si autem hæreſis facto eſt manifeſtata, vtputà quia imago Crucifixi Domini noſtri,vel Beatę Virginis eſt deturpata, vel vulnerata,tunc & ipſe Iudex delictum cognoſcere debet, & teſtes fide dignos tale delictum vidiſſe pro-

proprijs oculis ſunt examinãdi, ad hoc vt de delicto in actis cõſtare poſſit: At ſi hæreticale factum poſt ſe veſtigium non relinquit, vtputà quia rebaptizauit quis pueros, aut baptizauit imaginem, vel magnetem, aut quid ſimile, tunc conſtat de corpore delicti eò ipſo, quòd teſtes deponunt proprijs oculis prædicta facere vidiſſe, & in rebaptizatione pueri cõſtare ex actis debet, quòd puer erat iam aliàs baptizatus, per dicta ſupra in nu. 3. in fi.

6 Et quãuis in pdictis caſibus difficiliter de corpore delicti cõſtare poſſit, quin etiam conſtet de perſona delinquentis, quod videtur eſſe contra expreſſum tex. in l. 1. §. item illud ff. ad Syllania. vbi ita determinatum eſt: *Itẽ illud ſciẽdum eſt, niſi cõſtet aliquem eſſe occiſum, non haberi de familia quæſtionẽ. Liquere igitur debet ſcelere interemptum, vt Senatus conſulto locus ſit; quæſtionem autem ſic accipimus, non tormenta tantùm, ſed omnem inquiſitionem*, dicas tamẽ, prout dixi ſupra in c. 2. num. 7. in fi. quòd cùm tunc per accidens eueniat cognitio perſonæ, dùm inquiritur de delicto in genere, talis cognitio non eſt contra prohibitionem d. tex. inquiſitio enim perſonæ ibi prohibetur ante quàm cõſtet de corpore delicti, quando autem Iudex de ipſo corpore inquirit, & nihil de perſona quærit, etſi quis dũ interrogetur de delicto in genere, delinquentis perſonam nominet, Iudex tamen non facit contra tex. dùm de perſona nõ inquirit; inquiſitionẽ enim Iudici textus prohibet, non autem prohibet, vt teſtis perſonam nominare non poſſit. Sint igitur cauti Iudices, vt tãtùm de delicto inquirant, ſed ſi fortè teſtes perſonã delinquentis nominent, in actis quidem ſcribere

fideliter

fideliter faciant quidquid teſtes dicunt, ſed ipſi nihil de perſona inquirant, niſi cõſtito de corpore delicti.

7 Quibus autem pœnis crimen hæreſis ſit puniẽdum tradit Clar. in §.hæreſis, & Muſcatellus in d. tit.de crim.læſę Maieſtatis diuinæ, & latiùs tradidi in meo Prompt.in ver.hęreſis à num.21. vſq; ad fi.& quia in prædictis locis videri poſsũt ab Inquiſitoribus fidei,& materia latiſſima eſt, breuitatis cauſa illam hic omitto.

*De Blaſphemia.*

8 Blaſphemiæ crimen quid ſit,& circa quę verſetur, dixi in meo Prõptuar. ver.Blaſphemia nu. 1.illamq; diſtinxi in hæreticalem,& in nõ hæreticalem, & vtramq; quid ſit explicaui, ibidem in nu.4. Vt autem de hoc crimine in genere conſtare poſſit, quia in illo ſeparari non poteſt cognitio criminis à cognitione perſonæ blaſphemantis, deponere teſtes debẽt,ſe audiuiſſe Titiũ blaſphemare proferendo,& dicẽdo talia,vtputà, *al diſpetto di Dio*,&addere teſtes debent, quæ verba in hac Regione, vel Ciuitate blaſphemiam important ex communi æſtimatione, vt per Muſcat. in d. ſua pract.in tit.de blaſphemia n.8.

9 Quibus autem pœnis blaſphemiæ ſint puniẽdæ tradit Clar. in §. blaſphemia num.3.Diaz in pract. crim.canon.vltim.impreſ. c.110. Pegna in 2.par.direct.inquiſ.q.41. cõmen. 66.poſt med.& Salzed.ad Diaz in d. c. 110. in verſ. eſt quidem,Menoc.lib.2. de arbit.iud.caſ.375.&de iure noſtri Regni Muſcat. in d.ſua pract. tit. de Blaſphem.nu.37.& ſeq.

*De Sacrilegio.*

10 Sacrilegij crimen committi poteſt reſpectu perſonæ,reſpectu loci, & reſpectu rei, ſm̃ Bald.in l.non

l.nondùm C.de furt. Reſpectu perſonæ committitur,quando v.g. ille,qui occiditur eſt perſona ſacra, vel Religioſa; mulier,quã quis carnaliter cognouit, eſt monialis profeſſa.Reſpectu loci committitur, quando quis hominem intra Eccleſiam occidit, adulterium intra Eccleſiã commiſit. Reſpectu rei committitur, quãdo quis rem ſacram furatur: Quibus in caſibus vt conſtet de delicto in genere non ſolùm conſtare debet de delicto commiſſo,ſed etiã quòd homo occiſus fuit Sacerdos, vel Religioſus, quòd mulier carnaliter cognita eſt Monialis, quòd homicidium, vel adulterium intra Eccleſiam fuit commiſſum, quòd res furto ſubtracta erat ſacra: nam cùm punitio huius delicti ex cognitione huius qualitatis dependeat, talis qualitas neceſſariò eſt cognoſcenda, vt inquiſitio de ſacrilegio formari poſſit,vt per Muſcat. in d.ſua pract.tit.de ſacril. n.6.& 7.

11 Huius criminis pœna eſt hodiè extraordinaria, & arbitraria ſecundùm qualitatem perſonæ, rei, temporis,ætatis, & ſexus, vt teſtatur Muſcatell. vbi ſupra in num. 16. addens aliquando eſſe mortis naturalis, aliquando relegationis, ſeù deportationis, vel condemnationis ad triremes, vt per Clar.in §.ſacrilegiũ verſ.ſed quæro,& Boer.in d.deciſ.254 De iure autem Regni, huius delicti pœna eſt arbitraria, niſi de nocte vaſa ſacra furẽtur,vel niſi Templa Dei manu ſint fracta, & res furata excedat valorem vnciæ, ſiue res furata ſit ſacra de ſacro, ſiue de non ſacro, ſiue de nocte,ſiue de die,ſemper mortis pęna punitur, vt per Muſcatellum, qui ita Magnam Curiam ſeruare dicit in d.tit. de ſacrilegio num.14.& 30.

De

*De crimine læſæ Maieſtatis humanæ.*

12 QVia crimen læſæ Maieſtatis humanę varijs modis cõmittitur, de quibus latè Foller. in ſua pract.crim.in tit. Itẽ ꝙ cõmiſit crimẽ lęſę Maieſtatis, vbi quadraginta quinq; modus enumerat, ideòque quomodò de tali crimine ſit in genere cognoſcendum certa regula tradi non põt, ſed talis cognitio variabitur iuxta varietatẽ modi,quo cõmittitur, ita vt ſi modus poſt ſe veſtigiũ relinquat,de ipſo veſtigio conſtare debet, cum ſuis qualitatibus,quę faciunt, vt veſtigium illud ad crimen læſæ Maieſtatis pertineat,probando factũ illud in genere, & in abſtracto, maximè quando perſona, quæ fecit actum illum ignoratur, vt per Muſcatel.in d.ſua Pract.in tit. de crimine læſæ Maieſtatis humanæ num.8.& 11. Quia autem huius criminis pœnæ notiſſimæ ſunt, & habentur ex l. quisquis C.ad legem Iuliam Maieſtatis,circa illas non eſt immorandum;& quomodò ex conſuetudine inſligantur, latè tradit Muſcatell.vbi ſupra à nu.35.

*De Crimine falſi.*

13 GRauiſſimum falſi crimen quatuor modis cõmitti ſolet, ſcilicet, dicto,qui modus cõuenit falſis teſtibus,ſcripto, qui modus cõuenit Notarijs falſum inſtrumẽtum ſcribentibus,vel falſantibus, ac illis,qui falſificant literas Apoſtolicas,aut quaſcunq; alias ſcripturas; facto, qui modus conuenit illis,qui falſam monetam radunt, aut minuunt, aut alium ſupponũt loco abſentis,dicentis eſſe illum; & Vſu, qui modus conuenit illis, qui falſis probationibus vtuntur, aut falſam monetam expendunt, vt per Maſcard.de probation. concluſ. 739. & dixi de hoc crimine

latè in meo Prompt. ver. Falſarius; & de illo latè ẽt ſcribit Clar. in §. falſum, & Baiar. ibid. ac Foller. in ſua Pract. crim. in rubr. Item quòd commiſit falſitatẽ. Quia autem, vt fálſitas commiſſa dicatur tria neceſſariò requirũtur, videlicèt, dolus, mutatio veritatis, & quòd alteri noceat, vel nocere poſſit, vt per Afflic. in deciſ. vlt. n. 8. vt de delicto falſitatis in genere conſtare poſſit, ita inquiſitio de omnibus eſt formanda, vt de omnibus illis conſtare poſſit, alioquin de delicto non conſtaret; quæ ſint autem neceſſaria, vt conſtet de delicto in genere circa falſarios monetarum vide Muſcatell. in tit. de falſa moneta. Et de pęna, qua ſunt puniẽdi falſarij vide ſupra citatos Doctores, & ea, quæ dixi in d. verb. falſarius; & quòad falſantes literas Apoſtolicas vide Diaz in ſua Pract. crim. c. 120. num. 1.

*De Homicidio.*

14 Homicidium quia ex pluribus cauſis cũ delicto euenire poteſt, nimirũ ex vulneribus, iugulatione, ſtrangulatione, & percuſſione facta cũ fuſte, vel lapide, ex proiectione in puteum, vel flumen, vel ex aliquo alto loco, ex ſuſpenſione, ex veneno, & ſimilibus, in quibus caſibus (omiſſo vſu veneni, de quo ſufficienter dictum eſt ſupra in c. 2.) vt de homicidio in genere cõſtare poſſit antè Iudicis conſpectum ponendus eſt cadauer occiſi, & per teſtes expertos recognoſcantur vulnera quòad quantitatem, & qualitatem, & in qua parte corporis fuerũt inflicta, & quo armorum genere ſint illata, & omnia ſigna apparẽtia in cadauere, quæ communiter hominem ad mortem per vim, & necem perducere ſolent, & eoſdem teſtes examinet, & in actis eorũ dicta reponat, vt per Muſcatell.

ſcatell. poſt Doctor. quos citat in rubr. de Homic. num. 10.

15 Sed ſi fortè homicidiũ eſt qualificatum per aſſaſſinium, vel proditionem, vel mandatum, vel quia eſt patricidium, aut ſacrilegium, cõſtare prius debet de ipſa occiſione, per violentiam commiſſa, & poſtea de qualitatibus prædictis, vt per Muſcatell. in d. rubr. de homic. & iuxta ea, quæ de ſacrilegio ſuprà dicta ſunt. Et quòad aſſaſſinium ſumptum ſecundùm communem ſententiam, iuxta ea, quæ dixi in meo Prompt. ver. Aſſaſſinium, vt de corpore delicti conſtet, inter cetera probare oportet, occiſum eſſe chriſtianum, in terris, in quibus chriſtiani ſimul cum infidelibus habitant, vt dixi in meo Promptua. verb. Aſſaſſinium num. 6.

16 Homicidium autem ſimplex regulariter punitur pœna mortis naturalis, vt in l. pen. ff. ad legem Cornel. de Sicar. Verùm quia multa ſunt, quę à prędicta pœna homicidam excuſare ſolent, quæ latè examinaui in meo Prõpt. in verb. Homicidium per totum, & hic breuiter enarrari non poſſunt, ad ea, quę ibi dixi te remitto. Et quòad pœnas homicidij qualificati vide Muſcatellum in rubr. de pœnis homicidij cum mandato, &c. Vide etiam aliqua in meo Prompt. in d. ver. Aſſaſſinium.

*De Furto.*

17 Quomodo conſtare debeat de corpore delicti in furto, patet ex dictis ſupra in c. 2. n. 6. De iure autem communi prò furto non eſt impoſita pœna mortis, ſecũdùm communem Doctorum ſententiam, de qua teſtatur Gomeſ. in §. ex maleficio nu. 12. Inſtit. de action. & poſt illum Clar. in §. furtum num. 7. & quãuis in vſib. feudor.

in c.1.§.ſi quis quinq; ſolidos in tit.de pace tenenda determinatum ſit, vt quis ſuſpendendus ſit pro furto quinq;ſolidorum, tamen hoc non ſeruatur de conſuetudine, vt poſt Gandin. de malefic.in tit. de furib. num.10. teſtatur Clarus vbi ſupra,&in d.§. ſi quis quinq;ſolidos,ita fuit determinatum,quia ſimul cũ furto concurrebat delictũ violatę pacis, vt per Clar.ſupra,& communem eſſe ſententiam dicit. Sed hoc locum non habere affirmat in nu.8.in furibus famoſis, quos dicit eſſe illos,qui furari cõſueuerunt; nam hi laqueo ſuſpenduntur; generalẽq; eſſe conſuetudinem teſtatur, vt prò tribus furtis laqueo ſuſpendantur: ſed ipſe concludit,ſeruandam eſſe in hoc locorum conſuetudinem, qua ceſſante dicit non eſſe recedendũ à iure communi,vt ſcilicet fures mortis pœna non puniantur.

18 Sed in noſtro Regno, teſte Follerio in ſua Pract. in tit.fragmentorum pars, vbi de furtis n.125.ſi quis furtum commiſerit in re valente,vno auguſtale, (eſt moneta xv.carolenorum) vel infra, fuſtigabitur,& ſignabitur in frõte, & de tota Prouincia bannietur:ſi verò in re vltra auguſtalem vſq; ad vnciã, vel plura furta etiam minima quis fecerit, ſuſpendio condemnatur,ſi ignobilis eſt:ſi verò nobilis capitali pęna eſt plectẽdus, vt in cap. Regis Caroli inci.Ad hoc. quod noſtrorum. At de iure canonico Clericus in furto captus deponitur,vt in cap.Preſbyter 81.diſt. quã pęnam innouauit Innoc. Tertius in cap. tuę de pœnis, vbi determinatum eſt, *vt Clerici in latrocinijs, vel alijs magnis ſceleribus deprehẽſi,à ſuis ordinibus degradati, detrudi debeant in arctis Monaſterijs ad pęnitentiam peragendam*. Per

quem

quem text. Hoſti. in ſūma tit. de condit. furt. in §. fi. dicit, Clericū de hoc crimine accuſatum, confeſſum, vel cōuictum deponi debere, & in monaſteriū detrudi. Quam degradationem verbalem eſſe debere non actualem, tenet Ioa. And. in d.c. tuæ, Abb. in cap. at ſi Clerici de iudic. col. 1. verſ. ad tertium, & Aretin. in cap. cùm non ab homine col. 11. in verſ. addit etiam de Iudic. quos citat, & ſequitur Diaz in ſua Pract. crim. canon. c. 94. cir. fi. vbi etiā poſt medium eiuſdē c. 94. ipſe tenet diſpoſitionem d.c. tuę habere locum non ſolùm quòad Clericos latrones, hoc eſt viarū obſeſſores, & qui publicè, & per vim furantur, ſed etiam quòad fures. Quam ſententiam tūc exiſtimo locum habere, quando furtum quòad quantitatem, vel qualitatem, vel modum furandi magnum ſcelus conſtitueret, & hoc maximè inter Regulares perpetrantes furtum admixtum cum ſacrilegio, vel magnum furtum domeſticum, maximè quando illud cōmittunt falſificatis clauibus. Ob ꝙ domeſticū furtū dicit Io. Fabe. in §. alia Inſt. de publ. iudic. ꝙ familiaris, vel ſeruitor, vel iuuās illū ſuſpenditur pro primo furto, quam ſententiam approbat Diaz vbi ſupra, & ego ſequor, & ad hoc moueor ex d.c. tuæ, per quem tex. non ſolùm ſunt deponendi, & in arctum Monaſterium detrudendi Clerici in latrocinijs deprehēſi, ſed etiam illi, qui in alijs magnis ſceleribus deprehenſi ſunt, & negari non poteſt, quin magnum ſcelus committat Regularis in proprio Monaſterio furtum notabilis quantitatis committens, non ſolùm quia domeſticus fur eſt, ſed etiam quia votum paupertatis tranſgreditur: & cùm Regulares iam ſint in Monaſterio, ſunt in

eodem

eodem Monaſterio in carcere detrudendi ad pęnitentiam agendam, poſt quàm verbaliter fuerint degradati, arg.d.c.tuæ. Et de pœnis furum, & latronum vide Menoch. de arbitr.iudic.lib.2. centur. 3.caſu 295. ſi quis autem furatur hominem, & vendiderit, conuictus, morte moriatur, vt in c.1.de furtis.

19 Infames etiam efficiuntur clerici actione furtiua condēnati, ſicut efficiuntur infames laici de tali crimine condemnati in foro ſæculari, prout tenet Diaz in d.c.94.in fi. & rationem reddit, quia quicunque ſecundùm leges eſt infamis, eſt etiam infamis ſecundùm canones, niſi de iure Canonico oppoſitum ſit ſtatutum, & ad hoc dicit facere text. in cap.infames 6.q.1.vbi gl. in verb.fures dicit de iure canonico omne crimen infamare, & eſt text. in cap.omnes 6.q.1.vbi dicitur: *Omnes verò infames eſſe dicimus, quos leges ſeculi infames appellant.* Et tenuere refert Diaz vbi ſup. hanc generalem concluſionem Felin.in cap. qualiter, & quando il 2. §. ad corrigendos col.3. de accuſ. Et adde, quòd ſuppoſita infamia, cēſetur etiam beneficio priuatus, ſi illud habet clericus actione furtiua damnatus; nam clericus condemnatus ꝑ ſententiam de aliquo crimine, quod ipſo iure inducit priuationē beneficij, vel infamiam, cēſetur beneficio priuatus, quamuis hoc in ſententia nō exprimatur, vt probaui in meo Promptuar.verb.clericus num.6.

20 Sed priuſquàm ad alia trāſeamus aduerte, quòd vltra ea, quæ de probādo furto in genere deduci poſſunt ex dictis ſupra in c.2.n.6.dici etiam poteſt, quòd ſiue ſit probandum ſimplex furtum, ſiue rapina, ſiue latrocinium commiſſum

miſſum à viarum obſeſſoribus, qui publicè, & per vim furantur, ſemper fieri poteſt cognitio delicti in genere abſque confuſione cum cognitione in ſpecie, vt per Muſcat. in ſua pract. crimin. in tit. de furt. rapin. latrocin. & ſtratar. diſrob. num. 22. & 23. Et fieri hoc poſſe dicit etiam ex Foller. probãdo, quòd ille, à quo fuit pecunia aliqua ex p̃dictis modis ſubtracta, fuit viſus numerare magnam pecunię quantitatem, vel bonorũ quantitatem inculcare, & cum ea, vel cũ eis exire, vt iter faceret; & poſtea redijt ſine pecunia, vel ſine bonis inculcatis, & meſtus, ac conquerẽs, quòd à latronibus in itinere fuerũt illi bona ſubtracta. Et quando in domo furtum commiſſum fuit, faciendã eſſe dicit recognitionem, prout dictum fuit in d. c. 2. num. 6. & examinandos eſſe docet teſtes, qui vocati fuerunt pro facienda dicta recognitione, ac & alios, qui deponant, quòd in ipſa arca fracta, vel in camera, cuius oſtium reperitur fractum, vel refixum, viſæ fuerunt res illæ, quæ ſubtractæ dicuntur: qui ſi haberi de viſu non poſſint, dicit idẽ Muſcat. in num. 24. examinandos eſſe teſtes de fama, ſcilicet, qualiter eſt fama publica, quòd ille, qui furtũ paſſus eſt, habebat, & tenebat bona illa, vel pecuniæ quantitatem in illa arca, vel Camera fracta, vel refixa, & quòd poſt furtum commiſſum conqueſtus eſt, & lamentabatur de tali furto in domo ſua commiſſo, & fuiſſe illi ſubtractas tot, & tales res, & tantã pęcuniarum quãtitatem, ipſumq; eſſe hominem realem, & veracem, nec hoc diceret, niſi paſſus fuiſſet; eſſeq; hominem, qui prædicta bona, vel pecunię ſummam habere potuiſſet. Ex quibus etiam, quia deduci poteſt

quomo-

quomodo conſtare poſſit de delicto in genere in ſimilibus, vltra non procedam, ſed tè remitto ad eundem Muſcatellum vbi ſupra à nu. 29.

*De Vſura.*

21 DE Vſuræ crimine difficiliter conſtare in genere poteſt, quin etiã in ſpecie conſtet, quis ſit ille, qui vſuram cõmittit, niſi probatur per ſolã publicam vocem, & famã, quòd in tali Ciuitate, vel in tali Parochia, vel Villa datur, & accipitur pecunia ad vſurã, & probari etiam, & in actis deduci poteſt in genere conque ſtuſeorũ, qui vſuras ſoluerunt. Quo in genere per famam publicam probato, inquiri ẽt in genere poteſt, qui ſunt illi, qui vſuram exercent, & quando plures teſtes, etiam ſingulares aliquem nominant, inquiri contra illum ſpecialiter poteſt; teſtes enim ſingulares, etſi non probent, aliquem eſſe vſurarium, tamen qa multum faciunt ad aggrauandum reum, contra quem deponunt, ad hoc vt acrius torqueatur, vt dicit Clar. in §. fi. q. 53. nu. 19. faciũt etiam, vt contra illum ſpecialiter inquiri poſſit. Quomodò autem probandum ſit, aliquem eſſe vſurarium manifeſtũ, & quomodò ſit, contra illum procedendum, tradit Menoch. lib. 2. de arb. iud. cent. 3. caſ. 235. Et ad probandam vſuram ſufficere ꝓbationes leuiores, quàm in alia cauſa ſufficerent, cùm ſit crimen difficilis probationis, dicit Baiard. ad Clar. in §. vſura nu. 22. poſt Alex. in conſ. 46. col. 1. vol. 3. & cõſ. 54. col. 1. vol. 6. & addit procedi poſſe per argumenta, & coniecturas etiam diuerſę ſpeciei, & quòd licèt probationes non ſint neceſſariò concludentes, tamen quando eſſent aliquę veriſimilitudines, ſaltem duæ ſimul iunctæ induc unt

ducũt vehementem præſumptionem etiam ſufficientem ad cõdemnadũ; & ita refert tenere Bald. Nouell. in conſil. 23. *Viſis dictis contractibus*, inſerto in 1. vol. conſil. Cornei, & Plotum in conſil. 83. num. 1. cũ ſequentibus. Sed ab hoc vltimo dicto omninò eſſe recedendum cenſeo ob vniuerſalem regulam, quæ ad condemnãdum in criminalibus requirit probationes luce clariores, iuxta tex. in l. qui ſententiam C. de pœnis, vbi decernitur, vt ad pœnalem ſententiam nõ perueniatur, niſi reus confeſſus ſit, vel probationibus clariſſimis conuictus, ita vt vix ẽt ipſe ea, quæ cõmiſerit negare ſufficiat; namq; nullũ ſpeciale ius habemus, per quod in vſuris ab hac regula ſit recedendum. Sed in noſtro Regno probatur vſura per tres teſtes ſingulares, de re propria teſtificantes, concurrente tamen publica fama, vt diſpoſitum eſt in Pragmat. quæ incipit: Quia nouiter ſub tit. de vſur.

22 Vſurarij de iure cõmuni arbitrio Iudicis sũt puniendi extraordinaria pęna, vt dicit Clar. in §. vſura num. 10. & Menoch. lib. 2. de arbitr. iudic. centur. 4. caſu 398. n. 23. & teſtatur de cõmuni Bero. in conſ. 206. num. 22. vol. 3. ſed in noſtro Regno adeſt pęna publicationis bonorum, vt patet ex Conſtit. Vſurariorũ, & ibi Afflict. Vſurarius ẽt manifeſtus, ideſt ille, qui palã, & publicè fęneraticiam artem exercet, vt per Clar. in d. §. vſura n. 15. teſtamentum facere non poteſt, niſi præſtita cautione de reſtituendis vſuris, vt per Clar. in d. §. vſura nu. 13. & in §. teſtamentum q. 26. & de iure canonico vſurarius à clericatu reijcitur, ita vt promoueri nõ poſſit, ſi vſuras accepiſſe conuincatur, vt in cap. maritum 33. diſt. cap. ſeditionarios 46. diſt.

c.1. & c.de Petro 47.diſt. Si aũt cùm promotus fuerit vſuras exegerit, ſi non deſinat, deponendus eſt, etiam ſi ſit Epiſcopus, vt in cap. Epiſcopus 47.diſt. & in c.ſi quis clericorum ead.diſt.dicitur: *Si quis clericorũ detectus fuerit vſuras accipere, placuit degradari, & abſtinere*, & in c. 1. de vſuris dicitur: *Quòd ſi poſt huiuſmodi conſtitutum in clero quiſq; extiterit, qui deteſtandis vſurarũ lucris inſtat, Eccleſiaſtici officij periculũ patiatur*, & in cap.prçterea eod.tit. decernitur, vt ſi clericus vſuras recipiat, ab officio ſit ſuſpendendus, ſi verò laicus, vſq; ad dignam ſatiſfactionem vinculo excomunicationis ſit aſtringẽdus. Ex quibus iuribus Diaz in ſua pract. crim. canon. c. 92. in fi.praxim deducit pro Iudicibus, vt primò contra clericum vſurarium à ſuſpenſione incipiant, vt in d.c.prætetea, & ſe non corrigendo per illam, procedatur cõtra illum ad degradationem, vt in d.c.ſi quis clericorum. Qui ordo, etſi de iure neceſſariò nõ ſit ſeruãdus, dicit tamẽ Belleſt. in 2.par. diſquiſit. clerical. §.47.n.2.in fi. quòd ęquũ videtur, vt ordo ille ſeruetur, cũ vtraq; pœna imponi poſſit, eſt enim à facilioribus incipiendum. Eſt etiam Clericus vſurarius infamis ipſo iure, vt poſt Doctores, quos citat, dicit Diaz in d.c.92. num.1.& refert Bal. in l. improbum fœnus C. ex quibus cauſ. infam. irrogat. dicentem, quòd poſt reſtitutionem vſurarum, & iam peracta pœnitentia ſunt infames quòad teſtimonia, & dignitates; ſed dicit Diaz, poſſe cum illo Epiſcopum diſpenſare quòad beneficia, & idẽ tenet poſt Doctores, quos citat, & teſtatur de communi Belleſt. vbi ſupra in num.3. & eſt gloſ.celebris in d.c.prçterea de vſur. eſtq; aduertẽ-

dum

dum, quòd ſcienter ſepelientes manifeſtos vſurarios, ſententiam excomunicationis ipſo facto incurrunt, à qua abſolui nõ poſſunt, niſi prius ad arbitrium Diœceſani Epiſcopi eis quibus irrogata fuerit iniuria, ſatisfactionẽ exhibuerint competentem, vt in clem.1.de ſepul. & dixi in 3.par. meæ inſtit.lib.4. c.6.n.72. & aduertit Diaz in ſua pract.c.93. prędictã pœnam locum habere, etiam ſi quis de mandato Prælati ſepelierit talẽ vſurarium. Statuentes etiam in fauorem vſurarum ſoluendarum, vel non repetendarum, etiam ſi tãtùm dictauerint, vel ſcripſerint, & Iudices pro ſolutione illarum iudicantes excõmunicationem incurrũt, vt in clem.vnic.de vſur.& dixi in d.c.6.num.83.

*De Simonia.*

23 Simoniæ crimen, quia nec de illo in genere cõſtare poteſt, niſi in ſpecie conſtet de delinquentibus, probari poteſt per ſolam famã, iuxta ea, quæ de vſura dictum eſt ſupra in num.21.& ob eius grauitatem cõtra ſimoniacos proceditur per ſola ſigna, vt dicit Diaz in ſua Pract. c.95.nu.1. vt eſt tex. in c. ſicut de ſimon. dummodò euidentia ſint, & reum ipſum de crimine conuincant, vt dicit Salzed. ad Diaz ſupra in addit. in verſ.ſola ſigna per gloſ.fi. in c. inſinuatum de ſimo. Et idem dicit Clar.in §.ſimonia in fin. & vide latè Maſcard.de probat. concluſ.1304.& 1305.vbi inuenies, q̃bus coniecturis probatur ſimonia.

Quibus autem pęnis ſimoniaci ſint puniẽdi, latiſſimè ſcripſi in 3.par. meæ inſtit.lib.4.c.5.per totum, & quia facilè ibi videri poſsũt, hic illas nõ repeto breuitatis cauſa, ſed ſolũmodò breuiter dico, oẽs ſimoniacos eſſe excõmunicãdos, vt in cap.ſicut ſi-

moniaca de ſimon. eſſeq; etiã excomunicatos ipſo iure, & à ſolo Papa abſoluẽdos, vt in extrau.cũ deteſtabile de ſimon. & dixi in d.c.5.num.*69*.efficiuntur infames, cap. vlt.1. q. 3.c.ſanè 5.q.3.& dixi in d.c.5.nu.70. reſtituereq; obligantur omnia, quæ ſimoniacè acquiſierunt, vt dixi in nu.71.reliqua vide ibi.

*De Apoſtatis.*

24 APoſtaſia duplex eſt, à fide ſcilicèt, & à Religione: quæ autem vtraq; ſit explicaui in meo Prõptuar. ver. Apoſtaſia, & quibus pœnis Apoſtata à fide ſit puniẽdus tradit Farinac. de hæreſi q.183. §. 4. Quibus verò pœnis puniendà ſit Apoſtaſia à Religione, dixi in d.ver. Apoſtaſia nu.12.

*De Fugitiuis.*

25 FVgitiui dicuntur Religioſi illi, qui è monaſterio recedunt abſq; licẽtia Superioris, vt vagari ad tempus poſſint extra eius obedientiam, etſi habeãt animum reuertẽdi, vt colligitur ex l. quis ſit fugitiuus ff.de ędil.edict.& vide Aragon.in 2.2.q.12. ar.1: Et dũmodò habeant animum redeundi, etiã ſi ſine habitu recedant, nõ ſunt Apoſtatæ, ſed fugitiui, vt poſt Valent.in 2.2.diſput. 1.q.12. pun.1. & Sanch. lib.*6*.oper.moral. c.8.n.4. dicit Lezana tom. 1. qq. regular. c.1*6*.nu.7.

Pœnas ꝓ fugitiuis multæ Religiones ꝑ ſuas Cõſtitutiones aſſignatas habent, & iuxta illas fugitiui ſunt puniendi: vbi autem aſſignatæ nõ ſunt, arbitrio Superiorum fugitiui ſunt puniendi; & vt pœna ſit proportionata delicto rationabiliter illis pœna carceris aſſignari poteſt.

De incorrigibilibus dicam infra in c.21.

Et quia quibus pœnis ſingula alia delicta ſint puniẽda inuenire potes quò ad Eccleſiaſticos apud Diaz

Diaz in ſua pract. & quò ad ſeculares apud Clar. in §§. ad materiam pertinentibus, ac in meo Prompt. in proprijs verbis, ob breuitatem huius opuſcul. vlteriùs non progrediar.

*De pœnis in vniuerſale.*

26 Animaduertant omnes Iudices, quòad imponendas delinquentibus pœnas, illas debere culpæ reſpondere, & delictis commenſurari, l. ſancimus C. de pęnis, cap. non afferamus ſtateras in fin. 24. q. 1. cap. fęlicis §. illud autem de pęnis lib. 6. ita vt in ea tantùm re, & eo tantùm reſpectu quo deliquit ſit vnuſquiſque puniendus, & non vltra, l. reſcriptum ff. de his, quibus vt indign. cum alijs cõcordantib. Ideòq; pęna ordinaria ſtatuta delicto certo non eſt imponenda delicto dubio. Sed arbitraria ꝑ dubij qualitate, vt poſt DD. quos citat dicit Aug. Barboſa in votis deciſiu. canon. lib. 1. vot. 12. n. 35. Et pęna, quæ pro crimine ſimpliciter imponitur, nulla facta mentione temporis, & ſi perpetua intelligatur, tamen hoc non procedit, quando perpetua pœna delicto conuenire non poteſt, vt per Dec. in cap. ex literis nu. 38. 39. & 40. de conſtit.

26 Quando autem in impoſitione pęnę tempus expreſsè determinatur, illud ita attendendum eſt, vt finito tempore, finita ſit impoſita pœna, vt ꝑ Dec. in cap. ex literis nu. 33. de conſtitut. & dicit ad hoc eſſe tex. in l. Imperator ff. de poſtulat. & facere tex. in l. ſi vnius §. ſi cum reo ff. de pact. & in num. 34. addit Dec. in tantùm hoc procedere, vt ſi quis ad certum tempus extra ciuitatem fuerit relegatus, finito tempore determinato, abſq; alia licentia Superioris redire poterit in Ciuitatem; & ita refert voluiſſe notabiliter Bal. in Proemio

Digitized by Google

procem. Digeſtorum in §. hęc autem tria col. 1. verſ. ſed quæritur, dicẽs, quòd tẽpus limitatum licẽtiam cõcedit pro homine, arg. l. quando C. de teſtib. & alij, quos ipſe Dec. ibidem citat, qui tamen addit huic concluſioni obſtare text. in cap. felicis §. cùm autem fuerit de pęn. in 6. vbi etſi limitata ſit pœna ad tempus trium annorũ, tamen dicitur ibi in verb. nec ex inde, quòd reuerti non poteſt abſq; ſpeciali licentia. niſi dicamus ideò ibi eſſe neceſſariam ſpecialem licentiam, quia text. vltra procedit ita diſponendo propter grauitatem delicti perpetrati cõtra Cardinalem. Ideòq; dicẽdum ex dictis eſt, quòd aut in ſententia tempus exprimitur, & nihil additur, & tunc nulla licentia eſt neceſſaria, & finito tẽpore intelligitur finita pœna, & reuerti poteſt; aut in ſententia additur, vt reuertere nõ poſſit ſine licẽtia, & tunc prius licentia erit neceſſaria.

28 Nec eſt hic omittendũ, ꝙ Epiſcopi, & omnes Superiores Eccleſiaſtici iuriſdictionem ſuo iure habentes, ſunt Ordinarij, vt in cap. conquerente, & in cap. cùm dilectus de off. Ordin. cap. cùm Epiſcopus eod. tit. in 6. cap. cùm venerabilis de except. & dixi in mea reſol. 184. n. 5. & ideò contra reos, in cauſis ad ſuum tribunal ſpectantibus, procedere poſſunt ad capturam, & reos condemnare ad pœnam pecuniariam, exilij, carceris, triremium, & ad verbera, tali moderatione adhibita, vt flagella ad pœnam ſanguinis tranſire non videantur: ſed vbi grauitas exceſſus mortẽ, aut membrorũ obtruncationem requirit, reos Iudici ſeculari remittere debẽt, vt in cap. in Archiepiſcopatu de raptor. & probaui in meo Prompt. ver. Epiſcopus num. 15.

De

# De pœnis temperandis, aut remittendis. Cap. XIX.

*SVMMARIVM.*

1 *Pœnam à lege, vel conſuetudine determinatam Iudex remittere, minuere, aut augere non valet. Et redditur ratio in num. 2.*

*Conſuetudo rationabilis, & præſcripta vim legis habet.*

2 *Pęnam legis, vel conſuetudinis quando remittere valet ſupremus Princeps.*

3 *Pęnam arbitrio Iudicis relictam, nec poſt ſententiã ſuam Iudex inferior, etiam ſi Pręſes Prouinciæ ſit, reuocare valet: nec etiam anteceſſoris ſui.*

*Iudex poſt ſententiam diffinitiuã definit eſſe Iudex.*

*Iudex ſuam ſentẽtiam interlocutoriam reuocare poteſt.*

*Sententiam ſuã Iudex nec quòad tempus corrigere valet.*

*Epiſcopus condemnans clericum ad perpetuum carcerem poteſt, in ſententia reſeruare ſibi poteſtatem minuendi pęnam arbitrio ſuo, dummodò talis reſeruatio non ſit contra naturam pęnę.*

4 *Diminuere, ac omninò remittere paria ſunt.*

*Pœnam legis, vel conſuetudinis Iudex remittens, aut minuens, vel augens graui infamia notatur.*

5 *Pęnam à lege, vel conſuetudine, vel ſtatuto impoſitam poteſt Iudex ex cauſa minuere, vel augere, ſiue ordinariè, ſiuè extraordinem cognoſcat; non autem latam per ſententiam.*

6 *Pœnam à lege, vel conſuetudine, vel ſtatuto minuere Iudex poteſt ex cauſa, quãdo procedit ex officio; ac ẽt quando procedit ad quarelam Partis, ſi cauſa à iure ſit approbata.*

*A pęna ordinaria quando*

rece

*recedit ex cauſa Iudex, an cauſa in ſententia ſit inſerenda, remiſſiuè.*

L *Pœnæ legum, cõſuetudinũ, aut ſtatutorum, quibus ex cauſis ſint temperandę, remiſſiuè. Et quę conſiderare debent Iudices circa impoſitionem pęnarum, remiſſiuè.*

1 QVãdo delictis à lege, vel à cõſuetudine, quæ vim legis habet, certa pœna eſt determinata, Iudex illam remittere, minuere, aut augere non valet: *nam vt Papinianus reſpondit facti quidem quæſtio in arbitrio iudicantis eſt; pęnę verò perſecutio non eius voluntati mandatur, ſed legis auctoritati reſeruatur*, vt dicit tex. in l. 1. §. ſed nõ vtiq; in fi. ff. ad ſen. conſ. Turpilia. & tex. in l. ordine ff. ad municip. ait: *Cũ facti quidem quęſtio ſit in poteſtate iudicantium, iuris autem auctoritas non ſic*. Et de iure canonico Alexander Papa III. in c. de cauſis §. illis etiam de offic. deleg. ita decernit. *Si tale fuerit negotiũ, quòd certa exinde pœna Canonibus exprimatur eandẽ infligas: alioquin ipſos pro delicti qualitate, & cauſæ ſecundùm tuum arbitrium punire poteris*. Et quia conſuetudo rationabilis, legitimèq; præſcripta vim legis habet, & vt lex eſt ſeruanda, vt in l. ſed ea ff. de legib. & in alijs concordãtibus à me citatis in meo Prompt. in ver. conſuetudo, quãdo pęna à cõſuetudine delictis eſt determinata, nec tunc Iudex ab illa recedere valet, ſed ita adſtrictus eſt ad iudicandum ſecundùm cõſuetudinẽ, ſicut adſtrictus eſt ad iudicandum ſecundùm ius cõmune, vt poſt Doctores, quos citat probat Tiraquell. in tract. de pęnis temperan. aut remittendis nu. 6. & 7.

2 Quarè autem Iudex à pœna legis, vel conſuetudinis, quæ legis habet vigorem

gorem, recedere non poteſt, rationem reddit D. Thom. in 2.2.q.67. art.4. illamq; eſſe dicit, quia quando Iudex procedit per viã accuſationis, ipſe habet iuſtè iudicare inter accuſatorem, & reum, quod nõ faceret, ſi reum alia pœna, quàm à lege, vel cõſuetudine determinata puniret, cùm non ferat ſententiam quaſi ex propria, ſed quaſi ex publica poteſtate, quæ vult, vt ferat ſententiam ſecundùm leges, quando ipſę pœnam determinarunt: quãdo verò alia via procedit, iuſtè iudicare habet cauſa Communitatis, cui expedit vt malcficia puniantur, ad hoc vt peccata vitentur, iuxta illud Deut. 13. *Vt omnis Iſrael audiẽs timeat, & nequaquàm vltra faciat quiſpiam huius rei ſimile*: quod non eueniret, ſi ſecundùm leges nõ iudicaret, ſed miſericordiam cum reo ſeruaret, & iniuſtitiam aduerſus Communitatem committeret; namq; in his, quę determinata ſunt ſecũdùm legem diuinam, vel humanam, ſuum nõ eſt miſericordiã facere, vt dicit D. Thom. in d.a.4. ad.1. ſi verò vltra pœnam à lege ſtabilitam reum puniret, ipſi reo iniuriam faceret. Quæ quidem quòad inferiores Iudices procedunt, ſed ſupremus Iudex, ſcilicet Princeps, cui plenariè publica poteſtas commiſſa eſt, & ſupremam in Republica poteſtatem habet, non ſolùm pœnam remittere, ſed abſoluere reum omninò poteſt, ſi hoc publicè vtilitati viderit non eſſe nocumentum, quãdo ſine accuſatore iniuriam paſſo pceditur, ſed ſi adeſt iniuriam paſſus, nõ poteſt etiam Princeps ſupremus pęnam reo remittere, niſi iniuriam paſſus ipſe prius iniuriam remittat, vt docet D. Thom. in d.a.4.

3 Imò nec quando pęna arbitrio Iudicis relicta eſt

poteſt inferior Iudex, etiã ſi Pręſes Prouincię ſit, illã poſt ſentẽtiam reuocare, vt eſt tex. in l. pœnam C. de pœnis, vbi ita determinatum eſt: *pœnã ſua dictã ſentẽtia Præſidi Prouincię reuocare non licet.* Et ratio eſt, *quia Iudex poſt quam ſemel dixit ſententiam* (ſcilicèt diffinitiuam) *Iudex eſſe deſinit. Et hoc iure vtimur, vt Iudex, qui ſemel, vel pluris, vel minoris condemnauit, amplius corrigere ſententiam ſuam nõ poſſit. Semel enim, ſiue malè, ſiue benè officio functus eſt*, vt dicit tex. in l. Iudex ff. de re iudi. Imò non ſolùm ſententiam diffinitiuam propriam, ſed nec anteceſſoris ſui Iudex reuocare poteſt, vt in l. 1. C. ſententiam reſcindi non poſſe, vbi gloſ. magna in fi. ſecus eſſe dicit quòad interlocutoriam, quam indiſtinctè Iudicem reuocare poſſe affirmat per iura, quæ adducit. Et non ſolùm circa pœnam, ſed nec circa tempus in ſententia aſſignatum poteſt Iudex ſuam ſententiam corrigere, vel aliquã gratiam facere, vt eſt tex. in l. ſi operis, & ibi Cynus, & Bald. C. de pęnis. Sed eſt hoc limitandum quòad Epiſcopum condemnantem Clericum ad perpetuum carcerem, quia ipſe poteſt in ſententia reſeruare ſibi poteſtatem minuendi pœnam arbitrio ſuo, prout tenuit Guliel. de Cun. relatus à Baldo in auth. interdicimus C. de Epiſcop. & Cleric. ſed ipſe Bal. dicit, hoc procedere dũmodò reſeruatio non ſit contra naturam pęnæ, nempè quia pœna eſt arbitraria, vel quia reſeruatio tendit ad aliquid declarandum, non autem ad perimendum id, quod iam eſt pronunciatum; vel non eſt ſuper ſubſtantialibus, ſed ſuper quibuſdam accidentalibus, per iura, quæ adducit: & hoc menti tenendum eſſe dicit.

4 Non

4 Non poteſt igitur Iudex,vel alius, qui non ſit Princeps ſupremus recedere à pęna impoſita à lege, vel à conſuetudine, vel à ſentẽtia à ſe,vel prędeceſſore ſuo lata, nec ẽt diminuendo illam: diminuere enim, ac omninò remittere paria ſunt, vt probat tex.in l.ſeruos,qui C.ad leg.Iuliã de vi publi. vel priu. in fi.per quem tex. ita voluit Lucas de Penna in l.1.col.8. in ver. diſtulerit, in prin. C.de deſert.lib.12.quem citat, & ſequitur Tiraquell.in d. tract.de pęnis tẽperan.vel remittend. num.8. & ſiuè integram legis, vel cõſuetudinis pęnam Iudex remittat, ſiuè molliorem imponat, graui infamia notatur, vt in d. l. ſeruos, qui, in fi.C. ad leg. Iul.de vi publ.per quem tex.Hoſtienſ.in c.de cauſis, de offic.del. & poſt illũ Abb. ibid.ac Dec.in n.98.tenẽt Iudicem eſſe infamem quando maiorem, vel minorem pęnam imponit, quàm ſit à iure ſtatuta.

5 Sed dicit Dec.in d.c.de cauſis nu.94. & 95. poſſe Iudicem etiam delegatum minuere ex cauſa pœnam à lege, vel conſuetudine impoſitam; & communẽ hanc eſſe Doctorum ſententiam teſtatur per regulam l.hodiè ff.de pęnis,& in num.97. contra Iacob. Butr.& Baldum dicit procedere etiam quòad pęnã à ſtatuto impoſitam, & hanc ẽt eſſe magis communem opinionem affirmat; eadem enim ratio, quæ militat in pœna à lege,vel conſuetudine,militat etiam in pęna impoſita per ſtatutum, vt Dec.vbi ſupra affirmat. Et quòad pęnam à ſtatuto impoſitam idem tenet Guido Pap.in deciſ. 206. Rom. in conſ. 429. & Marſ. in ſing. 182. Et quamuis tex. in d.l.hodie loquatur de Iudice cognoſcente extra ordinem,tamen gloſ.ibid. idem eſſe dicit in eo, qui

cognoſcit ordinem per l. diuus Pius ff. ad leg. Cornel. de falſ. & per l. 3. §. legis Corneliæ ff. ad leg. Cornel. de ſicar. & per alia iura, quæ citat. Pęnam autem per ſententiam latam Iudices, ſcilicet inferiores minuere, vel augere non poſſunt, vt dicit gloſ. pręd. per l. 1. §. fin autē ff. ad ſenat. conſul. Turpilian.

6 At eſt aduertendũ, quòd etſi ex cauſa ante ſententiam permiſſum ſit Iudicibus minuere pęnā à lege, conſuetudine, vel ſtatuto impoſitam, vt dictum eſt, hoc tamen facere tantùm valet, quando ex officio procedit, non autem quādo ad quęrelam Partis, ſecundùm Hoſtien. in cap. Epiſcopatu de raptorib. quē citat, & ſequitur Bal. in Margarita in ver. Pęna col. 2. in verſ. pęna legalis, & ſequitur Marſ. in ſua Pract. crimin. §. conſtante nu. 84. & refert Foller. in ſua Pract. crim. in rub. pęnis debitis puniantur, vbi hoc eſſe intelligendum cenſet, quando cauſa, ex qua Iudex vult minorare pęnam, non eſt approbata à iure, vt ſcilicèt tunc tantùm nō poſſit ex cauſa minorare pœnam, niſi ex officio procedat; nam ſi cauſa illa eſſet à lege approbata, poteſt, & debet minorare pœnam, etiam ſi procederet ad quærelā Partis, & dicit eſſe videndum Marſil. in l. j. §. Diuus Hadrianus ff. de ſicar. Et quando Iudex ex cauſa recedit à pęna ordinaria, an ſit in ſententia inferenda cauſa, Foller. vbi ſupra remittit ſe ad Angel. de maleſ. in verſ. quas ſi non ſoluerit, vbi videre hoc potes.

7 Quibus autem ex cauſis pęnæ legum, conſuetudinum, aut ſtatutum temperandæ ſint, aut etiam remittendæ, latiſſimè tradit Tiraquell. in dicto ſuo tract. de pęn. temperand. aut remittend. & ſexaginta quatuor cauſas enumerat,

rat, ac examinat. Et quæ conſiderare debeant Iudices circa impoſitionem pęnarum tradit Foller. in ſua pract. crim. in 4. part. princip. in rubr. pęnis debitis feriantur num. 29. & ſequentib.

## De purgatione canonica. Cap. XX.

*SVMMARIVM.*

1 *Purgatio canonica quando, & quibus indici poteſt.*

2 *Purgatio canonica indici poteſt non ſolùm quoàd delicta, ſed etiam quoàd defectum naraliū. Et quomodò talis purgatio ſit indicēda.*

3 *Purgationem canonicam faciēs pro defectu natalium quomodò iurare debeat.*

4 *Purgatio canonica à quo Iudice eſt indicenda.*

5 *Forma ſententiæ purgationis canonicæ.*

6 *Purgatio canonica quo numero conpurgatorum ſit facienda. Et quales eſſe debeant conpurgatores in num. 7.*

8 *In purgatione canonica conpurgatores, & ipſe qui ſe purgat quomodò iurare debent.*

9 *Forma faciendi purgationem canonicam.*

10 *Forma abſoluendi infamatum poſt purgationem canonicam.*

11 *In purgatione canonica deficiens qua pœna ſit puniendus.*

1 QVamuis hodiè purgatio canonica rarò à Iudicibus ponatur in vſu, quia vel adſunt indicia ad torturam, & clericus torquetur, ſi verò non adſunt, liberatur, tamen tanta eſt Eccleſiæ honeſtas, tantuſq; zelus, vt Eccleſiaſtici abſq; vlla criminis ſuſpitione viuāt, vt licèt contra ſe indicia

ad

ad torturam imputati de aliquo crimine non haberent, tamen vult vt per purgationem canonicam propriam innocentiam manifeſtēt, vt patet ex toto tit. extra de purg. can. ſi tamen veriſimilibus ſuſpitionibus fuerant propulſati, vt in cap. ſi quis de gradu in fin. extra eod. tit. vel infamati ſint de crimine, quod probari nō poteſt, vt in cap. quoties, eod. tit. quādo ſcilicèt eſt quis infamatus apud bonos, & probos de crimine aliquo, quod probationē veram, ſeu certam non habet, ſed rumor vagus, incertuſvè circumfertur, etiam deficiente accuſatore, vt per Hoſt. in ſum. de purg. can. nu. 3. & per Petr. Gregor. in ſyntagm. iuris lib. 31. cap. 29. n. 13. & eſt text. in cap. ſi quis Presbyter, & in cap. quoties, de purg. can. Si tamē tanta ſit infamia, vt ſcandalum generet, vt dicit Hoſt. vbi ſupra, arg. cap. 2. in fi. eod. tit. & dummodò illa ortum non habuerit ab inimicis, vt per Hoſt. vbi ſupra ex cap. cùm in iuuentute §. 1. eod. tit. Ex quo text. etiam habes, nō eſſe indicendam purgationem canonicam quādo infamia ortum non habet ex probabilibus coniecturis, niſi ipse purgandus inſtet, in quo caſu, ſcilicèt quando ipſe purgandus inſtat, indici poteſt etiam ſi non generet ſcandalum, vt dicit Hoſtienſ. vbi ſupra per d. cap. cùm in iuuentute §. cæterum, indiciq. poteſt non ſolùm clericis, ſed etiam Regularibus vtriuſque ſexus, vt probatur ex cap. moniales de purgat. canon.

2 Non ſolùm autem pro infamia quòad delicta purgatio canonica eſt iniungenda, ſed etiam pro infamia quòad defectum natalium, vt in cap. accedens de purg. can. vbi gl. in ver. purgatione, eſſe

pur

purgandum per teſtes, tamen Butr. ibid. in num. 9. reprobat dictum gloſſ. & dicit eſſe purgandum per iuramẽtum, & quòd iurabit de veritate, prout poteſt, hoc eſt fuiſſe tentũ, & habitum, & reputatum à tali tanquam filium eius legitimũ, & quòd ab alijs fuit habitus, & reputatus filius legitimus, & naturalis talis, & quia mater eius fuit habita, & tenta pro vxore talis. Prædictam gl. reprobat etiam Abb. in d. cap. accedens num. 4. dicens, purgationem poſitã à gloſſ. eſſe veram probationem filiationis, non autem purgationem; & addit volentem ſe purgare de prædicta infamia, debere iurare ſe fuiſſe habitum, & reputatum, & nominatum pro filio Sempronij, & ita ſe credit ſe eſſe filium legitimum, & naturalem Sempronij, & conpurgatores iurare debere de credulitate, quòd credũt eum verum iuraſſe, prout etiam tenuerũt Hoſt. Innoc. & Io. Andr. ibid. quos refert aſſerere in hoc caſu, neceſſariò peruertendam eſſe formam iuramẽti purgationis canonicæ; nam licèt in delictis purgandus iurare debeat de veritate, vt in cap. quoties in fi. eo. tit. in hoc tamen caſu, in quo vera ſciẽtia haberi non põt, ſufficit iurare de credulitate.

3 Et quia prædictæ ſentẽtiæ videtur aliquo modo diſcordare, cùm Butr. cenſeat prædictum purgandum iurare debere de veritate, prout poteſt, & ſic eo modo, quo retuli ſupra ex ipſo Butr. Abbas autem dicit, iurãdum eſſe de credulitate iuxta modũ proximè relatum, Alex. de Neap. in addit. ad Abb. in d. cap. accedens, num. 5. in ver. credulitate, illas cum diſtinctione concordat, ſcilicèt, ꝙ aut parentes mortui ſunt, dum filius purgãdus erat in pupillari ætate, ita quòd

diſcer

diſcernere non potuit ob defectum ætatis, an fuerit tractatus vt filius legitimus, & naturalis, & in hoc casu dicit procedere ſententiam Hoſtien. Io. And. Abb. & aliorum Doctorũ communiter. Aut mortui ſunt poſtquàm ille, qui eſt purgandus, peruenit ad annos diſcretionis, & dicit eſſe veram ſententiam Butrij, ita vt iurare debeat ſe fuiſſe tractatum vt filiũ legitimum, & naturalem, & ſe credere eſſe talem.

4 Purgatio canonica nõ à quolibet Iudice eſt iniungenda, ſed tantùm ab eo, qui de negotio, de quo quis eſt infamatus, cognoſcit, vel cognoſcere debet, alioquin infamatum non releuat, vt dicit Petr. Greg. in ſyntag. iuris vniu. lib. 48. cap. 15. num. 19. per text. in cap. cũ dilectis in fin. de purg. can. cap. ad audientiam, de conſuet. & cap. licet, de offi. leg. cum ſimilibus. Et rationem reddit, quia non prius peruenitur ad purgationem, quàm ab eo, qui de crimine cognoſcere poteſt, cognitum ſit, an infamatio ad condemnationẽ ſufficiat, nã ſi ſufficiat, non eſt illi indicenda purgatio, ſed eſt condemnandus, vtputà quia caſus eſſet notorius, vt in d. cap. cùm dilectis, in cap. ſi quis de gradu, eod. tit. in cap. euidentia, de accuſ. & in cap. de manifeſtis 2. q. 1. Si verò nõ ſufficiat, ſed veriſimilis eſt, tunc eſt indicenda purgatio, vt in d. cap. ſi quis de gradu eod. tit. Si autem non eſt veriſimilis, indicẽda non eſt, vt in d. cap. cùm in iuuentute eod. tit. & dictum eſt ſupra in n. 1. quæ omnia à competenti Iudice ſunt cognoſcenda, cùm iuriſdictionem requirant, eo quòd ipſe infamatus eſt vocãdus, examinandus, ac audiendus, nec abſens, vel inauditus condemnetur contra regulas diuini, humaniq. iuris

ris, & ſententia quoque eſt ferenda, vt Petr. Greg. vbi ſupra docet. Suntque in tali cauſa, quæ in ſuperioribus dicta ſunt eſſe ſeruanda in compilandis actis iudiciarijs, & ſunt etiam in ſententia ferenda ſeruanda omnia, quæ dicta ſunt ſupra de ſententijs in cap. 16. forma autem eius talis erit.

Forma ſententiæ purgationis canonicæ.

5 *Chriſti nomine inuocato: Nos N. Vicarius Generalis, &c. vel Abbas talis Monaſterij, vel Viſitatores talis Religionis, vel Iudex delegatus in hac cauſa, prout in actis, &c. Viſis, auditis, & maturè conſideratis eis, de quibus D. N. fuerat inquiſitus ob infamiam, vel accuſationem, vel denunciationem, ſcilicet illum adulterium commiſiſſe cum tali muliere, & cùm infamia contra illum exorta probationem ueram, ſeu certam non habeat, ſed tantùm rumor vagus, & incertus circumferatur, ex quo aduerſus illum talis infamia ſcandalum generat ob probabiles quaſdam coniecturas in proceſſu non purgatas: ipſoq. audito, auditiſq. eis, quę ab eius Aduocatis ad ſuam defenſam adducebantur, ne fama eius ſic maculata remaneat, Deum præ oculis habentes, vt de illius vultu noſtrum iudicium prodeat, & oculi noſtri videant æquitatem, per hanc noſtram ſententiam, quam in his ſcriptis fecimus.*

*Chriſti nomine repetito: Sententiamus, declaramus, & pronunciamus d. D. N. iniungēdam eſſe canonicam purgationem, prout illi per hanc noſtram ſententiam iniungimus ratione aſſerti delicti, de quo eſt imputatus, & infamatus, vt ſupra, & ipſe negauit commiſiſſe, ei mandātes, vt infra tot dies coràm nobis iuſiurandum prębeat ad ſancta Dei Euangelia, manibus illa tangēdo ſe à prædicto delicto eſſe immunem, & crimen ipſum nullo modo attentaſſe; ac vt*

Sss *vna*

*vnà cum ipſo ſeptem eiuſdem Ordinis, ac probatæ vitæ, & nulla exceptione maiores pari modo iurent ſe credere eum verum iuraſſe. Reſeruantes nobis poteſtatem, iuſta canonicas ſanctiones proferendi aliam ſententiam punitoriam, ſi integrè purgationem non præſtiterit, vel abſolutoriam, ſi præſtiterit.*

*Lecta, lata, & publicata fuit hæc ſententia ſedentes pro tribunali in tali loco, die 15. mēſis Februarij 1638. Præſentibus N. & N. teſtibus ad hoc vocatis.*

Et fiat ſubſcriptio Iudicum prout dictum eſt ſupra in c. 16. nu. 23.

6 Et quamuis in cap. ſi legitimi 2. q. 4. ex Concil. Agathen. determinatū ſit, vt ſi accuſatores crimē Sacerdotis nō probauerint, & ipſe negauerit cū ſeptē Sacerdotibus ſe purget, & ideò in ſentētia dictum ſit, *vt vnà cum ipſo ſeptem*, &c. & ex eodem textu, Diaconus cum tribus teſtibus ſui Ordinis ſe purgare debeat, tamen in cap. Presbyter ſi à plebe 2. q. 4. ex Concilio Hilerdenſi determinatum eſt, vt ſi Sacerdos coràm ſuo Epiſcopo infamatus à plebe ſit de crimine, quod legitimis teſtibus probari non poteſt, nè populus fidelium in eo ſcandalum patiatur, ſuſpendatur vſq; ad condignam ſatisfactionem, quā illam eſſe ibidem additur, per quam ſecundùm Canones cum ſeptem collegis, vel ad arbitrium Epiſcopi iure't in ſacro ſancto Euangelio coràm poſito, quòd crimen ſibi illatum non perpetrauit: ex quo textu gloſ. ſi. ibidem notat conpurgatorum numerū arbitrio Epiſcopi eſſe aſſumendum. Et apertius hoc patet ex epiſt. Leon. Papæ ad Carolum Regem, quæ habetur in cap. omnibus 2. q. 4. vbi de purgatione Sacerdotum ſcribens ſic ait: *Ipſe ergo Sacerdos ſi ſuſpitioſus, aut incredibilis*

*ſuo*

*ſuo Epiſcopo, aut reliquis ſuis conſacerdotibus, ſiue bonis, & iuſtis de ſuo populo, vel ſuæ plebi hominibus fuerit: nè in crimine, aut in prædicta ſuſpitione remaneat cum tribus, aut cum quinq; vel ſeptem bonis, ac vicinis Sacerdotibus, exēplo Leonis Papę, qui duodecim Epiſcopos in ſua purgatione habuit: vel eo amplius, ſi ſuo Epiſcopo viſum fuerit, aut neceſſe eſſe propter tumultū populi proſpexerit, & cum alijs bonis, & iuſtis hominibus ſe Sacramento coràm populo ſuper quatuor Euāgelia dato purgatum Eccleſię reddatur.* Et Hoſtien. in d. sūma de purgat. canon. nu. 4. in §. quoties numerus in verſ. ſed certè, teſtatur tenere omnes numerum conpurgatorum eſſe arbitrarium. Idemq; tenet gloſ. in c. inter ſollicitudines in ver. quatuordecim manus de purgat. canon.

7 Quales autem eſſe debeāt conpurgatores tradit Hoſtienſ. vbi ſupra in n. 5. eſſeq; debere Primò, eiuſdem Ordinis, patet ex d. c. ſi legitimi, ex c. ſi mala fama 2. q. 4. & ex cap. inter ſolicitudines de purgat. canon. & ex alijs concordantibus: ſed ſi fortè illi de ſuo Ordine omnes ſint inimici ipſius infamati, vel tales eſſe præſumantur, dicit Hoſtienſ. in d. nu. 5. admittendoſ eſſe alios etiā Ordinis inferionis, arg. c. cùm in iuuentute in fi. de purg. canon. vbi gloſ. fi. dicit ſufficere etiam laicos, deficiētibus clericis, arg. d. c. omnib9, & etiam cū feminis, arg. cap. in decima 18. q. 2. & idem tenet Hoſtienſ. vbi ſupra. Secundò, debent cōpurgatores eſſe tales, vt vitā, & conuerſationē infamati cognoſcāt, vt eſt tex. & ibi gloſ. in cap. cùm dilectus de purga. canon. & melius in cap. cùm P. Manconella eod. tit. ibi: *Vt autem idonei appareāt neceſſe eſt, vt eius, quem purgare debent, vitam, &*

*conuerſationem agnoſcant.* Et addit Hoſtienſ. vbi ſupra, illos nõ ſolùm habere debere notã infamati vitam, & conuerſationem preſentem, ſed etiam preteritam, vt eſt tex. in cap. inter ſolicitudines eod. tit. ibi: *Ita tamen, vt qui ad eius purgationẽ acceſſerint comprobandam, ſint fide catholica, & vita probati, qui conuerſationem, & vitam ipſius non cũ moderno tempore nouerint, quàm tranſacto.* Tertiò, compurgatores eſſe debẽt illius honeſtatis, & opinionis, vt veriſimile ſit eos nullo amore, vel odio, ſeù obtẽtu pecunię deierare, vt dicit tex. in cap. cùm P. Manconella eod. tit. nec non fide catholica, & vita probati, vt patet ex verbis proximè relatis d.c. inter ſolicitudines, & eſſe etiã debent ab Eccleſia tolerati, ac bonæ famæ in ſuis Ordinibus miniſtrantes, nec in iudicio pro crimine cõdemnati, vt in cap. cõſtitutus in fi. de purgat. canon.

8 *Illi verò, qui ad purgandam alicuius infamiam inducuntur, id ſolùm tenẽtur iuramẽto firmare, quòd veritatem eum credunt dicere qui purgatur*, vt dicit text. in c. de teſtibus de purgat. canon. & idẽ habetur in cap. quoties in fi. eod. tit. & in cap. fin. in fi. eod. tit. aliàs enim ſubirẽnt anceps periurium, ſi præcisè iurarent de alieno facto, l. Marcellus ff. rerum amotar. l. videamus ff. de inlit. iur. & tradit gloſ. fin. in d. cap. quoties: Ille autem, qui purgatur iurare debet crimẽ illud, de quo ſe purgat, nõ commiſiſſe, vt in d. cap. quoties, & in d. cap. fin. in fi. de purg. canon. ad quã faciendã infraſcripto momo erit procedendum.

Forma

Digitized by Google

Forma faciendi purgationem canonicam.

9 *Die 15. menſis Februarij 1638. Conſtitutus D.N. corã Reuerendiſſimo Vicario Generali talis Epiſcopi, vel corãm R.P. Abbate, ſiuè Præpoſito talis Monaſterij, vel corã RR. PP. Viſitatoribus talis Religionis: reuerenter, & humiliter expoſuit ſe paratum eſſe, Diuina ope, præſtare purgationem canonicam iuxta formam, & modum illi in ſententia præfixum per ipſum D. Iudicem, ſiue per ipſos DD. Iudices; quã oblationẽ ipſe D. Iudex admiſit, ſeu ipſi DD. admiſerunt ſi, & in quantum, &c. aſſerens ſe paratum, vel aſſerentes ſe paratos ad eam ſuſcipiendam iuxta Canonicas ſanctiones, & ſtatim aperto libro Euangeliorum dedit ei iuramentum de veritate dicenda, & D. N. manibus tangendo Euangelium dixit: Ego N. per hoc ſacrum Dei Euãgelium iuro me eſſe immunem, & non commiſiſſe adulterium, de quo ſum ſuſpectus, & infamatus. Et ſic ſe ſubſcribat. Ego D.N. iuraui, prout ſupra, & propria manu me ſubſcripſi.*

Poſt quod iuramentum prædictum D.N. iuxta tenorem in ſententia ſibi præſcriptum ſeptem obtulit conpurgatores eiuſdem Ordinis, videlicet: D.A. D.B. D.C. D.E. D.F. D.G. & D.H. quos omnes tanquam idoneos prædictus Dominus Iudex admiſit, illiſq; accerſitis manifeſtauit eis D.N. eſſe ſuſpectum, & infamatum commiſiſſe adulterium cum tali muliere, & iuraſſe per ſancta Dei Euangelia ſe eſſe immunem à tali delicto, ipſoſq; iurare debere ſe credere verũ iuraſſe. Verũ quia cõpurgatores debẽt eſſe tales, vt cognoſcant vitã, & conuerſationem infamati, non ſolũ præſentem, ſed ẽt præteritã, vt dictum eſt ſup. in nu. 8. quando Iudici, ſiuè Iudicibus non eſt notum, conpurgatores eſſe omnes tales, ſeorſũ debet nõ notos vocare, & ab eis prius inquirere etiam præſtito iuramento quomodò infamatum cognoſcant,

&

*ei impoſitam canonicè perfeciſſe, ideòq; in poſterum illùm exiſtimandum eſſe, & habendum à ſupradicto adulterio immunem, & omnem ſuſpitionem, & infamiam eſſe ſublatam, & quatènus expedit, & opus eſt eum abſoluimus; & liberamus omni meliori modo, quo de iure fieri poteſt.*

*Lata, lecta, & publicata fuit hęc ſententia ſedentes pro tribunali in tali loco die 16. menſis Februarij 1638. pręſentibus N.N. teſtibus ad hoc uocatis.*

Et fiat ſubſcriptio Iudicum prout ſupra.

11 Quando autem quis in purgatione deficeret, nēpè quia non inueniret teſtes idoneos ad ſe purgandum, etſi aliqui cenſeant illum eſſe puniendum pœna ordinaria, ac ſi eſſet conuictus, dicit tamen Hoſtienſ. vbi ſupra in §. quæ ſit pęna in fi. hoc locum habere, quādo proceditur per viam accuſationis; ſed arbitrariam eſſe pęnā dicit, quando proceditur per viam denunciationis, aut inqſitionis.

Et intellige, dummodò pœna arbitraria ſit minor quàm ordinaria, quæ pro tali delicto eſſet imponenda, iuxta doctrinam Panormit. in cap. accedens num. 5. de accuſ. Nec puniendus eſt pœna corporis afflictiua, etiam ſi ſit infamatus pro ſuſpitione hæreſis, vt dixi ſupra in c. 12. n. 32. per tex. in cap. inter ſolicitudines in fi. de purg. canon.

De

# De Regularibus incorrigibilibus è Religione eijciendis, ac de eorum pœnis. Cap. XXI.

*SVMMARIVM.*

1 *Regulares quādo ſunt incorrigibiles habitu expoliari, & è Religione emitti poſſunt.*

*Incorrigibilis quis eſt dicēdus. Et idem examinatur in n.2. & 3.*

4 *Incorrigibilis quis eſt hodie dicēdus, ad hoc vt è Religione eijci poſſit ex nouiſſimo decreto Sacræ Congregationis, & in n.5.*

5 *Regularis ob crimen proprietatis poteſt è Religione expelli, quando in illo incorrigibilis eſt. Item & ob incorrigibilitatem circa trāſgreſſionem voti caſtitatis, in n.6.*

6 *In cauſa quæ conueniunt, etiam in effectu conuenire debent.*

7 *Regularis ob incorrigibilitatem in crimine ſodomiæ è Religione eijci poteſt, etiā ſi cum feminis ſodomia commiſſa ſit.*

8 *Regularis ad hoc vt è Religione tanquam incorrigibilis eijci poſſit, eſſe debet verè incorrigibilis de delicto graui, & vt per annum in carcere, & pœnitentia detētus ſit, & animo non reſipiſcat.*

*Regularis nè ob incorrigibilitatem è Religione eijci poſſit eſt determinandum à P. Generali cum conſilio ſex Patrum eligendorum in quolibet Capitulo Generali, probatis concludēter cauſis expulſionis ad ſacrorum Canonum præſcriptum.*

*Regularis eiectus à Religione eſt perpetuò ſuſpenſus ab exercitio Ordinum, & Ordinarius cum illo diſpenſare non valet, nec ſuſpenſionem moderare.*

*In ſententia eiecti à Religione eſt apponēda clauſu-*

la

*la, vt quandiù ad Religionem non redierit incedat in habitu clericali, & vt ſubſit iuriſdictioni, & obedientiæ Ordinarij.*

9 *Forma ſententiæ eÿciendi è Religione Profeſſos incorrigibiles.*

10 *Incorrigibilitatis ſentētia lata cōtra Regularem quid ſit faciendum, traditur: & quæ obligatio Regularibus eÿcientibus remaneat, explicatur.*

1 NON eſt vertendum in dubium, ſed pro certo eſt ſupponendum, licere Superioribus Regularium, Regulares profeſſos ſibi ſubditos è Religione eijcere, & regulari habitu expoliare, prout conceſſit Alex. VI. Ordini Minorum, & habetur in eorum compēdio tit. Eijcere §. 4. & tit. Habitus Fratrum §. 12. ac Sixtus IV. Caſſinenſ. & alij, prout refert Peregrin. in cōpend. noſtr. Priuil. ver. Eijcere §. 2. & probat Illuſtriſſ. & Reuerēdiſſimus D. meus Ricciull. Epiſcop. in lib. 8. de iure perſonar. c. 10. per totum, & patet hodie ex Decreto ſacr. Congreg. edito iuſſu Santiſſ. D. N. Vrbani Papę VIII. die 21. Septēbris 1624. & habetur in Bullar. inter cōſtitut. eiuſdem ſummi Pontificis nu. 26. vbi decernitur, vt Regularis profeſſus verè incorrigibilis, è Religione eijci poſſit, his tamen ſeruatis, quæ ibi determinantur, & infra dicam.

*Incorrigibilis autem ille dicitur*, ſecundùm Conſtitutionem Venerabilium Fratrum Prædicatorum c. 19. *qui nec culpas timet admittere, & pęnas recuſat ferre, vel ex earum repetita inflictione iudicio diſcretorum cognoſcitur non proficere.* Vel cùm Butr. in cap. cùm nō ab homine n. 22. de iud. incorrigibilē dicas, illum eſſe, qui ad priora delicta reuertitur, vel in illis perſeuerat, vel ter monitus non deſiſtit, & ita

ſentire dicit Io1. Andr. idemq; ſētit Anchar.ibid. in n.18.nec diſſentit Abb. in num.30.nam,etſi dicat illi non placere ſententiā Butrij,tamē hoc abſolutè non affirmat,ſed in quantum Butr.tenet eſſe incorrigibilem reuertentem ad priora delicta, vel in illis perſeuerantem:nam idem eſſe dicēdum ipſe Abbas docet, ēt ſi ad priora non redeat,vel in illis non perſeuerat, ſed alia cōmittat arg.d.c. cùm nō ab homine, & l.3. in fi. C.de Epiſcop. audient.per quam doctrinam videtur potius relaxare,quàm reſtringere cauſam incorrigibilitatis à Butrio poſitam. Confirmaturq; hæc ſententia ex Sigiſm. Scacc. in tract.de iudic.lib.1.c.11. n.61. vbi aſſerit,illum ex vi vocabuli eſſe dicendum incorrigibilem,qui ſe corrigere, & pęnitentiam agere non vult; ſed qui alia delicta committit, ſiuè eiuſdem, ſiuè alterius ſpeciei ſint, nō ſe corrigit,nec de prioribus pęnitentiam agit;ergo & ipſe incorrigibilis dici poteſt.

2 Ideòq;ipſe Scaccia vbi ſupra in nu.62.concludit, altero ex duobus eſſe aliquē m incorrigibilem, ſcilicet, vel quia committit aliquod delictum depoſitione dignum, & poſt depoſitionem adhùc eſt incorrigibilis; vel qa ſe alijs enormitatibus immiſcet: hācq;communem,& magis communem eſſe ſententiam Doctorum affirmat ipſe Scacc.vbi ſupra, &in n.63.concludit,quòd ille dicitur incorrigibilis, qui ad minus duo delicta commiſit, quod probat tex.in c.cùm ad Monaſterium in princ.de ſtat.monach.& magis communē opinionē hanc eſſe refert ipſe Scacc. in loco citato ex Aufrer.in repet. Clem. 1.de offic.ordinar.& quòad effectum, de quo nos loquimur, illam incorrigibilitatem ſufficere dicit

Ro-

Rodriq; in 1. tom. qq. Regular. per quam alicui bis fuit venia data, aut bis de delicto fuit cōdemnatus, & emendatus non fuit; & intellige dummodò culpa ſit grauis, vt p Sanchez poſt alios, quos citat in lib. 6. oper. moral. c. 9. n. 4. & vna ex his, de quibus infra in nu. 5. & 6. Et ex eo probat Rodr. vbi ſupra ſuum dictum, quia ſi talis incorrigibilitas ſufficit, vt Clericus degradatus tradi poſſit Curiæ ſeculari in criminibus, in quibus nō imponitur pęna mortis, à fortiori iudicari debet incorrigibilis, vt expelli poſſit à Religione; quæ pœna non eſt tàm grauis quàm degradatio. Tenetq; prædictam ſententiam ex Parlamen. Pariſienſ. Clar. in pract. crimin. §. fi. q. 36. num. 34. & Salzed. ad Diaz in c. 142. §. incorrigibilis: ex quibus idem tenet Sanctarell. in tract. de Apoſtaſ. c. 4. dubio 2. dicto. 1. n. 6. & probatur ex d. c. cùm ad Monaſterium.

3 Ex quibus apparet, ad conſtituendum Regularē incorrigibilem neceſſariā non eſſe trinam monitionem, vt quidam iunior exiſtimauit: nam etſi, & ipſa trina monitio quādo præceſſit, faciat hominem incorrigibilem, ſine ipſa tamen fieri quis incorrigibilis poteſt, vt Butrius vbi ſupra docet, & cum Butr. hoc tenet Barbar. in d. c. cùm nō ab homine n. 50. de iudi. in ver. ſed ſatis hoc probat.

Et quamuis Menoc. in conſ. 82. nu. 127. in fin. ſupponat, incorrigibilitatem duo copulatiuè requirere, ſcilicet perſeuerantiam in malo, & correctionem antecedentem, & in num. 130. dicat, duas monitiones ad hoc ſufficere, ſequendo Caſtr. lib. 2. de iuſta hęreticor. punit. c. 2. tamen nō negat Menoch. eſſe poſſe aliquem incorrigibilem aliquo ex dictis

modis, ab alijs Doctoribus conceſſo. Et Carol. de Graſſ. in tract. de effectib. Cleric. effec. 1. etſi in nu. 798. dicat, Clericum tunc eſſe incorrigibilem, quãdo ter monitus non ſe emendat, tamen in numeris ſequentib. vſq. ad nu. 804. plures alios enumerat caſus, in quibus eſt quis dicẽdus incorrigibilis etiam ſine præcedẽtia monitionis; & inter cęteros in num. 799. dicit eſſe incorrigibilem illum, qui non exequitur iniunctam ſibi ob aliquem exceſſum pęnitentiam, vel tergiuerſat, vel ſe occultat per c. vt famæ de ſent. excõmunic. & per dicta à Decian. in tract. crimin. par. 1. lib. 4. c. 9 n. 130. Idemq; Carol. de Graſſ. vbi ſupra in num. 800. dicit etiam eſſe incorrigibilem illum, qui committit crimen depoſitione dignũ, & poſt depoſitionẽ non ſe corrigit, vel ſe enormitatibus ingerit, & immiſcet, nulla facta mentione monitionis. Et quamuis in num. 801. dicat ex Scaccia in tract. de iudic. par. 1. c. 11. n. 63. quòd quando delictum nõ eſt enorme, & ſęuum, plura delicta requiruntur ad hoc, vt quis dicatur incorrigibilis, tamen, nulla facta mentione monitionis, poſt plures Doctores, quos citat in n. 802. dicit quòd quando delictum eſt enorme, & ſęuum, & tale ab Epiſcopo eſt declaratum, vnum ſufficit, vt quis dicatur incorrigibilis abſq. perſeuerantia. Et vt quis dicatur incorrigibilis ob perſeuerantiam in delictis, dicit in nu. 803. non eſſe neceſſariam perſeuerantiã in eodem delicto, ſed ſufficere ſi diuerſa delicta commiſerit, dummodò delicta ſint plura; & ita refert tenere plures Doctores, quos citat, inter quos eſt Gratian. in d. c. 9. num. 130.

4 Per prædicta autem omnia, etſi de iure incorrigi-

rigibilis dici Regularis poſſit, tamen hodiè ex d. decreto Sacr. Congregat. de regular. apoſtat. & eiectis in §. ad hæc, incorrigibilis quis dici non poteſt ad effectum, vt tanquam talis è Religione eijciatur, *niſi vt ſit verè incorrigibilis, nō ſolùm cōcurrant ea omnia, quæ ad hoc ex iuris cōmunis diſpoſitione requiruntur, ſublatis hac in parte Statutis, & Conſtitutionibus cuiuſq; Religionis, & Ordinis etiam à ſede Apoſtolica approbatis, & confirmatis: verùm etiã vnius anni ſpatio in ieiunio, & pœnitentia probetur in carceribus. Elapſo aũt anno ſi nihilominus nō reſipuerit, ſed animo indurato in ſua peruicacia perſeuerauerit, nè contangione peſtifera plurimos perdat, tanquam pecus morbida, ac membrũ putre, eijci tandem poſſit.*

5 Sed, vt Regularis profeſſus è Religione tanquã incorrigibilis eijci hodie poſſit, non ſolùm requiritur, vt ſit verè incorrigibilis, iuxta ſupradicta, ſed eſt etiam neceſſarium, vt crimen, ob quod eſt incorrigibilis ſit tale, vt de iure communi ad pęnam mortis damnari poſſit, aut perpetui carceris, aut ad remigandum ad triremes in perpetuum, vel ad tempus, vel ob alia grauiſſima delicta inobedientię, cōtumacię, vel Apoſtaſię ter replicatę, vt per Peregrin. in compend. noſtror. Priuileg. ver. Eijcere in Schol. poſt §. 2. Graff. in conſil. 5. de Regularib. & Sãctarell. in d. tract. de Apoſtaſ. c. 4. dub. 1. nu. 3. vbi refert ita conceſſiſſe Pium V. Ordini ſancti Hieron. in Hiſpan. in ann. 1566. ſui Pōtificatus anno 1. & quòd poſſit etiam ob peccatum proprietatis Regularis è Religione expelli, quando in tali crimine incorrigibilis eſt, ad eſt tex. in d. c. cùm ad Monaſterium in prin. de ſtatu Monach. per quem tex. ita tenet Sylu. in ver. Abb. q. 3. in verſ. ſed intellige.



Digitized by Google

6 Et quamuis non adſit tex. qui idem dicat quãdo Regularis eſſet incorrigibilis quòad votum caſtitatis, tamen quia ex dictis patet eijci poſſe ob incorrigibilitatem quòad votũ obedientiæ, & paupertatis, idem eſt dicendum quòad incorrigibilitatem circa votum caſtitatis; in eadẽ enim radice, & cauſa omnia tria Religioſorum vota conueniunt, ſcilicet, vt omnia tria ſimul cõſtituant perfectionem Religionis, vt docet D. Thom. in 2.2.q.186.a.6. & omnia pariter ſunt annexa regulæ monaſticæ, vt probat tex. in d. c. cùm ad Monaſterium de ſtat. Monach. ea autem, quę in radice, & cauſa conueniunt, etiã in effectu conuenire debent l. de quibus, & ibi Angelus, & Doctor. ff. de legib. & hoc maximè ſi Regularis eſſet incorrigibilis in crimine adulterij, ob quod etiam Clericus ſecularis deponitur ab òfficio, & in Monaſterio detruditur pro toto vitæ ſuę tempore, vt per iura, quæ citat dicit Diaz in pract. crim. canon. c. 84. nu. 2.

7 De incorrigibili autem quòad crimen ſodomiæ dubitandum nõ eſt, illum eſſe è Religione eijciendum, cùm pęna mortis ſit puniẽdus de iure diuino Geneſ. 19. Leuit. 20. & Exo. 22. de iure etiã ciuili mortis pœna punitur, vt in l. cùm vir C. ad leg. Iuli. de adulter. & vſu receptũ eſt, vt eorum cadauera flammis comburantur, vt per Clarũ in §. ſodomia, & Menoch. de arbitrar. iudi. caſu 286. & de iure canonico hodierno ex Cõſtit. 5. Pij V. quę incip. Cùm primum §. 11. & ex Conſt. 72. in c. Horrendũ, omnes Presbyteri, ac Clerici ſeculares, & Regulares cuiuſcunq; gradus, & dignitatis ſint, ſi hoc dirũ nefas exerceãt omni priuilegio clericali, omniq; officio, & dignitate, & beneficio Eccleſiaſtico ſunt priuati, & per Iudicem

Eç-

Eccleſiaſticũ ſunt degradãdi, & poteſtati ſeculari ſtatim tradendi, quę de eis illud idem capere debet ſupplicium, ꝙ de laicis ob idem crimen capit, & hoc procedit etiã quòad illos, qui cum feminis ſodomiam committũt, vt per Dec. in l. ſi qua mulier nu. 6. C. de ſecund. nupt. Clar. qui teſtatur de cõmuni in §. ſodomia nu. 2. Menoch. de arbitr. iudic. caſu 286. nu. 33. Ricc. in Pract. reſolut. par. 1. reſol. 302. n. 2. & alij, quos citat, & ſequitur Belleſt. in 2. p. diſq; Cleric. §. 11. nu. 8. Et eiſdem pęnis eſt afficiendus etiam ille, qui patiens eſt in prædicto crimine, vt per Clar. in d. §. ſodomia in ver. ſed quæro, Lãbertin. de iurepatron. p. 1. lib. 2. q. 9. a. 18. in prin. Afflict. in 3. p. Conſt. Regni rubr. 42. num. 13. & alij, ideòq; & ipſe ſi incorrigibilis eſt, à Religione eſt dimittendus, maximè quia huic ſceleri dediti, experientia teſte, difficilimè emendantur.

8 Ad hoc autem, vt Regularis profeſſus tãquam incorrigibilis eijci è Religione poſſit, non ſolùm requiruntur prædicta duo, ſcilicet Primò, vt ſit verè incorrigibilis, & Secundò, vt ſit incorrigibilis de delicto graui, iuxta ea, quę dixi ſupra in n. 5. 6. & 7. Sed tertiò eſt neceſſarium, vt elapſo anno carceris, & pœnitentiæ, vt ſupra, ſi nihilominus non reſipuerit, ſed animo indurato in ſua peruicacia perſeuerauerit, P. Generalis tantùm de conſilio, & aſſenſu ſex Patrum ex grauioribus Religionis eligendis in ſingulis Capitulis, vel Cõgregationibus generalibus, instructo proceſſu ſecundũ eorum ſtylum, & conſtitutiones, ſed ita, vt cauſæ expulſionis concludenter probatæ ſint, & iudicialiter plenè cõſtet, talia crimina perpatraſſe eum, quem eijcere volunt, vt per dicta à Celſo Vgone in conſil. 63. in prin. & à Ca-

Carolo de Graſſ. in d.eſſec.1.nu.807. tenet Ioan, Mari.Nouar.in pract. cõcluſ. noui iuri Pont. concluſ.83. nu.6.& tandem, plenè probatis cauſis expulſionis ad ſacrorũ Canonum præſcriptum, ac etiam quòd per annum in ieiunio,& pœnitentia probatus ſit in carceribus, & quòd nihilominus in ſua peruicacia perſeuerat, feratur ſententia diffinitiua, in qua eius incorrigibilitas declaretur,& de facto expellatur, vt patet ex d. decreto ſacr. Congreg.& ex dictis à Graff.in d.cõſ. 5.de Regular.nu.19. poſt Doctores, quos citat, & latè per Sanctarell.vbi ſupra in d. c.4. dub.1. nu.1. exprimentes in eadem ſententia, ipſum eiectum extra Religionem degentem eſſe perpetuò ſuſpenſum ab exercitio ordinũ, ſublatãq; eſſe ab Ordinarijs locorum facultatem relaxandi,aut moderandi dictam ſuſpenſionem : Addaturq; etiam in eadẽ ſententia, vt quandiù ad Religionem non redierit, in habitu clericali incedat,atq; vt Ordinarij loci iuriſdictioni, & obedientiæ ſubſit,prout eſt determinatũ in d.decreto.Formariq;talis ſentẽtia infraſcripto modo poteſt.

Forma ſententię eijciendi à Religione profeſſos incorrigibiles.

9 *Chriſti nomine inuocato: Nos N.Prępoſitus Generalis talis Religionis cum conſilio, & aſſenſu infraſcriptorum ſex Patrum in vltimo noſtro Capitulo Generali ad hoc electorum, v3. A.B.C.D.E.F.Viſis & cõſideratis omnibus,& ſingulis,quę continentur in proceſſu formato coràm nobis ſuper incorrigibilitate D N.noſtræ Religionis profeſſi,qui in ſæculo vocabatur B.talis Diœceſis, cõſiderataq;eius pertinacia,& vera incorrigibilitate, & cum etiã vnius anni ſpatio in ieiunio & pœnitentia eum probauerimus in carceribus ad pręſcriptum decreti ſacræ Congregationis de Regular.*

*gular. Apoſtat.& eiectis, & cum ad huc animo indurato in ſua peruicacia perſeueret, nè contagione peſtifera plurimos perdat tanquam pecus morbida, ac membrum putridũ, Deum præ oculis habentes, vt de illius vultu noſtrum iudicium prodeat, & oculi noſtri videant æquitatem; per hanc noſtrã diffinitiuã ſentẽtiam, quam in his ſcriptis ferimus.*

*Chriſti nomine repetito: ſententiamus, declaramus, pronunciamus, atq; diffinimus dictum D.N. eſſe verum incorrigibilem, & vt talem à noſtra Religione eſſe eijciẽdum; ideòq; illum per hãc noſtram diffinitiuam ſentẽtiam à noſtra Religione eijcimus, & eiectum eſſe declaramus, admonentes eundem nullatènus liberum à votis inter nos emiſſis remanere, & extra Religionem degentem eſſe perpetuò ſuſpenſum ab executione Ordinum, eſſeq; ſubditum Ordinario loci, cui eſt interdicta facultas relaxandi, aut moderandi dictam ſuſpenſionem per decretum ſacrę Congregationis ſuper hoc habitum die 21. Septembris anni 1624. Et quandiù in Religione nõ redierit in habitu clericali incedat, & vt habitu noſtræ Religionis nullo modo, & tempore vtatur ſub pœna falſi, & alijs latis contra eos, qui mẽtitè habitum alicuius Religionis aſſumunt: iniungentes ei, vt quàm primùm Diœceſano ſuo ſe prӕſentet, eiuſq; iuriſdictioni, & obedientiӕ ſubiaceat, vt in d. decreto ſacræ Congr. mandatur.*

*Lecta, lata, & publicata fuit hæc ſententia ſedentes pro tribunali in tali loco die 18. mẽſis Februarij 1638. Præſentibus N. & N. teſtibus ad hoc vocatis.*

*D.N. Prӕpoſit. Generalis.*

Et ſubſcribatur à ſinguli ſex Patribus, dicatq; vnuſquiſque.

*Ego D.B. ad hoc deputatus à Capitulo Generali conſilium, & aſſenſum prӕbui.*

*D. A. Actuarius.*

